



pienti. fo.

## RHETORICA.

Frãciſci philelfi pfatio i Ariſtotelis rhetoricẽ ad illuſtrẽ: & ſummũ uiꝛ. D. Alphonſum ſcẽ Romanæ eccleſiæ cardinalẽ Caput. Cũ. fo.

## APOPHTEGMATA.

Frãciſci philelfi pfatio ad magnanimũ & Ill. pricipẽ Philippum Mariã anglũ iclytũ Mediolanẽſium ducẽ in plutarchi cheronẽſis apophthegmata ad Traianũ cæſarẽ. Capat. Lectitanti. fo.

## APOPHTHEGMATA.

Frãciſci philelfi pfatio ad Nicolaũ Quintũ põtificẽ maximũ in plutarchi cheronẽſis apophthegmata laconica. Caput. Quo. fo.

Franciſci philelfi epiſtola utiliſſima ad Fredericũ cornelium de legibus. Caput Quod. fo.

Frãciſci philelfi epl'a cõſolatoria ad Petrũ iuſtinũ philelphũ nepotẽ ſuũ: de obitu alphinæ mr̃is dilectiſſime. Caput. Audio. fo.

Franciſci philelfi iſtructio bene uiuẽdi ad Ill. pricipẽ ducẽ Philibertum. Caput. Eſſendome. fo.

Georgii uallæ placentini introductorium ex Galieno ad medicinam ad Reuerendum. D. Iacobum antiquarium ducalem ſecretarium. Caput. Medicinæ. fo.

Z Bibljoteki
Marjana Świderskiego
№

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Jnc. 7

BIBLIOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

35 8824

pienti. fo.

RHETORICA.

Fráciſci philelfi p̄fatio i Ariſtotelis rhetoricē ad illuſtrē:& ſummū uiꝝ. D. Alphonſum ſcē Romanæ eccleſiæ cardinalē Caput. Cū. fo.

APOPHTEGMATA.

Fráciſci philelfi p̄fatio ad magnanimū & Ill. pricipē Philippum Mariā anglū iclytū Mediolanēſium ducē in plutarchi cheronēſis apophthegmata ad Traianū cæſarē. Capat. Lectitanti. fo.

APOPHTHEGMATA.

Fráciſci philelfi p̄fatio ad Nicolaū Quintū pōtificē maximū in plutarchi cheronēſis apophthegmata laconica. Caput. Quo. fo.
Franciſci philelfi epiſtola utiliſſima ad Fredericū cornelium de legibus. Caput Quod. fo.
Fráciſci philelfi ep̄la cōſolatoria ad Petrū iuſtinū philelphū nepotē ſuū: de obitu alphinæ m̄ris dilectiſſime. Caput. Audio. fo.
Franciſci philelfi ĩſtructio bene uiuēdi ad Ill. pricipē ducē Philibertum. Caput. Eſſendome. fo.
Georgii uallæ placentini introductorium ex Galieno ad medicinam ad Reuerendum. D. Iacobum antiquarium ducalem ſecretarium. Caput. Medicinæ. fo.

Z Bibljoteki Marjana Świerskiego №
BIBLJOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza
Jnc. 7

FRANCISCI PHILELFI Oratio parentalis de diui Franciſci ſphortiæ Mediolanenſium ducis felicitate.

ſ I FIERI POSSE CENSEREM:ut lamētationibus:ac lachrymis ſæuo:& pacerbo naturæ uulneri mederemur: qđ ex icōmō fortaſſe magis q̄ ex imaturo Frāciſci ſphortiæ iuictiſſimi optimiq; ducis & clemētiſſimi p̄ris p̄riæ obitu oēs accepimus nō modo uos nō dehortarer ꝓſtātiſſimi pricipes:ſed cohortarer potius etiam atq; etiā:ut oēm ætatem:quoad is reuiuiſceret:i aſſiduis flætibus degeremus & eiulatibus.Nō eim i unius tanti:tanq; diuini principis amiſſione cum nobis cūctis:tum uniuerſæ Italiæ parua quædam facta eſt uel iactura uel naufragium:per quē ſolū ex tāto & tā diuturno bellorū turbine:ac fluctibus ſedata omnia:paccataq; cōqeuerāt.In ſola profecto illius uita: atq; aī magnitudine:ſummaq; ſapiētia tātam ſpem ſibi florētiſſima nr̄a reſpu.uiriq; omnes boni collocarāt:ut ꝑpetuā ſe felicitatem adeptos opinarentur.Sed o fallaces mundi blāditias:quibus allecti per uarios agitamur errores.O lubricam atq; caducam humanæ uitæ cōditionē:qua tū maxime deſtituimur:cū uiuere ē dulciſſimū. O ianis noſtros cogitatus: q eo ſecūdis in rebus magis nos decipiunt:quo certiore ſpe quadā nobis alludūt.Sperabamus nos qdem Frāciſce ſphortia te ob maximas tuas: inumerabiliſq; uirtutes ꝓpemodū fore ſempiternum.Itaq; omnia nobis erāt læticiæ:gaudiiq; plena.Nulli hoſtes iminebant:nullæ præmebāt ſollicitudines:nullæ curæ.Te nō minus oēs:& qui ꝓpe eſſent:& q ꝓcul abeſſent maximi potentatus uerebātur:quā metuebāt.Sub firmiſſimo tuo:tutiſſimoq; præſidio uitam quieti omnes:ſecuriq; agebamus. Te nō italia modo:ſed uniuerſa romana eccleſia:exteriq; reges:qbus ulla aut uis aut iniuria īpenderet:ſubſidio ſibi eſſe:ac ſaluti arbitrabantur.Nunc autē te extincto undiq; ſuſpitiōes icumbūt:terrores obſtrepūt:hoſtilia arma bellico fragore circūſonāt.Heu heu nos iſœlicis:atq; infortunatos:qui tanta tam miti:tam benigno:tā pio:tam iuicto:tā oī genere ꝓbitatis illuſtri parente orbati ſumus.Quis in tāta rei indignitate non mœreat: non fortunam deploret ſuam:non ſeſe intolerabili dolore conficiat? Vtinam liceret Franciſce ſphortia princeps optime:ac fortiſſime ſortem commutare. Nemo prorſus ſui ſibi conſcius eſſet:& tui qui non emori:q̄ primum optaret:quo tu reuiuiſceres.In hanc ſententiam indubitato pedibus iret nō ſolum conſtantiſſima uirago:& ſanctiſſima uxor tua Blanca Maria: quæ te dies:noctiſq; collachrymat:& poſt matrem tibi omni probitate ſimillimus dux Galeacius:qui ob continuum luctum animi cruciat᷑ una

Exordium narrationis uim i ſe cōtinens

Fr.ſphortia dux

Blanca Maria dux

Galeacius Maria dux.

cum reliquis pientiſſimis tuis filiis:uerum etiam & ampliſſimus hic ſenatus tuus:& aula uniuerſa:atq; omnes ciues:ſubditiq; tui:quos unius tui deſyderium torquet:ac macerat.Cæterum quo feror homo miſerimus: quo meus me uæhemētiſſimus rapit dolor:ut qui alios debeam: meipm nequeam conſolari.Nam quid prodeſt excellentiſſimi principes quicq̄ optare:quod ſperare non liceat.Magnum eſt fateor:& graue: & permoleſtum:atq; acerbiſſimum quod nuper omnes uulnus accepimus. Id ſi minus doleamus:aut lapidei plane putandi ſimus:aut nobiſipſis inimici. Sed illud nos tamen præterire non debet animi eſſe:& bene compoſiti: & moderati:& ſapientis nihil appetere ſupra hominem:nunquam neq; a ratiōe diſcedere:neq; diuinæ aduerſari iuſticiæ.Num qui ſibi ipſi non pepercerit:quin morti ut homo cōcederet:parcat ſimplici homini cuiq̄ deus:uel heroi:ut poetæ:philoſophiq; appellant.Moriēdum eſt.n.oībus: in idemq; reſoluendum:unde manauerint.Quod ſi mercatoribus magnæ turpitudini damus:ubi aut decoquant:aut reddere depoſitum nolint: quæ dementia tanta ſit noſtra:ut quem deus optimus maximus animū noſtræ fidei ueluti commendarit:hunc repetenti domino reſtituere indignemur.Quæ noſtra queat ſuperbia tanta eſſe:qui faſtus:quæ arrogantia:ut qui natura mortales ſumus:dignū exiſtimemus corporibus quoq; effici immortales prius quā moriamur. Quis uſq; adeo eſt neſcius ſui: quem lateat exteriori cuiq̄ homini ante reſurrectionem immortalitatem uendicari non poſſe.Sed quo pacto reſurrecturus ſit quiſq̄:ante quā diē obierit. Itaq; neceſſario fit:ut qui nati ſunt:omnes aliquando moriant̄. Quin eo mors eſt æquiore ferenda animo:& non modo nō dolenda:ſed merito potius:optimoq; iure ſumma lætitia proſequēda ī animis ingentibus:& excelſis:quod hac præuia atq; duce ad ſempiternum illud bonū ſupræmūq; peruenitur:quo ſolo fœlices:beatiq; efficimur.Quæ eīm ī huius mundanæ uitæ procellis:ac tempeſtatibus non modo fœlicitas: ſed ulla oīno trāqllitas offeratur.Quod ſiqua hic detur fucatæ cuiuſpiā fœlicitatis imago:quæ tanta eſt:quantam habet cum ſummo illo & uero:atq; icommutabili cæleſti bono ſimilitudinē:hæc omnis uni ex oībus mortalibus & ducibus:& regibus Franciſco ſphortiæ ita contigit:ut deceſſio magis metuenda iam eſſet:quam acceſſio cupienda. Id aūt ſic habere ſi paucis oſtendero:tum equidem uos rogabo:orabo:obſecrabo:ita uobis ipſis moderemini:ita cōſulatis:ita pro rationis imperio poſt animi cūctas proſtratas perturbationes opitulemini:ut non ueſtra magis quā illius cā tātam luctus acerbitatē ſuſcepiſſe iudicemini.Hoc enī & parui eēt animi:planeq; igrati ac ueluti bono alieno iuidentis. Volunt ergo uiri ſapiētiſſimi humanam quam uocamus fœlicitatē bonis his cōtineri:quo

Diuiſio tripatita

rum altera ſunt extra nos:altera uero in nobis: & hæc ſanæ partim cor-
pori:partim animo ſunt tributa.Illa uero ſubiecta fortunæ eſſe arbitran
tur:quæ quidem ipſa ſiqua ſit tandem:eam diuinæ ſubeſſe uoluntati: ne
mo ſanæ mentis ignorat.Hæc autem tria bonorum genera quanta cum
gloria:& diuina quadam indulgentia atq; benignitate in magnanimo il
lo noſtro principe effloruerint:quæſo diligenter attendite. Incipiendum
eſt igitur ab animi boni:quæ noſtra ſunt propria.Dein quæ in nobis ẽt
ipſa ſunt:de corporis:& poſtremo de fortunæ bonis diſſerendum: ac de
hiſce quidem omnibus breui orõne:& quantum locus:atq; tempus pati

Confirmatio primæ partis p approbationẽ

titur.Vt aũt ordine progrediatur oratio:natus eſt Franciſcus ſphortia in-
clyto patre illo:& fortiſſimo belli duce mutio Attendulo:cui primo non
minus ob animi elationem:atq; uires corporis Sphortiæ fuiſſe cognomẽ
tum uolunt:quam ab ingenii uim:cogitatuſq; acrimoniam:& eſt is qui-
dem natus Miniati in ethruria anno a natali chriſtiano ſupra milleſimũ
quadringenteſimum primum ad ſextum Kalendas auguſtas circiter ue
ſpertinum crepuſculum:quo tempore pater ſphortia ex eodem oppido
pro republica Florentina ualidiſſimis uiribus Iohannis Galeacii illius
ſplendidiſſimi Mediolanenſium ducis:quæ ex urbe piſis florentina inua
derent oppida:agroſq; uaſtarent:cõſtantiſſime & ſua maxima cum lau-
de repugnabat.Is cum primum per ætatem licuit:ſuopte ĩgenio : curaq;
paterna litteris:atq; eloquentiæ operam dedit:idq; Ferrariæ.Nam poſtea
q̃ uita Iohannem Galeacium deſeruiſſet:& per diuturnam obſidionem
piſas florentini in deditionem recepiſſent Sphortiæ potiſſimum opa hic
iquam Sphortia in auxilium a Nicolao æſtenſi nobiliſſimo principe in
bello aduerſus Othonem tertium:ab quo magnis uiribus pertinaciſſi-
me ad extremum uſq; periculum præmebatur : pro uetere beniuolentia
acceſſitus ſecum dilectiſſimum aduectum puerum inter Nicolai ipſius
filios & educari:& erudiri ſtuduit. Qui cum in omni probitatis genere
nemini æqualium cederet intra undecimum ætatis annum tantam eſt
laudem aſſecutus:ut ad ladiſlaum uſq; ſiciliæ maximum & potentiſſi-
mum regem ſui nominis fama perſonuerit.Nam erat Franciſcus ( non-
dum enim paterno cognomine ſphortia uocabatur)ad ingenii ſplendo
rem:indoliſq; præſtantiam iis uirtutibus præditus:quibus ſupra ætatem
admirandus apud omnes uideretur. Nam ab ipſa infantia ad ultimam
uſq; diem fuit pauciſſimi admodum ſomni: cibi moderati : ac minime
exquiſiti : potuſque dilutiſſimi. Hoc enim uiuendi genus : tum inge-
nium reddit acutius:tum corpus & ad bonam ualitudinem : & ad uires
plurimum adiuuat. Quanta eſſet in omnes facilitate: quanta manſue-
tudine:quanta humanitate:quanta clementia:quanta dilectione: quãta

Mutius attẽdulus ſphortia
Miniatum
Ethruria
Florentini
Iohãnes Galeacius dux ſ
Piſæ
Ferraria

Nicolaus marchio æſtenſis
Ottho tertius

Ladiſlaus rex

etiam animi uel magnitudine:uel altitudine:nemo eſt:qui neſciat. Quid enim loquar de iuſticia eius mirabili quadam commiſeratione condita Quid de conſtantia ſeruande fidei Quid inuicto animi robore:atq; fortitudine Vt erat omni corporis immunditia : ineptitudineque ſuperior : ita nihil ex illius ore nō modo obſcœnum:aut ruſticum:ſed ne incultum quidem aut leue quicquam unquam effluebat. Mira in illo grauitas erat cum incredibili quadam lenitare coniuncta. Vituperabat neminem:caſtigabat modice:operamque dabat:ut pudori magis eſſet quam metui : aſſētatores:& ſubdolos odio habebat. Sed aperto homines ingenio : ac ueros plurimum diligebat . Calumniatoribus : & maledicis non modo non patefaciebat auris : ſed eos leuitatis ſuæ : improbitatiſque admonebat . Et cum foret in alienas laudes copioſus:de ſuis non ſolum non loquebatur : ſed nec etiam audire patiebatur. Nemo profecto uno Franciſco ſphortia modeſtior unquam fuit:nemo uerecundior : nemo continētior. Tanta uero beniuolentia ſuos omnis complectebatur non ſanguine coniunctos dumtaxat:ſed quoſcunq; ſemel accepiſſet in ſuos : ut eos ab ſe abire neq; iure:neq; iniuria unq̄ ſineret. Quid:quod etiam fuiſſet optandum:ſi quod ab eo uel factum aliquanto ſeuerius : uel dictum in quemquam uæhementius ꝓdiſſet. Nam quem putaſſet ulla ex parte ab ſeſe offenſum:tanta continuo humanitate:tanta proſequebatur beneficētia : ut illum ſibi non ſecus ac indulgentiſſimo patri:aut numini cupiam affectum redderet . Tanta autem erat in republicam caritate : ut neglectis quodammodo ſuis commodis omne ſtudium ſuum:omnem operam:omnem induſtriam ad publicam referret & utilitatem:& dignitatē . Quot enim:quantoſque theſauros conſumpſit in deducendo ex addua hoc riuo : uel potius flumine : quo non ex addua ſolum : ſed ex lario lacu:& ſupra larium ex tellina ualle a germania uſque res admodum & infinitæ : & utiliſſimæ ad nos importantur. Quid eīm meminero cum alia maxima:& ſplendidiſſima ædificia:quæ ad publicum uſum fabricatus eſt:tum arcem hanc quæ portæ Iouis appellatur. Quod ullum in medium afferamus ex ſeptem illis:quæ in uniuerſo terrarum orbe memorantur mirabilia : qaod cum hac una arce uel magnificentia : uel pulchritudine : uel ullo excellentiæ genere comparari queat. Non enim huiuſmodi opus molitus eſt franciſcus ſphortia ad illum ſuum : ſed ad publicum & uſum : & commodum . Nam arcem ſibi ſuam munitiſſimam : tutiſſimamque conſtituit in animis:& caritate ciuium:quorum commoda:& emolumenta omnia immortalitati ſibi ducebat eſſe. Et qm̄ a primis uſq; annis non ſecus atq; teterrimam peſtem aliquā formidaret mali nominis famā:ois cogitatus:& actiones ſuas ad honeſtatē:& gloriam refe-

Addua
Larius lacus
Teſlina uallis
Germania
Arx portæ Iouis

rebat.Itaqꝫ nullum neqꝫ laborem corpore:neqꝫ periculum animo detra-
ctabat.Viros doctos:& eruditos in omni genere uitæ & audiebat libenter
& honorifice munerabat.Tanta erat igenii magnitudine:tanta rerum hu
manarum pertractatiõe:& diligẽtia:ut nihil prorſus:quod eſſet memora-
tu dignum:ignorare uideretur.Itaqꝫ inter prandendum:cænandũqꝫ ſem
per aliquid excogitatum acutius aſtãtibus proponebat ad idqꝫ non iocũ
de minus q̃ ſubtiliter diſputabat:tanq̃ iudicaret nihil eſſe otio : atqꝫ deſi-
dia a dignitate hominis alienius.Et quia per omnem uitam nihil unq̃ te
mere:nihil inconſulto inire cõſueſſet:omnia ſemp ex ſententia ſua fauſte
atqꝫ fortunate conſequebat᷑.Quis.n.ambigat uiro fortiſſimo:eidẽqꝫ pru-
dentiſſimo ſecunda omnia contingere oportere?Fauet.n.deus:auxilioqꝫ
eſt ſemper iuſtis cœptis:ſaniſqꝫ conatibus:cunctos in ſe ſperantis ample-
ctitur:ac fouet:id quod ſapientiſſimus princeps noſter aſſidua meditatõ
ne præ ſe ferens nihil aut iuſtum:aut laude ulla dignum exiſtimabat:qđ
a religione:pietateqꝫ abhorreret.Quare diuino cultu atqꝫ ueneratione fi-

Confirmatio ſecunde partis per approba-tionem

dei chriſtianæ nihil eſſe apud ſe antiquius unq̃ uoluit.Quibus quidem i
nocentiſſimis:& optimis inſtitutis ſumma eſt omnia cum laude conſecu-
tus.Quod autem ſecundo loco dicẽdum mihi propoſueram:quibus cor
poris adminiculis ad hæc tanta:& tam eximia animi bona eſſet adiutus:
breuibus perſtringamus.Fuit corpore Franciſcus ſphortia cum robuſtiſſi
mo:tum erectiore paulo ſupra communem:atqꝫ mediocrem hominis ꝓ-
ceritatem:& eo plane heroico.Erat is enim(ut norunt omnes)mirabili q̃-
dam membrorum compactiõe ad conueniẽtem:ac decoram inter ſeſe ꝓ
portiõem cum tãta oris dignitate:& maieſtate uultus:ut uel ſolo aſpectu
dignus iudicaretur imperio.Et cum omnium ſenſuum integritate cæte-
ros homines plurimum antecelleret:tum uiſu adeo erat acerrimo:ut etiã
inter præliãdum hoſtium uel minimum quodqꝫ erratum ꝓſpiceret admo
dum lõgius:eoſqꝫ continuo luere ſuæ ſtultitiæ pœnas cogeret . Quid .n.
loquar de eius agilitate atqꝫ dexteritate ad oẽm motum : & geſtum : quæ
tãta erat:ut qcquid facere aggrederet᷑:dicto citius effectũ redderet?Qua-
re cum ei per ætatem liceret:& luctatione:& ſaltu:& curſu:ita æquales oĩs
anteibat:ut inueniret neminem:qui ſecum contendere auderet.Iactu au
tem æque:atqꝫ omni dimicãdi arte delectatus ferream ſudem:aut ſaxum
ingentis põderis multo lõgius emittebat:q̃ alii tragulam:aut pilam.Nam
& iaculationem:& catapulatam:& equitationem:& meditationẽ omnem
bellicæ diſciplinæ ab uſqꝫ puero ludẽdo:uenãdoqꝫ didicerat : quæ qdem
ſingillatim oĩa & ſub patre Sphortia:& ſuo ductu:atqꝫ auſpiciis lõgo uſu
& multa exercitatione bellãdo:pugnãdoqꝫ confirmarat : & ad ſummum
uſqꝫ auxerat.Et erat Frãciſcus ſphortia felici adeo corporis temperamen-

tò:ut uniuerſum diem nudò capite ſtaret in ſolem immòtis etiã paribuſq;
pedibus:& frigus non pluris faceret q̃ calorem.Eæ autem uires & in bra-
chiis inerãt:& in manibus:ut quem arctiuis circumplexus medium ſtrixiſ
ſet:eum tanq̃ exanimaret:quem uero pugno percuſſiſſet in caput: ſemi-
animum repẽte humi proſterneret.Voce pro tempore utebatur nũc leni
ac miti:nũc graui:& moderata:& cum ſonora ſemper:tum cum uſui eſſet
cõcitata:& grãdi:& horrẽda.Quid enim meminero de mirifica eius lin-
guæ bonitate:quæ in oẽm uſum uidebatur diuina potius quam huma-
na?Quid pluribus?In corpore pulcherrimo herculeæ uires inerant:& tã-
ta in ſingulis mẽbris bonitas:ut animi bonis nulla ex parte cederet. Cæte-
rũ quoniam duas fẽlicitatis partes iam percurrimus:reliquum ẽ:ut de for-
tunæ commodis eadem breuitate trãſigamus. Quod modo dicebatur:
natus eſt Frãciſcus ſphortia in ethruria:quæ regio & uniuerſa Italia ẽ ma-
xime ab omni aeris caligine:nebulaq; remotior:ob eamq; rem ab ethra:
quæ ſerenitatem ſignificat:ethruria nomen ſumpſit.Itaq; natus ſub eiuſ-
modi cæli ſerenitate & ingenio erat perſpicatiore:& acritate ſenſuum na-
tura nimirum alacriore.Quod autem ad generis attinet ſplẽdorem:ſi al-
tius fuerit:q̃ a patre ſphortia repetundũ:a regibus datiæ & urbe attenda
reperiemus Attendulorũ familiam originem duxiſſe:q̃q̃ ipſe nõ minus cũ
illis ſentio:qui a Mutio illo ſcæuola affirmant manaſſe attendulos:q Por
ſenam regem cluſinorum occiſurus cum fruſtra tam egregium facinus
pro liberanda patria eſſet adortus:in dextram ſæuierit ſuam foculo inie-
ctam ignito:id quod ipſius ſphortiæ proprium nomen probat.Mutius.Id
enim & inter ſæuolas erat illuſtre:& inter attendulos apprime celebratũ.
Sed ne ſingula prolixius perſequar:ubi Franciſcus in aula gratiſſimi illi-
us:& clariſſimi principis Nicolai æſtenſis: quem pater ſphortia propter
Othonem tertium a ſe oppreſſum extremo periculo liberarat: maiorem
infantie partem:& puericiam quoque ad undecimum uſque ætatis an-
num cum mirabili ſpe probitatis: & laude peregiſſet. Neapolim iuſſu
patris aduectus eſt. Id quod propterea fecit pater:quo regi ladiſlao grati
ficaretur.Is enim pueri fama delectatus:hunc uidere cupiebat. Nec ſua
de puero ſe opinio falſum habuit. Nam cum primum in illius conſpe-
ctum Franciſcus ueniſſet:regemque ingenuo quodam: ſtrenuaque pu-
dore ueneratus alacriter ſalutaſſet: eſſetque appoſite: & ornate locutus
pleraque:eum ladiſlaus perinde atque filium amplexatus: deoſculatuſq;
tricarico donauit: eius comitatus ornatum inſignibus:initium ſane pul-
cherrimum ad lætioris fortunæ principatum .Et non modo dies nõ præ-
teribat:ſed ne hora quidem:quin puerum:cum ei a maximis occupatio-
nibus ſuis facultas offerret:ad ſe accerſitum uariis de rebus interrogaret:

Confirmatio tertie partis per approbationem

Ethruria

Ethra.

Daciæ reges

Attenda

Attenduli

Mutius ſcæuola.

Porſena

Otho

Neapolis

Ladiſlaus rex

Tricaricum

Iohãna regina
Iacobus barbonenſis
Arx oui
Thimoteus muſicus
Alexander rex
Arthianum
Apex
Angelus label lus
Tartalia
Bracius
Roma
Iohãna regina
Neapolis
Pãdulphellus
Tuſcanella

cui cum ille & impigre:& argute:uerecũdeqꝫ rñderet:admirationem in dies magis atqꝫ magis de ſeſe apud regias auris:mentemqꝫ augebat. Cunqꝫ frequẽtior eſſet tum in aula regia:tum apud regẽ:ſtudebat quotidie doctior fieri rerum etiam urbanarum:ac totius regiæ diſciplinæ:utpote præſago eius ingenio futuræ gloriæ:ac regni. Sed ubi paucis poſt annis rex ladiſlaus uita exceſſiſſet:& Ioanna ſoror:quæ ladiſlao ſuceſſit in regnum Iacobo Barbonenſi Mariæ comiti nupſiſſet. Hic inq̃ Iacobus barbonenſis ſphortiam quoniam putaret nefariis ſuis in reginam uxorem opprimẽdam cogitabus repugnaturum:& eum:& filium Franciſcum:q ætatis annum iam ageret quartum ac decimum:in ſubterraneũ munitiſſime turris carcerem arcis oui appellatæ coniecit ſine ulla omnino ſpe futuræ aliquãdo libertatis. Quã rei ſæuiciam:atqꝫ diritatẽ moleſtiſſime adeo tulit ſphortia:ut i filium cõiectis oculis:quem unum ſupra uitam ẽt ipſam mirifice amabat mortẽ ſibi cõſciſcere puicatius decreuerit:ad quam(ut erat aĩo ferociſſimo)cum furẽs:præcepſqꝫ ferretur ĩ proximum turris parietẽ caput ĩflicturus:ſubita:atqꝫ miſerabili:& ſuaui:& accomodata facundiſſimi filii oratiõe non ſecus ab illo oĩ immanitatis impetu & coercitus ẽ & ad mẽtem ſanioris cõſilii redactus:q̃ a Tbimotheo muſico ferunt Alexãdrum regem ab armis eſſe ad cõuiuium reuocatum. Quo pietatis officio eſt effectum:ut pater ſphortia ex prope iam mortuo reuixerit: ac non multo poſt per reginam Ioãnam ipſam poſt compſſam: atqꝫ proſtratam Iacobi uiri perfidiam:ac uim oẽm iniuſto carcere liberatus una cum piẽtiſſimo:probatiſſimoqꝫ filio magnas res geſſerit:& præclaras. Regina uero cum maximis honoribus ſphortiam:emolumẽtiiqꝫ cumulauit:tũ Franciſcum eius filiũ:cuius igenio & oratiõe pater ſeruatus eſſet:Arhiani:atqꝫ apicis comitatibus donauit. Quid autem memorem:uel potius admirer primũ ſpectatiſſimi adoleſcẽtis tirocinum aduerſus angelum labellũ uirum belli gloria inſignem:qui ob hæſitantiam linguæ tartaliæ habuit cognomẽtum? Nam ubi ſphortia Bracio a ſe fugato ex urbe roma Ioannæ regina iuſſu:urbeqꝫ ipſa in reginæ poteſtatem redacta inſtituiſſet ultionẽ capere(ut par erat)de uetere inimico Tartalia:q aduerſus ſeſe: quo tempore Neapoli primum auctore Pãdulphello:quẽ regina i delitiis habebat:carcere tenebat̃:cum bracio cõſpirarat:quo ipſo cõſentiẽte:fauenteqꝫ & Tuſcanellã urbem:& alia eius pleraqꝫ oppida ui oppreſſerat:ad tuſcanellam ipſam inſtructa acie pugnaturus ꝓficiſcitur. Quo in loco tartalia ipſe contra magnis uiribus in aciem egreditur. Pugna mox utrinque pari animorum ui:atqꝫ ardore conſeritur. Diu:multumqꝫ certatur:neuter pedem refert. Alacriter:ac fortiter incumbunt ſphortiani:cõſtanter hoſtes ferociterqꝫ repugnant. Neutri cedũt. Spes prope utrinqꝫ par. Tum ꝓbus

generóſuſq; adoleſcens:qui uix dum ſeptimum foret ĩgreſſus:ac decimũ
ætatis annũ:ubi ex patre percũctatus certo didiciſſet:q uam eſſet tartalia
nam is inter pugnandum ne poſſet agnoſci:ſagulum:equũq; mutarat)il
lico per cõfertiſſimum aduerſariorum præliantium globum diſtricto en
ſe in unũ Tartaliam equum dirigit.Quem ille ubi ꝑ uaſtam occurrentiũ
cædem comminus in ſe irruentem aſpicit:perinde atq; ſtupidus : atque
ſui impotens repente in fugam uerſus uix ſuorum præſidio intra portã
Tuſcanellæ ſublato ponte:demiſſaq; catharacte ſe recepit permagno nu
mero:fortiſſimorum militum amiſſo:ferturq; poſtea conuerſus ad ſuos
dixiſſe illum ſibi:nam quinam eſſet:ex pellino cotignolano:qui ĩtra por
tam eſt captus:acceperat:non uideri adoleſcentem:ſed tigrem: ſed Leo-
nem:ſed horribile quoddam prodigium. At quanta fuit illa uel prudẽ-
tia:uel clementia:qua eſt in eos milites uſus:quos antea in calabria a ſe
trãſfugas ad hoſtis gotthalanos prælio oĩs captiuos fecit. Gerebat enim
bellum ſphortia pro Lodouico Andegauenſi rege tertio regis huius rena
ti fratre aduerſus Alphonſum regem regis:item huius pherdinãdi patrẽ
quem regina Iohanna:quo ualidior foret contra Lodouici factionẽ ad-
optarat. Præerat in calabria maximis alphõſi: firmiſſimiſq; uiribus Ray
mundus Boylus:aduerſus quem ipſum Franciſcus mittitur a Lodouico
cum poteſtate regia natus annos unum ac uiginti.Huic dat pater ſphor
tia pulcherrimam militum manum:& cum his ueteranos quoſdam:quo
rum fide ducebat ſibi certius nihil.Frãciſci aduentu ĩ calabriã cũ oĩs got-
thalanoꝝ ĩpetus retardatus:repreſſuſq; eſt:tum ob uitæ cõtinẽtiam : atq;
ĩnocẽtiam:& ob ſingularem illã moꝝ facilitatẽ:humanitatẽq; adeo ĩcre-
dibilẽ erga ſe omniũ calabroꝝ beniuolentiã cõciliauit:ut ultro uniuerſa
ꝑpe illa regio ad eius fidẽ : ꝑſpectãq; uirtutẽ tanq̃ ad publicum aliquem
Corneliũ Scipionem illũ: q primus ẽ Africanus cognominatus:certatim
cõfugeret:cũ anno dein ꝓximo ii:quos ſibi maxime fidos ſphortia puta-
bat:omnes præter duos pellinũ.Buldrinũq; fauentinum trãſſugerunt ad
gotthalanos.Frãciſco ipſo inter hoſtium quaſi retia relicto atq; diſtituto.
Sed hic( ut erat animo inuicto:nequaq̃ ſubita perfidia fractus ubi ſe cũ
reliquis copiis quadrato agmine ſine ullo tumultu in ea oppida recepiſ-
ſet:quæ a Lodouico rege ſtipendii uice octo poſſidebat:cœpit continuo
hoſtilem agrum circuncurſare prædari:uaſtare ac nuſquam hoſtibus qe
ſcendi ſpacium præbere : cum tandem tranſſugarum itinera quæq; aſ-
ſiduæ:conatuſq; omnis quamdiligentiſſime adoratus ſine ullo ſuo diſ-
crimine:& cum maxima gotthalanorum clade uniuerſos cœpit in agro:
qui dicitur ſcĩ Marci:quo illi populaturi proceſſerant. Req; ad patrem
ſphortiã ſignificata curriculo qui eodẽ ipo die Alphonſum regẽ collatis

Tartalia
Tuſcanella
Pellinus
Calbria
Lodouicus andegauẽſis rex
Renatus rex
Alphonſus rex
Pherdinandus rex
Iogãna regina
Raymundus boylus
Fr.ſphortia
Gotthalani
P.cor. Scipio africanus
Pellinus
Buldrinus
Ager ſancti Marci
Alphonſus rex

ſignis fuderat fugaratq; nō ꝓcul ab urbe Neapoli:ab eo iubetur: ut perfi
dis illis omnibus ſuſpēſis laqueo gulas frāgeret. Quod patris imperiū cū
uideretur clæmentiſſimo adoleſcenti ſeuerius:& alienum ab eius cōſue-
tu ine(nam erat etiam ipſe ſphortia mitiſſimus)paululū ſub dubius ſte-
tit cogitabundusq;:ut q & patri parendum eē duceret:& nihil crudelius
faciundum.Dein conuerſus ad nuncium dic:inqt:mihi tu:quo uultu pa
ter:ut iſta mihi referres:īperauit?Reſpōdit ille & minaci:& iracundo. Tū
franciſcus non igitur pater iuſſit:ſi iuſſit iracundus. Itaq; accerſitis illis
ad ſe captiuis inquit.Quoniam uobis humaniſſimus pater meus: erratiſ
q; ueſtris ignoſcit:ego uos omnis q̄liberrime miſſos facio:optionemq; ꝑ
mitto & manendi ut antea:& habeundi pro arbitrio ueſtro. Tum oēs ꝑ
lætitia collachrymātes & patri grās egerūt & filio:ac ſeſe manere uelle a-
lacriter reſponderunt:fuerūtq; ex illo die & fideliſſimi ſemper:& ſphortia
næ gloriæ uni omnium maxime ſtudioſi.Quod factū cū propediē ſphor
tia ex litteris filii didiciſſet:conuerſus ad circunſtantis ſubridens ait: lon-
ge filius eſt patre ſuo prudentior. Quis autem eius uel cōſtantiam: uel
grauitatem nō iure optimo admiretur:qua eſt uſus:quo tēpore pr̄ ſphor
Bracius tia profecturus in reginæ Ioannæ:auxilium aduerſus Bracium:quem to
Apernus. ta formidabat italia:ad tertium nonas ianuarias feria ſecunda: qui dies
Piſcaria. eſt lunæ:i fluminis Aperni trāſitu:cui nunc a piſcaria ꝓximo oppido ī ri
pa ſito uulgare eſt nomē piſcariæ:lapſu equi ſubmerſus periit. Braciani
equites:ac pedites:qui pro bracio piſcariam præſidio tenebant:cum ui-
diſſent ſphortianos trāſitum Aperni moliri ad eius hoſtia per uæhemen
tiſſimos maris:creberrimoſq; fluctus ex oppido erumpētes occurrunt ad
fauces tranſitum pro uiribus ꝓhibituri:quod eo maioribus animis age-
bant:quod ſperarent id ſibi facillimum factu fore:quoniam Frāciſcus a-
doleſcēs dūtaxat natus annos duos & uiginti cum aliis equitibus quiq;
Michael atten tranſiſſet:& poſt illos Michael attendulus:& ſphortia imperator octauus
dulus. ac mare cōtrariis uentorum:turbulētiſſimiſq; flatibus agitatam aſſiduæ
magis atq; magis exaſperaſceret.At Frāciſcus adoleſcens(ut erat animo
excelſo atq; inuicto) calcaribus cōfeſtim crebrioribus equum adigens:&
longiori īnixus haſtæ ueluti uernus colluber:ſtrenuo:celeriq; curſu ī ob-
uios hoſtes fertur tanta audentia:ac uiribus:ut eos palantis in fugā age-
ret.Quod Sphortia pater coram aſpiciens geſtiēſq; lætitia & uoce:& ma-
nu ad tranſmeandum ſuos hortatur commilitones:quos ob fluctuū ma
gnitudinem cum ſegniores uidet ad tranſitum ipſe rurſus:quo formidā-
tibus fiduciam iniiciat:ad exercitum remeans dum pone periclitanti ar-
migero inter fluctus dextram ſublaturus porrigit: & equus quo inſide-
bat: poſterioribus deſertus pedibus labitur:& imperator ubi ephippio

eſt excuſſus:& ſi bis ſuſtulit manus ferreis graues chirothecis ꝑinde quã
ſi auxilium implorans:tamen & thoracis:reliquorũq; armorum præſſus
pondere:& aluei fundo pedum nõ ſuſtinẽte ingruẽtium fluctuũ altitudi
ne obrutus:tanq̃ in Numico æneas diu poſtea : ac multũ quæſitus nuſq̃
apparuit.At Franciſcus ſubiti caſus ignarus ubi inter fortiſſime prælian-
dum de ſurrepti patris acerbitate clam per quẽdam ex cõmilitonibus eſt
cõmonefactus:q̃q̃ intolerabili cordis uulnere eiuſmodi nũcio ẽ trãſfixus
tñ re oĩ diſſimulata paulatim ſeſe:atq; pedetentim ex ea pugna ſubducit
ad ſuos:hoſtibus minime inſequentibus:quippe q & deteriori in ea pu-
gna fuiſſent cõditione:& de repẽtino ſphortiæ obitu nihil noſſent.Ac ne
hoſtes facerent ĩpetũ in eos:quos poſt ſeſe reliquiſſet:ultimus eẽ uoluit:
q reciperetur ad exercitũ.Itaq; ubi reliqui remeaſſent:qua mõ trãſierant:
ipſe ſolus inſcenſa trabe caua:quæ caſu in flumine ẽ reperta:iter ſagitarũ
& oĩs generis miſſiliũ innumerabilis iactus breuiſſimo ſe cõto remigando
recepit ad ſocios:quos oĩs cũ & extremo dolore cõfectos : & tumultuãtis
offendiſſet:eos ẽ ſua orõne adeo cõſolatus:& ita in lœtioris fortunæ ſpẽ
erexit:ut & ipm̃ impatorẽ ſuũ cõtinuo ſalutarint:& ut de ſe oĩa ſibi reci-
peret:uno cõſenſu:& eodẽ ore alacriter affirmarint.At Bracius ſphortiæ
obitũ non diſſimulanter collachrymatus tulit ꝑmoleſte:ſiue ꝙ meminiſ-
ſet priſtinã ſuã cum illo familiaritatẽ:atq; beniuolentiã:ſiue ꝙ ĩ ſphortiæ
aduerſo caſu ſui(ut fit)miſereret᷑. Cæterũ Frãciſcus inito cũ ſuis cõſilio
Orthona quæ urbs ẽ in pelignis cũ uniuerſo cõceſſit exercitu:qua ſuorũ
militũ munita præſidio de prima uigilia inde mouẽs cũ reliquis copiis re
cepit ſe beneuẽtum unde idibus Ianuariis ad reginã Iohãnã proficiſcit᷑ &
uiſendi gr̃a & percũctãdi:quid ſe facere iuberet.Hæc amiſſa Neapoli ſe
cõtinebat auerſæ:quæ ut Franciſcum ẽ corã intuta:ſe ob ſphortiæ patris
deſideriũ a lachrymis moderari non potuit.Dein pauca ꝓ re locuta: ſed
maternæ caritatis plena urbis oppidaq; oĩa quibus donarat ſphortiã trãſ
fert ĩ frãciſcũ filiũ pleno iure:iubetq; ut & ipe reliqq; frẽs atq; ipoꝝ poſteri
ꝑpetuo ſeruẽt ſphortiæ cognomẽtum.Id ꝙ in hãc diẽ uidemus aſſidue ꝓ
pagari. Ad hæc mandat:ut collecto uniuerſo exercitu properet ad Nea-
polin obſidẽdam.Nã iccirco ꝓperãdum eſſe regina iudicabat:quoniam
rex Alphõſus aberat profectus ãno ꝓximo poſteaq̃ ẽ a ſphortia pugna ſu
peratus:in citeriorem hiſpaniã cum uniuerſa claſſe ad renouãdas augen
daſq; uires comparãdaſq; pecunias:relicto petro fratre cum præſidio nõ
mediocri gotthalanoꝝ & eq̃tibus italis tribus millibus.Cũ reginæ Iohan
ne uolũtate ac iuſſis paruiſſet q̃primũ Frãciſcus ſphortia & ad eas pecu-
nias:quas nõ admodũ multas a reginæ quæſtoribus accepat collegiſſet
etiam ex amicis & ſubditis quantas potuit: comparato iſtructoq; robu-

Numicus
Eneas.
Bracius
Orthon ortho nis Orthona accuſatiuus ẽ græcus
Peligni
Beneuentum
Iohãna regina
Neapolis
Auerſa
Alphonſus rex
Hiſpania cite rior
Petrus
Gotthalani

ſtiſſimo firmiſſimoq; exercitu:neapolim cōfeſtim obſedit:eam quotidie
uariis prœliis oppugnationibuſq; cōcutiens.Idq; breui effecit:tū uiribus:
tum īgenio:ut qui præſidio ītus erāt:deſpare cœperit rebus ſuis: cū hæc

Philippus Maria dux

claſſis ſuperuenit:quam dux ille clariſſimus Philippus maria in reginæ
auxilium miſerat munita nauibus roſtratis:iiſq; īgentibus quattuordecī
& triremibus quinq; ac uigīti myoparonibuſq; nōnullis:huic præerat uir

Guido torelus

bellicis laudibus celeber Guido torellus.Quare qui pro rege Alphonſo
erant in urbe:ītellecta periculi magnitudine ſecuti admonitionem uni-
us Franciſci ſphortiæ ac fidem:& ꝙ cōſtituto ab Alphonſo ſtipendio care

Berardinus Vbaldinus

Iacobus caudola

rent.Berardinus Vbaldinus ac Iacobus caudola:id omne præſidium de

Bracius

ſtituere profecti alter ad bracium.Iacobus autem ad reginam. Poſt ho
rum abitionem Franciſcus ſphortia terreſtri oppugnatione. Guido au
tem maritima adorti muros ui tādem urbe potiti ſunt: ſine ulla ēt ciui-
um offenſione:tāta fuit noſtri illius moderatiſſimi pricipis uel innocen-
tia uel prudētia. Neapoli per hunc modum ex ipſius Petri & Gottha-
lanorum manibus recuperata:regineq; reſtituta cum Frāciſci ſphortiæ

Philippus Maria

nomē quottidie redderetur illuſtrius idem Philippus Maria: ut erat ſum
ma prudētia priceps & egregius uirorum fortium cenſor ac iudex: cura-
bat per Guidonem Torellum apud reginam:ut tāta probitate adoleſcē-

Bracius

Aquila

tem ſibi tantiſper cederet:donec Bracii audaciam:qui aquilam obſidio-

Martinus pōt.

ne acerbius præmebat:in Martini pontificis maximi & ipſius etiam regi

Cappua

næ contemptum:& detrimentum refringeret:atq; obtereret.Non difficul
ter ꝙ petebat:impetrauit. Nam tum regina Bracium timebat:ne ſi aqui
la potiretur cum & capuam haberet & alia plæraq; oppida regni ſui:ſen-
tiretq; cum Alphonſo:ſe uniuerſo regno ſpoliaret:tum Franciſcus ſphor-
tia partis philippi ſequi quodam naturæ ductu maiorem immodum cu-
piebat:præſertim ꝙ etiam noſſet ea fuiſſe mēte eo animo patrē ſphortiā
ut omnia in poſterum ageret ex philippi ſententia:accepiſſeq; iam ab il-
lo aureum nūmum duodecim millia:quo & ſeſe una cum reginæ eccle-
ſiæq; exercitu opponeret Bracio:& in proximam æſtatem cum īperio eq

Ethruria

Florentini

tum decēmillium ac peditum quiquemilliū in ethruriam proficiſceretur
aduerſus florētinos.Frāciſcus igitur ſphortia agens ætatis ānum iam ter
tium & uigeſimum ꝓficiſcit' nomine Mediolanenſium ducis Philipi Ma

Iacobus caudola

riæ ꝓ Martino pontifice & Ioāna regina ſiciliæ aduerſus Bracium: q aq-

Michael attendulus

lam urbē cōſtantiſſimæ ſimul & accerrime oppugnabat.Erāt in ea eccle-
ſiaſtica expeditione cum Iacobus caudola & Michael attendulus duoq;

Lodouicus ſeuerinas

Lodouici ſeuerinas: & columna tū etiā tartaliani equites: nam Tartalia
ipe duobus ante annis Martini pōtificis iuſſu Auerſæ fuerat obtrūcatus:
atq; alii cū iis una ꝑmulti & illuſtres: & magni uiri. At Bracius aduenie-

tiũ cõtra ſe uirium nõ ignarus ut erat uir aío ĩgenti:pugnãdiq; eque atq; bellãdi callẽtiſſimus:eum collem:per quem illis iter futurum erat: duobus munierat caſtellis cũ præſidio peditum circiter quinq; millia:ad radices aũt collis qua illis deſcenſus erat in cãpeſtrem planiciem:quæ collem ab aquila dirimit:omnia aquis ex proxima foſſa ui deductis in ſtagni ſimilitudinẽ complerat:Inde ſua ipſe tenebat caſtra cum eqtibus ad quattuor millia exercitatis & fortibus:quos omnis in quattuor & uiginti ordines ad pugnam iſtruxerat.Nicolao picinino uiro bellicoſo & impigro cũ equitibus quadringentis & ualido peditatu e regione urbis in colle: qui uocat' ſanctæ Mariæ ad manipulum:nequis impetus ex urbe erumpens ſuos pugnatis ad terga adoriretur.Præterea ſpe uincendi ea maxime ducebatur Bracius:quod exiſtimaret hoſtium duces propter ambitionem nunq̃ inter ſeſe conuenturos.Sed tantam uim habuit mãſuetudo: ĩgeniiq; dexteritas:ac facundia noſtri pricipis & monẽdo:& hortando:& ſuadẽdo:ut ne minima quidem animorum irritamenta in uniuerſo illo exercitu interuenerint.Cõſederat igitur eccleſiaſticus exercitus ex altero collis illius latere:quem Bracius caſtellis:peditatuq; munierat:ad ſeptẽ millia paſſuum iter ab aquila:cum aduenit a Bracio cum litteris tubicen: q̃bus ille duces omnis & prouocabat:& hortabatur ad pugnam addens eis per ſe licere:& ſine una prorſus uel moleſtia:uel impedimento:& aſcẽderent collem:& ex colle in campum æquum deſcenderent:idq; iureiurando inuiolatum fore affirmabat.Quibus abditis cum ſilentium a cunctis ducibus ſeruaretur:conuerſus Franciſcus ſphortia ad legatum apoſtolicum Franciſcum piccolpaſſum integerrimum illum uirum: & ſapientem:qui poſtea Mediolani archiepiſcopum geſſit: ſi iuſſeris inquit pater reuerendiſſime:poſteaquam nemo audet reſpõdeř:ipſe ut iuuenis reſpondebo:reſponde igitur inquit ille ſubridens. Tum coniectis in tubicinem ſuis uigentioribus illis oculis ac ueluti radiantibus dicito inquit Bracio nos pro arbitrio noſtro uenturos aduerſus ſeſe uel inuitum: & in ſuam quidem rem malam. Captato igitur tempore ex communi ducum omnium conſilio collem aſcendunt inſtructa acie: eaque diſtributa in equitum ordines uiginti pari fere numero Bracianis: peditibus uero quingentis ac mille. Poſt hos omnis ſequebantur impedimenta:& qui ad miniſteria accommodati ad pugnandum uſui haud eſſent. Cum illuxiſſet: cœpere ad radices collis deſcendere: & omnes quidem pedites(nam propter callis anguſtias ac rupis difficultatem coacti ſunt omnes equo deſcendere) At Bracius ſiue quoniam iureiurando per litteras ſe obſtrinxerat liberum deſcenſum illis fore in campeſtrem planiciem:ſiue quia(ut erat animo excelſo & iſolẽti)iactabũ-

Lodouicus columna

Tartaliãi equites

Tartalia Auerſa

Nicolaus picininus

Co lis ſanctæ Mariæ

Franciſcus piecolpaſſus

Mediolanum

a

pugna cõſerit̃

Fulignatus.

Euripides Polynices.

Nicolaus picininus

dus inter ſuos prædixerat ꝑpterea ſe illis liberũ præbere deſcenſum: quo nemo ꝓrſus ex ea pugna euaderet: ſuos oīs continuit iutra aciem: donec uniuerſus ille exercitus in æquo conſtitit campo. Dein collatis ſigis pugna conſeritur intra ſecundum lapidem prope aquilam maximis utrinq; uiribus: & exæſtuantibus animorum ardoribus: ac ſummo cum uitæ periculo uniuerſum certatur diem uaria: mutabiliq; fortuna: utrinq; uulnera: utrinq; cedes Nec uno in loco prælia: hac fugiunt: illac præmunt. Inter ſpem: ac metum omnia tumultuantur. Iidem eodem fere momento & uictores & uicti: cum tandem eccleſiaſtico cedente exercitu: præmentibuſq; robuſtius bracianis: ac iam prope uictoribus. Hic generoſo: & iuicto animo adoleſcens tanq̃ e ſpecula quadam inter fortiſſime dimicandum ultimi diſcriminis magnitudinẽ cõſpicatus ueluti horrendum aliquod fulmen in conferliſſimum mutuis inter ſeſe uulneribus digladiantium agmen tanta ui: tanto impetu irruit: ut cum in ipſum bracium inter omnis generis tæla: ac cedes peruicatius fertur: hunc ille inopinato metu perculſus capiti ſuo infeſtius imminentem diſtricto gladio haud amplius ſuſtinuerit: ſed confeſtim auerſo equo celerem uerteretur in fugam deiecta ultro ex capite caſſide: ne poſſet agnoſci. Erat enim Bracii caſſis ſerico recta purpureo: & argenteo torque inſignis: quem eminẽtiores pilæ argenteæ decorabant. Cum ita franciſcus ſphortia ꝑ innumerabilia occurrentium uulnera bracium inſequitur: effectum eſt deniq;: ut & ille fugiens ab expedito: & audaciſſimo equite ſphortiano Fulignato in occiput lœtale uulnus exciperet: & ita redeũte ex equo ruens ſuum uniuerſum exercitum ſecum in ruinam traheret. Exquo intellectum eſt: quod apud Euripiden ait polynices. Securus imperator audaci præſtat. Dum ſibi Bracius certam uictoriam pollicetur iuſſis tum iis peditibus: quos præſidio locarat in caſtellis: ne prius hoſtis a tergo adorirentur: q̃ ipſe iuſſiſſet: tum etiam Nicolao picinino: ne ſe ullo ſui diſcrimiue loco moueret: & iubendi: & uiuendi finem ſortitus eſt. Nam eo uulnere poſtridie aīam efflauit tertio nonas Iunias: & aq̄lam miſerabili excidio liberauit. Nec illud certe ſilentio eſt prætereundũ Franciſcũ ſphortiã. Bracius ubi ꝑmum in caſtra ſemianimus ẽ relatus: cœpiſſe illũ amici: mitiſſimiſq; uerbis ad bene ſperãdũ cohortari: ſuoſq; medicos ad eũ curãdum q̃ diligẽtiſſime adhibuiſſe: nihilq; oīno prætermiſiſſe: q; uel ad optimi uiri: uel ad fidelíſſimi amici officii ꝑtineret: demumq; ubi illũ extremis defeciſſet ſpũs nõ ſecus illachrymaſſe: ac ſi pr̃ extitiſſet. Cæteꝝ poſteaq̃ Frãciſcus poſt tãtæ uictorie gloriã iuiſſet in urbẽ romã põtificis Martini & uiſendi: & ſalutãdi g a: tũ ẽ ab illo p̃rna quadã exceptus dilectione: honoratuſq; egregie tũ etiã hãc laudẽ reportauit ut diceret Martinus. Es tu ſane fili nr̄ cariſſi-

me Frāciſce ſphortia & ſpecioſus:& prudēs & robuſtus:& fortis:ac facun
dus:& de Romana eccleſia bene ꝑmeritus:abi igit' in dei benedictione
& de nobis tibi in xp̄o Ieſu oĩa pollicere. At Philippus Maria cū in dies Philippus maria.
magis atq; magis icrementa ꝓbitatis:atq; cōſilii uideret ĩ frāciſco ſphor-
tia coaleſcere:maximo curauit ſtudio:ut eū oĩno ſuū efficeret. Itaq; &
Martini pōtificis opa:& magno ſuo:honorificoq; ſtipendio hūc ad ſe ac
cerſitum multis maximiſq; ĩ rebus & belli:& pacis exercuit. Venit is pri-
mum Mediolanum:cū ageret quartū ac uigeſimū ætatis annū: quo ip̄o
etiā anno diuina quadā ꝓuidentia nata ē Blanca Maria pridie Kalēdas Natalis Blācæ
apriles. Sua uero tū p̄ntia & oīone:tū etiā prudētia:atq; moꝝ grauitate: Mariæ
& elegātia nō modo æquauit:ſed miꝝ ĩ modū ſupauit oēm de ſeſe apd'
philippū expectationē adeo:ut uel ex eo tp̄e cōſilium philippus id inie-
rit:quod paucis poſt annis abſoluit:unius ſibi Franciſci Sphortiæ & ge-
neri faciundi p natā infantulā:& p adoptionē una cū filia Bonoꝝ oĩum
hæredis ac toti ĩperii ſucceſſoris cōſtituēdi. Fuit enim Philippus Maria
ſupra omne hominum genus:qui ea tempeſtate reliquos principes lon-
giſſime ſuperarit ĩtelligēdo & iudicādo. Quare Franciſcum unum ſingu
lis pene diebus ad ſe accerſitum cum libenter audiebat de rebus maxi-
mis:& grauiſſimis acute multa:cupioſeq; loq̄ntem:tum ip̄e quoq; pmul
ta ex eo pcūctabatur acriter excogitata & callide:ad quæ ita ſtrenuus a-
doleſcēs alacriter:ac prudēter rn̄debat:ut diuino potius:quā humano p̄
ditus uideri poſſet ingenio. Interea uero tp̄is cum res publica florētina
ip̄ius Philippi mariæ uiribus grauius p̄meret':eoq; foret iā res deducta:
ut ſuæ libertati metueret plurimum:mittūtur a Florētinis ad Venetos le- Florentini
gati:qui p multam ĩ philippum expoſtulatiōem eos docerēt: quāto eēnt Veneti
in periculo:quodq; diutius ſoli tantam belli mollem ferre non poſſent:
& q̄ uniuerſæ Italiæ metuēdus philippus foret ob ingenii uerſutiam: aui
ditatēq; dominādi. Nec enim credēdum eſſe quietē philippū dein actu-
rum occupata florētina republica. Cōgerebant ĩ illum delicta plurima a
cutius excogitata. Superiora tempora memoriter referebāt: quibus phi-
lippi maiores ab Italia pturbāda nunq̄ deſtitiſſent. Mediolanū officinā Mediolanum
eſſe belli iuidioſo noĩe dictitabāt. Solāq; eā urbem ex uniuerſo terrarū
orbe:tū ob munitiſſimum loci ſitum:quē tria igentia flumina padus. Ad Padus
dua. Ticinus reddūt undiq; tutiſſimum ab oĩ hoſtium impetu:tū ob fre Addua
quētiam populi:quæ eſt maxima:nulliuſq; rei neq; ad uictum neq; ad ui Ticinus.
tæ cultum indigens:tum etiam ob opificum multitudinē:ac uarietatem
bellis creſcere:ac locupletari. Quāobrem poſtulabant:cōtendebāt: obſe-
crabāt:ut auxilio ſibi:præſidioq; eſſent. At ueneti & ſi non obſcure aĩad- Veneti
uertebāt:quo magis augeretur philippi imperium:eo rebus ſuis futurū

ꝑiculoſius:tamen ad bellum capeſſendum nulla prorſus iniuria ab illo
prouocati non facile adducebātur:præſertim quod ſocietas etiam iter-
cederet ī alterum qnquennium ex icto fœdere duratura.Tum unus ex
Rainaldus albitius — legatis florentinis Rainaldus Albitius uir non minus elatus:& audax:ꝗ
diſertus ubi uidiſſet nullis rationibus uenetum ſenatum adduci ad fe-
rendum ſuæ reipublicæ auxilium ī philippum:Vos iquit patres conſcri-
Genuenſes — pti cum ānis ſuperioribus Genuēſibus auxilium ueſtrum implorātibus
id illis ferre noluiſtis:fecerunt Philippum Genueuſes dominum:qui nō
erat:eadem nos ratione illum reddemus regem:quo uos propediem im
peratorem conſtituatis.Quæ cum dixiſſet turbato:ac minaci uultu:e ſe
natu abiens una cum cæteris legatis diutius nihilo cūctatus ex urbe de
ceſſit florentiam rediturus.Tum ueneti de re nixius conſultantes ī ma-
ximam inter ſeſe uenere diſceptationem:cum alii honeſtatem tuerētnr:
Fredericus cōtarenus — alii utilitatem.Tandem uero fredericus contarenus uir grauiſſimus in-
ter Venetos:idemq; diſertiſſimus:adductis multis rationibus:& exem-
plis tum romanis:tum peregrinis:qbus argumētaretur nō omnia ꝓmiſ
ſa ſeruāda eē ut uel inſidioſa:uel iniuſta:& ea præterea quæ honeſta fue
rint ſolere mutari cum tempore:atq; illos omnis iniuſtos eſſe:qui non ꝓ
pulſant:cum poſſunt:iniuriam uel ab ignotis:adderetq; magnam utili
tatis uim rapere ad ſeſe honeſtatis & dignitatem:& nomen.Ad hæc quā
tam calamitatem uenetæ reipublicæ poſſet afferre uictoria philippi de
Genuenſes — florentinis:cum & dominaretur genuenſibus:& ſocietatem haberet cū
Martinus pōt. max. — Martino pontifice maximo:& de Iohāna regina omnia quiret pro uolū
tate decernere.Næc enim defuturam Philippo cauſam inferendi belli ī
Iohāna regina — Verona:atq; Vincentia ꝑ iure patrio repetēdis.Huiuſmodi inquam ra-
Verona — tionibus:aliiſq; ꝗplurimis ſenatum perpulit Fredericus ad ferēdum flo
Vicentia — rētinis auxilium:quod petebant:ubi minus ſe philippus a bello retrahe
Fr. Cremagnola — ret.Quam qdem rem eo facilius pſuaſit:quod franciſcus cremagnola:ꝗ
non multo antea tranſfugerat a Pphilippo ad uenetos:eos in magnam
ſuſpicionem iniecerat:de illius aduerſus ſe uoluntate celer s uictoriæ
Franciſcus foſcarus — ſpē afferens.Præterea dux ille prudentiſſimus Franciſcus foſcarus:cuius
auctoritas erat apud omnes maxima: uno ſolum quæ Fredericus
diſſeruerat:comprobauit:uerum etiam accuratiſſima oratione oſtendit
ultimum in rempublicam uenetam excidium ꝓuenturum : ubi minus
& quam primum:& fortiter aduerſus Philippum bellum capeſſerit. Cō
feſtim ergo ex itinere legatis florentinorum reuocatis ſocietatem : quā
Mediolanum — petebant:ineunt:ac firmant æquis conditionibus.Dein miſſis eueſtigio
Mediolanum oratoribus Philippum monēt:ut ab omni ī florentinū po
pulum ui:iniuriaq; deſiſteret:quod ſi ſecus faciat:fore:ut ſpōte cauſam
ſuam ageret.Quod Venetorum quaſi edictum cum philippo inſolentius

uideretur:primò cœpit ſtomachari:dein ſecum aīo uoluntas haud ſole re uenetos ſe iniuſticiæ obnoxios unq̄ facere:fœdus decēnale iam qnto āno antea pcuſſum:ac mutua ſocietatis iura afferebat.Præterea Florēti nos belli aduerſus ſeſe auctores extitiſſe:q nulla iniuria laceſſiti ultro ar mis fuerit ſe adorti.Quæ dum citro:ultroq; gerūtur:clam ueneti parant oia:quæ ad bellum attinēt.Nec italiæ ſolū:ſed pegrinos quoq; potēatus excitāt:accingūtq; ī Philippum:cum is nulla ratiōe adduci poſſet:ut cre deret uenetos tum ob īueteratam:ac ppetuam amiciciam:tum ob initā nouiſſime ſocietatē qcq̄:quo ſibi īcōmodarēt:tēptaturos.Sed lōge præ ter eius opinionem cecidit.Interea.n.temporis Gelphi brixiani factiōis eius auctoribus Petro:Achilleq; aduocatis ambobus & fratribus:& opu lētis:& apud ciues municipeſq; cariſſimis audita uenetorum:ac Floren tinorum ſocietate deficiūt a Philippo ad Venetos eis dedita ea urbis pte ubi gebellini minus habebāt uirium.Nam urbiculæ:quas hi potiſſimū inhabitāt:ſtabāt:& uetus quæ uocat̃:& noua una cum ſubiecto subur bio:atq; arcibus tam portarũ:quam ea:quæ ualidiſſima eſt ī ſummitate urbis p duce Philippo res aūt geſta ē noctu feria prima:q dies ē ſolis ad ſextum decimum Kalēdas Apriles:āno anatali chriſtiano ſexto:ac uige ſimo ſupra quadrigēteſimum:& milleſimum.Equites nulli hoſtium ea nocte ī urbem ingreſſi:nec alii prorſus ulli præter pedites octingētos a cremagnola excompoſito ſubmiſſos:& frequētem municipum manum quos ii fratres ex eadem factione clam collectos muro p inſidias fracto ſecum adduxerāt.Erat Franciſcus ſphortia p id tēporis Mediolani apud philippum:ſed eius milites alii apud mōtem clarum:alii in pximis mu nicipiis hibernabāt.Qua qdem re eadem nocte audita brixiam adeqtā tes ī urbiculas mane excepti ſūt.Qui urbē tradiderāt Venetis:mox eius uias doliis humo cōpletis trāſuerſis trabibus repagulis:& cathenis mu niebāt:neq; ſubitus īpetus rē puerteret prius:q̄ cremagnola cū uiribus aduēiſſet.Philippus ea re rumoribus:ac nūciis curriculo audita Frāciſ cū ī ſubſidiū mittit:q īcredibili uſus pnicitate feria tertia:q dies ē martis cū reliqs ſuis copiis ex altera ipſe parte urbiculas ē īgreſſus:ex altera ue ro eodē tēpore in urbē cremagnola cū eqtibus quattuor millibus:īgē tiq; peditatu.Reliq aūt omnes ducales exercitus ī flaminiis agebāt:& in ethruſcis cōtra Florētinos.Cōſpirāt præterea una cū uenetis in Philippū Mariā hi oēs:Amideus dux allobrogū:quos noīe deprauato a ſabbatis mōtibus ſabbaudiēſes p ſabbatēſes appellāt:& eluatii:& tres illi Marchi ones Montis ferrati æſtenſis mantuanus ad hæc potentiſſimus rex Al phonſus:qui una cum fliſcis:fregoſis:& adornis rem genuenſem mari: terraq; turbabat.In tot:& tam magnis:tamq; periculoſis:& repen

Brixiani
Gelphi
Petrus
Achilles aduo cati
Gebellini

Quo tp̄re brixiani defecerit a Philippo du ce
Cremagnola

Fr.ſphortia
Mediolanum
Mons clarus

Flaminii
Ethruſci
Amideus dux
Sabbati mōtes
Sabbaudiēſes
Eluetii
Marchio mon

tis ferrati | tinis rerum difficultatibus ſolus Frāciſcus ſphortia philippi ducis & ſu-
Marchio æſtē- | ſtinebat:& tuebat̄ iperiū:q̄ aſſidue die:noctuq́ʒ ex urbiculis aduerſus ho
ſis | ſtes i urbem erūpens eos cōtinuis prælíis laceſſere:urgere:uexare:cedere
Marchio man | iterimere:ac nūq̄ quietos ſinere:tātamq́ʒ i deſperationē agere cremagno
tuanus | lam:ut mētis fere:atq́ʒ ſenſus inops q̄d cōſilii caperet:eſſet neſcius: q̄ppe
Alphonſus rex | q̄ ſuperioribus tēporibus cum ꝓ philippo militaret:uincere ſemp cōſueſ
Fliſci | ſet:nūc ipſe quottidie uinceretur.Quare quoad a cōſerenda manu abſti
Fregoſi | nebat:idq́ʒ totum ei negotiū erat:ut caſtellis e regione portarū obiectis ꝑ
Adorni | catapulatas:& plumbeas pilulas:moleſq́ʒ bōbardarum Franciſcus ſphor
tia a frequēti eruptiōe coerceret̄.At dux philippus huic magis: q̄ brixiæ
metuēs immiſſa i urbiculas ualida peditum manu Frāciſco iubet:ut ab
eo præſidio ad mōtem clarū ſe recipiat:& i ꝓxima municipia:donec co
actis aliis exercitibus ex ethruria:& flaminia obſidētes premantur obſi-
diōe.Paret Franciſcus:ac per medias hoſtium monitiones ubi illuxiſſet:
poſt quadrageſimum:ex quo uenerat:diem cū ſuis omnibus erumpens
uno impetu:ſtrenuaq́ʒ ui iter occurrentium tæla:ac iactus ex urbe egre-
ditur.Hūc inſeq̄tur maximis uiribus cremagnola:cuius ille iter equitan
dum ferociam ſæpe cōuerſus reprimit:ac retūdit.Sed ubi uentum eſt in
Mons clarus | campeſtre ſpatium mōtis clari:tum facta phalange alacerrime fertur col
lati ſignis i cremagnolam:ubi pulcherrimum erat uiſū:q̄ & conſtāter: &
fortiter pauci ſphortiani cum tāto uenetorum exercitu & adoleſcens ad
huc Frāciſcus cum Frāciſco ueterano diu:multumq́ʒ dimicaret.Eaq́ʒ de
utroq́ʒ & duce:& exercitu opinio apud oēs cōſtitit:niſi nox pugnam ſuo
interuētu diremiſſet:nō minorem de cremagnola uictoriam fuiſſe Fran
ciſcum ſphortiam eo die cōſecuturum:q̄ eidem antea de bracio cōtigiſ-
ſet.Cæterum hic in Mōtem clarum ſe recepit:& ille i urbem Brixiam ad
urbiculas oppugnādas.Quo magis ipſe mecum:magiſq́ʒ cōſydero ad-
mirādam illam:ac prope diuinam philippi Mariæ ingenii acrimoniam:
eo magis illum mihi uideor cæteris:mortalibus præſtitiſſe & conſilio:&
prudentia.Nō præſentia.n.modo ſumma iduſtria:diligentiaq́ʒ gerebat:
ſed futuris q̄buſq́ʒ caſibus ita grauiter:ſapiēterq́ʒ ꝓuidebat:ut nihil unq̄
ei accidere poſſet inopinato.Videbat ſibi eē bellum cum duabus poten
tiſſimis:& locupletiſſimis rebus publicis:q̄bus ſe pecuniarum magnitu-
dine:quæ belli ſunt nerui:lōge iferiorem itelligebat.Quæ.n.aut pricipis
aut regis cuiuſq̄ uires adeo firmæ ſint:quas uenetoꝝ:Florētinorumq́ʒ pe
cuniæ nō frāgant:ac peſſundēt?Itaq́ʒ nullum ſibi præſidium firmius du
cebat:& certius unius Franciſci ſphortiæ fide:itegritate:prudētia: animi
Mathematici | magnitudīe.Accedebat ad rem:quod ex Mathematicis:uatibuſq́ʒ didi-
Vates | cerat cūdem Frāciſcum ſphortiā primum adhuc fore pricipem i italia:&

q̄ ſolus afflictas philippi res:ac pœne p̄ditas uitali ueluti afficeret ſenſu: & in lætiore fortunam erigeret atq; ſtabiliret. Quibus cogitatibus factū ē:ut uitæ Franciſci Sphor. Philippus mallet:q̄ Brixiæ recuperādæ conſulere. Nam (quod ſæpe dicere poſtea philippus conſueuit) niſi Franciſci Sphortiæ uita carior ſibi q̄ brixia extitiſſet:nunq̄ Brixiam amiſiſſet. Sed ut ad rem:qua decœpimus:reuertamur:cum dies:ac noctes murum nouæ urbiculæ & bombardarum:& uario℞ tormēto℞ molibus cremagnola cōcuteret:nec intima philippi præſidia minore aut ſtrenuitate:aut induſtria ad repugnandū uterent̄:aduenere tādem ex ethruria & flamiuia ducales exercitus:qui una cū ip̄o Frāciſco p̄pe brixia cōſederūt ad duomillia paſſuum hoſtis īcluſos prouocātes ī pugnam. Aberat per id tēporis Cremagnola:qui ſibi metuens ab aduenīētibus copiis ſimulato laterum dolore perrexerat ad balneas patauinas. Qui uero pro imperatore intus erat:Iohannes Frāciſcus princeps mātuanus pugnandi iis copiam nullam faciēs urbiculæ expugnatione erat ītentus. Hic ſi uni Franciſco Sphortiæ fuiſſet obtēperatum:& brixia eſſet minimo labore recuperata: & de hoſtibus pulcherrima ſumpta uictoria. Cōſulebat enim:ut oī cūctatiōe ſublata per urbiculas ī urbē īgreſſi Venetū hoſtē adhorrirentur p̄us: q̄ & a Venetis maiores cogerētur uires:& a Florentinis auxiliares copiæ mitterentur. Id cōſilii ſolus Nicolaus picininus & probabat:& laudabat. Nam Angelus p̄gulanus:& cæſar brixianus:& Nicolaus guerrerius & cū his Cicchus patauinus:cæteriq; duces Frāciſci gloriæ inuidētes ſecus: q̄ ſentirēt:oīa gerebāt. Quibus diſſenſionibus factū eſt:ut & Cremagnola ī meliorē adductus ſpē reuerterit ex balneis ad exercitum:& ueneti maioris quottidie copias compararīt:& florētini ī auxilium miſſerit Veneto℞ exercitatiſſimum quē habebant:& prudētiſſimum īperatorē Nicolaum Tholētinatem cū equitum quattuor millibus & duobus millibus peditū Nam ipſi oī belli moleſtia liberati iam nihil ſibi neq; ī ethruria:nec in flaminiis metuendum eē intelligebant. Is Nicolaus Tholētinas ubi p̄mum brixiam uenit:cognita ducalium ducum diſſenſione maturādum eē arbitratus:ne ſi illi fortaſſe reſipiſcerent:difficilior foret bellandi p̄uicia ingentem foſſam deduci iubet ī lōgitudinem ad paſſuū quiq; millia: qua trāſitus p̄hiberetur hoſtibus ad ullum omnino aut auxilium ferendum obſeſſis:aut minime cuiuſq̄ opis adminiculum. Erat autē ea foſſa & aggere:& uallo:& caſtellis nōnullis atq; frequētibus munita turribus:ac pluteis acta ī latitudinē paſſus duodecim:& tātumdem ferē in altitudinem. Venetorum:Florētinorūq; exercitus complebantur hominibus ſupra triginta millia. Philippi autem ducis ad tria ac uigiti millia. Eq̄tatus utriſq; pœne par. Sed hoſtium peditatus multo ſuperior. Cum hæc a uenetis

Balneæ patauinæ
Iohānes frāciſcus Marchio
Nicolaus picininus
Angelus p̄gulanus
Cæſar brixianus
Nicolaus guerrerius
Cicchus patauinus
Nicolaus tholētinas
Ethruria
Flaminii
Brixia
Foſſa qualis
Exercituū numerus.

ſuaſu Nicolai Tholētinatis geruntur:uoluit ſæpenumero Franciſcus eā moliētis adoriri. Non modo habuit neminem præter unum Nicolaum picininum:qui cum eo ſentiret:ſed omnes potius aduerſantis:ſeq; apud philippum inſimulātis:quod clam uenetis faueret. Quas obtrectatorum īuidētiū q; calumnias q̄uis nō obſcure franciſcus reſciſceret:nunq̄ tamē

Antonius landrianus

īduci potuit:ut illorum mallet ſimilis eſſe q̄ ſui:cum tādem poſt urbicularum muros cōtinuis tormētorum ictibus terræ æquatos. Antonius lādrianus:ac cæteri fortiſſimi uiri:qui arci præerant:rei frumētariæ: com-

Arcis Brixianæ deditio

meatuſq; defectu honeſtas pacti ī ſumma neceſſitate cōditiones arcem hoſti dediderūt poſt mēſem:& annum unum:ex quo die Petrus: Achilleſq; aduocati urbem Venetis prodidiſſent. Reddiderat ſæpe iam Frāciſcus ſphortia philippum ducem & litteris:& nunciis certiorem ſe plurimum uereri:nequid aduerſi eius exercitus caperēt:idq; ob ſolam ductorum diſcordiam. Itaq; eum monuerat:aliquem uniuerſis præficeret copiis:cuius ſaltem auctoritati audiāt cæteri:ſe enim ſemper paratum fore:qui omni ī re pareat iuſſis eius:legitur a philippo totius imperator ex

Carolus malateſta
Fr. ſphortia
Guido torellus
Machalaum
Compiliauū
Fontanella
Nardinus

ercitus Carolus malateſta piſaurenſis:quem monet:ut copiarum ſuarū duces audiat quidem omnis:duorum autem ſolum conſilia exequatur Frāciſci ſphortiæ:Guidoniſq; torelli. Id ſi factum eſſet:cōflictus ille: qui uocatur ad Machalaum:nunq̄ profecto accidiſſet. Erant ducales uires ad compilianum. Venetæ uero ad fontanellam. Quinto idus octobres: qui dies erat ſolis:& idem dicatus omnipotenti domino:iubet Carolus: nemo ea luce bellandi gratia equum aſcendat:ſed diuinæ uenerationi quiſq; ſtudeat. Hoſtes illius īſcitiæ non ignari peditem inſtruunt: qui petitis ducalibus caſtris Nardinum peditem Sphortiāum ad ſingulare certamen prouocet. Ille ut militaris mos eſt:nō detractat pugnam. Itur ī duellum:ſolus Frāciſcus ſphortia ſpectat armatus. Idq; ut cæteri faciant:monet. Et imperator ob audit:& cæteri negligunt. Inter duelli ſpectaculum celeri agmine:acieq; uniuerſa ad pugnādum inſtructa Cremagnola ſu-

Pugna Machalaum'
Angelus
Nicolaus picininus

peruenit ea uia:qua Machalaum itur:Angelus pergulanus:& Nicolaus idem peruſinus:cui ex breuitate corporis picinino cognomentū erat: dū illac per ocium obequitātes īopinato ī hoſtilem exercitum īcidunt:ītellecta periculi magnitudine quo reliqui & duces:& commilitones ſe parēt ad pugnam:ita ut erāt leui armatura:manum cōſerunt. Tumultuarii milites cōcurrunt undiq; pro ſeſe quiſq; nullum uitæ periculum detractantes. Verum quid & pauci:& inermes: & inter paluſtris difficultates queant tātam uim:tātum impetum ſuſtinere aduerſus callētiſſimum imperatorem:& uiginti millia equitum:tantūq; peditatum? Equitatus hoſtilis uiam omnem occuparat. At pedites ad utramq; uiæ illius partem ex

paluſtribus longis lanceis:catapultis: ac iaculis ducalis milites:atque equos paſſim tráſfodiebant.Quid multis? Vix dici queat:quáta cæcitas oculos:quátus error mentes ducalium & militum: & ducum in ea uia ad machalaum interceperit:adeo ut ex cæcitate:erroreq; pugnandi Machalaum accepiſſe nomẽ uideatur.Omnes eĩm ſubito peride atq; excordes:& amentes ĩ fugam uerſi nihil præter cæcas corporis partes hoſtibus obiecere. Solus Fráciſcus ſphortia tanq̃ irritatus draco ex eo duelli ſpectaculo prouolans ad clamorem dum hac illac fulmineum corruſcat enſem: aliis uulneratis: aliis interremptis: tum Angelum pergulanum ex hoſtium trahentium manibus captum liberat: tum etiam tandiu irruẽtium molem ſuo maximo cum uitæ diſcrimie ſuſtinet:ut & cæteri ductores minore cũ dedecore ſeruarent̃:& ip̃e ſua cum ſumma laude ita dimicás referret pedem:ut receptui ceciniſſe:nõ euaſiſſe iure foret iudicádus.Cæterum philippus ea ĩgẽti clade pculſus:accommodato cõſilio tempori p Bergomi deditionem cum hoſtibus bellum ſoluit ãno ſecũdo poſt libere potitos brixia uenetos. Quo quidem tempore quoniá ſolus Fráciſcus ſphortia & animo uideret̃ inuictus:& corpore: mittitur a Philippo ĩ auxilium genuenſium:quos ut modo memineramus: & Alphõſus mari:& exules terra:quietos eſſe nõ ſinerent.Superato aũt appẽnino iter loca cõfraga:& prærupta ii:quos ſibi amiciſſimos dux Philippus exiſtimabat:uſi ligurum ſcilicet fide:& cõſtantia circũfunduntur undiq; cum tãta catapultarum ui:& omni miſſiliũ genere:ut nõ ſecus: atq; alpia grãdine oĩa tælis paſſim ſterneret̃.Dura pfecto:& horrẽda uniuerſis militibus uiſa ẽ ea tã repẽtia pugnãdi facies:pſerti cũ nõ pugnãdi mõ ſed ne ſtãdi qdẽ ob locoꝝ malignitatẽ ulla facultas eẽt.Itaq; ſibi qſq; diffidere:ac iá dedẽdi ſui hr̃e rõnẽ.qd̃ cũ Gerardus gratianus ipſius Fráciſci ppiquus:uirq; fortiſſimus equo ĩtra cautes lapſo feciſſet:ſeq; unius accolæ fide crediſiſſet:ſtatĩ ab illo ubi caſſidẽ poſuiſſet:ſcorpiõis cornu pcuſſus ĩ caput iteriit.qd̃ liguris facinus corã Fráciſcus ĩtuitus & illi cõtinuo reciſo enſe ceruice uitã abſtulit:& reliquos ſuos p uaſtã urgẽtiũ cædẽ hoſtiũ ad caſtellũ Rõchũ egit ĩcolumes:quo ĩ loco a fœia nobiliſſima Iliana ſpinula:cuius erat caſtellũ:& pbenigne exceptus ẽ:& q̃ honorifice. Inde aũt genuẽſiũ rei ea ſtrenuitate:fortitudineq; pſpexit:ut oẽs Alphõſi regis:exulũq; conatus fruſtra ſuſcepti fuerit.Et ne ab Iliana ſupatus animi gratitudine uideret̃:tum eius filiam nobili uiro nõ parua cum dote uxorem tradidit:tum ipſam & habuit ſemper ĩ honore:& continuis beneficiis affecit. At ne prætereundũ quidem reor:qualẽ ſe pſtitit ĩ Mõtis ferrati Machionẽ Theodorũ palæologũ:quẽ cum ĩtra paucos dies:qm̃ nulla unq̃ ñ mõ affectus ĩiuria:ſed m̃ltis ſepe ornatus bñficiis ſcẽda uſus Ve

Conflictus Machalaũ nomen eſt græcũ compoſitũ ex mache:qd̃ pugnã ſignificat & alaos cæcũ & errantem

Angelus pgulanus

Bergomum

Genuẽſes

Alphonſus rex

Appẽninus

Ligures

Gerardus gratianus

Rõchum

Iliana ſpinula

Alphonſus rex

Theodorus

netorum fortuna bellum ultro Philippo ītulerat:patritō:auitōq; oī dn̄a-
tu eiecisset:solus dein auctor fuit:ut ī possessionem amissi modo princi
patus ꝑ Philippum reuocaret.Cōfugerat.n.Theodorus ad uenetos:quo
rum præsidio ubi ītellexit se nihil oīo effecturū:uideretq; Philippum du
cem eē iure īdignatū aduersus sese:Frācisco sꝑortia & deprecatore:&
amico oīa est ex sentētia sua apud munificētissimum illū pricipem cōse
cutus. Num uero laudatissimū illud Frācisci facinus silētio īuolui pa
Mons caluus — tiamur?Quo tēpore mōtem caluum ui ceperat:uirgo præstāti forma:ho
Diuus Franci-scus — nestoq; nata genere cōfugerat una cum aliis multis(ut fit)in diui Fran-
cisci tēplum.Hāc miles qsꝑiam sphortianus eodem ī tēplo ui raptam:ac
mariæ uirginis sublatis flætibus:atq; hululatibus auxilium implorātem
Maria Virgo — in ipsius Mariæ uirginis sacello compressit.Quod impietatis flagitium
cum primum Frāciscus didicisset:tum illum iussit obtrūcari inquiens:
neque amorem odio:neque religionem immundicia pollui debere:tū
Paulus guini-gius — puellam soluta ex pecuniis suis dote uiro tradidit:cui antea fuerat de-
sponsata.His aūt rebus nō sapiētet minus gestis:q̄ fortiter:atq; fortuna-
Florentini — te.Francisco sphortia stipēdio ducali iam functus accersit a Paulo gui-
nigio tyrāno lucēsi magnis premiis ī auxilium cōtra obsidionem Floren
Luca — tinoꝝ:qua ad deditionem usq; ꝓmebat.Admissa cōdicione eo cum ex
peditis uiribus:firmissimisq; ꝑfectus primo aduētu hostem uertit in fu-
gam:Paulumq; & lucam:atq; oēm lucēsem agrum omni liberat & detri
mēto:& metu:cum īterea temporis paulus tyrānus:ut erat mercādi:q̄ re
Lucenses — gnādi doctior:quo se omni sollicitudie:metuq; liberaret:clam agit cum
florētinis de lucæ deditione pactus īgentem auri uim:& ciuitatis floren
tinæ donationem.Quod ubi apud Lucēses īcrebruisset:illi facto confe-
stim īpetu tyrānum captiuum faciūt:aguntq; ad Frāciscum una cū eius
Gallia cisalpia — liberis:ac rogāt:ut eo īterempto ipse urbis illius capiat dominatū.At frā
Ethruria — ciscus & si ītelligebat:& qd paulus mereret:& qd sibi liceret:tn̄ nequa in
Mirandula — famæ labecula suā īnocentiam pollueret:detrectato illius illustris reipu
Appulia — blicæ munere quod ultro a ciuibus cūctis offerebat:urbem liberam di-
Florentini — mittit.Paulum uero cum liberis omni offensione illæsum mittit ad Phi
Luca — lippum Mariam:cui norat illum esse carissimum.Dein pacata re lucen
Guido antoni us urbinas — si ī Galliam cisalpinā ex ethruria reuertit. Agebat apud Mirandulam
Frāciscus eo cōsilio:ut īde ī appuliā ꝑficisceret:cū florētini rursus maxi
Philippus ma-ria — mo cōparato exercitu lucā obsidione ꝓmunt belli duce Guidone Anto
nio comite urbinati:eamq; quottidie tormētis:& omni uincēdi arte:co-
Nicolaus pici ninus — natuq; oppugnāt.Philippus Maria coactus ea necessitate auxilium fer
re amicæ urbi misso Nicolao picinino cū maximis copiis Florētinos su
Veneti — perat pugna cū ipsoꝝ īgenti clade.Itaq; rursus turbata pace ueneti maio

re q̃ antea apparatu bellũ aduerſus Philippũ mouẽt:& ipſe Philippus rur
ſus maioreq; nuper & ſtipẽdio:& ſpe accito Frãciſco ſphortia accingitur
nõ modo ad repugnãdum uiribus uenetorũ:atq; ſociorũ uerũ etiam ad
oppugnãdum. Venerat Frãciſcus cremagnola cũ magno equitũ:ac pedi
tum numero:ut ſuncinũ ꝓditione reciperet:Quod Frãciſcus ſphortia:q
in agro hibernabat cremonẽſi:cum ꝑ exploratores accepiſſet:obuiam ꝓ
fectus pugnã cõſerit:eumq; turpiſſimã uertit ĩ fugam captis eqtibus qn
gentis:ac mille:peditibus uero ſupra qngentos. Id autem geſtum eſt ad
ſextũdecimum Kalẽdas iunias. Neque dein multos poſt dies maiore
etiam clade ueneti eiuſdem Franciſci ſphortiæ ſingulari prudentia:ĩcre-
dibiliq; uirtute ꝑculſi ſunt. Claſſis.n. ueneta præfecto Nicolao taruiſia-
no padum iã ſuperarat ſupra cremonã uſq;. Ea cõſtabat galeonibus ma
ximis ſemptẽ ac triginta. triremibus aũt ac briemibus:aliiſq; nauigiis cir
citer cẽtum. Galeones uero aliquãto ſunt q̃ triremes breuiores: ſed cum
latiores:tum ẽt multo ſublimiores:qppe qui ſurgãt in tabulata duo & ſe
mis pupibus & proris altius ſublatis:atq; munitis turribus aguntur aut
ut triremes uelis:ac remis. feruntq; ſuper caruchos latioris pluteos:ex q-
bus ſingulis quattuor:& ſex armari uiri iaculis:ac ferreis ſudibus:& cata
pultis:& ſaxis:atq; omni tælorũ iactu acerrime prælient᷑. Cõtra uero du-
calis claſſis deuehit᷑ galeonibus:& aliorũ nauigiorũ genere circiter quin
quaginta:cuius præfectus erat Pacinus Euſtachius ticinenſis. Is cum pri
mum aduẽtaſſet in cõſpectum claſſis hoſtilis:ut erat uir aĩo minime de-
miſſo:& naturæ fluminis peritiſſimus:ueritusq; quod ĩbribus paululum
excreuerat:fore:ut decreſceret:ubi pugna ꝓtraheret:& ita deteriore ſe fu
turum cõditione:ĩ hoſtilem claſſem ĩpetum facit. pugna utrinq; ui ma-
gna:alacriterq; conſerit᷑ cadunt utrinq; multi. cruoreq; madẽt oĩa:cũ tan
dem noctis interuẽtu ab utriſq; pugna deſiſtitur amiſſis tñ e ducali claſ-
ſe galeonibus quinq;:quoniã a claſſe reliqua ſeparati ab hoſtium multi
tudĩe circunuẽti:ĩterceptiq; ſunt. Quo factũ eſt:ut ĩ ducali claſſe pauliſꝑ
trepidaret᷑. Id Frãciſcus ut aĩaduertit:lectis e militibus ſuis:quos ad na-
uale præliũ maxĩe cẽſuiſſet idoneos:ultro ĩpe claſſem ĩſcẽdit:duobus pri
us ornatis:q ex eorũ equitũ ordĩe:quos callippos nominant:ueluti ab ſe
trãſfugæ peterẽt cremagnolã:q ad tria millia paſſuũ inde eum uniuerſo
diſtaret exercitu:quo tẽpeſtiue ſi uſui foret:uenetæ claſſi auxiliũ ferret.
Hi ergo calippi duo cum ueniſſent ad cremagnolã mane:multa ut erãt
edocti antea:queſti de Franciſco ſphortia ſubdunt interloquendum du
caleſq; copias omnis inſtructa acie eſſe iam motas ad eum adoriendũ:
Quibus auditis dum ſuos cremagnola parat᷑ ad pugnam: claſſis du-
calis cum primũ illuxiſſet:unius Frãciſci ſphortiæ cohortatione Venetã

Franciſcus cremagnola
Suncinum

Nicolaus taruiſanus
Padus
Cremona
Galeones cuiuſmodi ſunt

Pacinus Euſtachius

claſſem inuadit magnis clamoribus:magnoq; & animorum:& corporum robore.Franciſcus autem ipſe cum militibus ſuis cōuerſo galeone: quē īſcenderat:in eum:quo præfectus uenetus uehebatur:galeōem tāto animi ardore:tāta ui:tantis oppugnat uiribus:ut Nicolaus trauiſianus ne quiuerit diutius īpetum ſuſtinere:quin ex prætorio galeone in ſubiectū myoparonem demiſſus deſerta claſſe fuga ſaluti ſuæ cōſuleret.Per magnam ea pugna cladem ueneti accepere:quippe q galeones nouem ac uiginti amiſerint:& reliquam fere claſſem uniuerſam multis hominum millibus:opibuſq; refertam.Fuitq; ea res uel in primis cauſa:ut Franciſcus cremagnola apud uenetos in eam perfidiæ ſuſpiciōem uenerit: qua proximo anno poſtea uenetiis eſt publice obtruncatus.Hæc eni pugna Profligata eſt in pado non procul a cremona anno a natali chriſtiāo primo ac trigeſimo ſupra annum quadringenteſimum ad milleſimum ſecunda feria nono Kalendas iulias. Dein poſtero anno publice:ac magna cum celebritate:atq; laticia blanca maria nata iam annos ſeptem deſponſata eſt Franciſco ſphortiæ:id quod anno ſuperiore philippus pater promiſerat:quo tempore hunc in uicecomitum familiam una cum ſuis omnibus filiis:poſteriſq; receperat:atq; adoptarat. At ubi rurſus ob claſſem amiſſam Veneti fœdus percuſſere cum duce philippo: qui etiam ipſe tum ob Nicolaum picininum apud labinæ pontem ad debilitatem uſq; catapulta uulneratum ad ceruicis neruum ſub occiput:tum quia maiora quædam:ut erat diuino quodam: & ingenio : & ſapientia princeps:animo moliretur:non inuitus bellum ſoluit.Franciſcus ſphortia ex ſoceri ſententia abiens ex hac ciſalpina gallia in appuliam aduerſus Alphonſum regem profecturus recepit inter eundum in ultroneam deditionem picentes:qui ob duriorem prouinciæ adminiſtrationem Iohannis uitelleſci ricinatenſis epiſcopi:apoſtoliciq; legati defecerant ab Eugenio quarto:qui Martino nuper uita functo in pontificatum ſucceſſerat.Quam quidem rem eugenius:ut erat iuſticia:& innocentia ſingulari:non modo moleſte non tulit:ſed hunc potius in proximum annum & piceni in quartam uſq; progeniem marchionem eſſe iuſſit : & totius romanæ eccleſiæ uexelliferum:donec uiueret:ſponte conſtituit. Quid enim bella ea cōmemorem:quæ dein tam multa ſocero etiam Philippo aſſentiente & pro Venetis:& pro florentinis:& pro romana eccleſia cum ſuo maximo nominis ſplendore confecit.Haud ſatis ſcio:utri magis accuſandi ſint:principeſne:qui ſeſe nimis quandoq; iis facilis ad credendum præbent:quos habent familiaris:an principum familiares:qui aliquo ſuo uel commodo:uel affectu alia q̄ ſentiant:illis perſuadent.Erant Franciſcus ſphortia:Nicolauſq; picininus ut præſtantiſſimi duo ac pri-

Nicolaus taruiſianus fugit

Veneti

Frā.cremagnola

Natalis Blancæ Mariæ

Nicolaus picininus

Labina

Gallia ciſalpia

Appulia

Alphōſus rex

Picentes

Iohānes uitelleſcus

Eugenius pōt.

Martinus pō.

Veneti

Florentini

Romana eccleſia

Fr.ſphortia

Nicolaus picininus

marii in uniuerſa italia imperatores:ita mirifica inter ſeſe beniuolentia:
& ſuauiſſima coniuncti conſuetudine adeo:ut non conſilia modo com
munia haberent:ſed mutuis ſe pecuniis adiuuarent. Et ne id mirandũ
quidem:Nam ab uſqꝫ Sphortia patre Franciſcus norat amicum extitiſſe
Nicolaum:quippe qui & in Michaelem Attendulum:quo primum tem
pore in carcerem Neapoli coniectus eſſet ſphortia:ſe beneficum præſti
tiſſet:& captus poſtea:cum pro Bracio bellum gereret : perhumaniter a
patre foret:liberaliterqꝫ tractatus.Sed duo potiſſimum fuerunt ſcribæ di
ſcordiarum omnium auctores:quæ poſtea inter Nicolaum:Franciſcum
qꝫ ortæ ſunt:Antonius piſaurenſis:& immolenſis Iacobus:qui cum nul-
lis poſſent pecuniis ſatis ingurgitari:niſi quicqd Nicolaus acquireret :
uel ſtipendio:uel præda diriperent:illumqꝫ noſſent uirum magis bonũ:
q̃ callidum:at Franciſcum ſphortiam omni in re ſtrenuum:ac prudentẽ:
ueritine aſſidua talium amicorum conſuetudine inſidiæ:fraudeſqꝫ ſuæ
aliquando prodirent in lucem:nunq̃ deſtiterunt perditiſſimi nebulões :
donec per uarias calumnias:atqꝫ maledicta hominem ſimplicem : & ad
credendum facilem ab optimo:amiciſſimoque uiro abalienarunt.Qui-
bus quidem duorum ſcribarum inſidiis cum maxima bella inter duos
clariſſimos imperatores ſecuta ſunt:tum ad philippum eximium illum:
atqꝫ diuinum principem maxima incommoda:calamitateſqꝫ deuenere
Sed hæc ego:qui utriuſqꝫ memoriam colam(ut par eſt)ſanctiſſime:ne ui
dear mortuos in alterius uitæ tranquillitatem per commemorationem
diſcordiarum tanq̃ irritare:de induſtria prætereunda cenſui.Quare mi-
nime explicabo uel quæ in picentibus : & umbris:ethruſciſqꝫ Franciſco
Nicolaus incommoda ſæpe intulerit nulla ſua cum laude:dum ſe mo-
do eccleſiaſticis:modo Alphonſi copiis coniungit : uel quotiens ab eo
fuſus:fugatuſqꝫ fuerit:cum ad Bargam:quam obſidebat:in agro lucen-
ſi tum ad Tenere prope ueronam:ab qua ipſa paucis poſt diebus:quam
proditione ceperat noctu:cum ingenti detrimento expulſus eſt. Nam
ad montem laurum non longe ab Iſauro flumine quanto cum uulne-
re eundem Nicolaum maxima pugna ſuperatum:uictumqꝫ oppreſſerit
nouerunt omnes:Quod certe inuitum Franciſcum ſphortiam feciſſe il-
lud eſt perſpicuum argumentum:ꝙ poſtridie illius diei cum didiciſſet
permagna eum premi inopia amiſſis & ueſtimentis:& mulis:& ipedi-
mentis:& pecuniis:& reliquis rebus oĩbus una cũ caſtris:adhita curricu
lo diligẽtia:quicqd in exercitu eſt repertũ:id omne miſit ad eũ dono cũ
aureis inſuper mille.Ex quo poteſt liquido perſpici:q̃ illi fuerint impro
bi:atqꝫ nefarrii:qui Nicolaum picininum ab amico tam miti : tam clæ-
menti:tam munifico diremerunt.Quanta præterea humanitate ẽ uſus:

Sphortia
Michael atte(n)dulus
Neapolis
Bracius
Antonius piſaurenſis
Iacobus imm(o)lenſis

Picentes
Vmbri
Ethruſci
Alphonſus re(x)
Barga
Tenis
Verona
Mons Lauru(s)
Iſaurus

Frãciſcus picininus
Mons ulmus
Picentes
Nicolaus picininus moritur
Alphonſus rex
Eugenius põtifex
Philippus Maria dux
Veneti
Florẽtini
Anathema
Fredericus urbinas

cum eodem fere anno Franciſcum picininum in picẽtibus ꝓpe Mõtem
ulmum cum uniuerſo patris exercitu uæhementiſſimo prælio pro-
fligatum cepit? Nam cum acerbiſſimo eo nũcio tantam Nicolaus in
iram:dolorẽq; exarxiſſet:ut intra paucos dies uita deſereretur.Frãciſcus
eius obitum cum primum accepiſſet:tãto mærore affectus eſt:ut poſt a-
miſſum patrem nihil unq̃ doluerit magis.Quod autem munus præſta-
re pietatis potuit:tum Nicolai picinini memoriam:atq; uirtutẽ ſummis
extulit laudibus:tũ Frãciſcũ eius filiũ:quẽ ĩ arce firmana cuſtodiri iuſſe-
rat:donatũ pulcherrime miſſum fecit.Quis igitur uſq̃ fuerit ita ab omni
hoĩs natura alienus:qui minus optarit tanta humanitate:& lenitate uiꝝ
(ſi fas eſſet) ĩmortalem fieri.At illud certe eſt ĩcredibili quadam admira
tiõe proſequẽdum:quod cum excellẽtiſſima:ac fere diuĩa Frãciſci ſphor
tiæ uirtus uſq; adeo ſupra humanũ excreuiſſet ingenium:ut Alphõſo re
gi.& ipſi quoq; Eugenio põtifici maximo formidabilis facta iam eſſet ĩ-
gentes atq; primariæ uires Italiæ ĩ eum cõcitarẽtur. Nam & Alphõſus:
quas habuit:omnis collegit ĩ eum copias:& Eugenius pro auctoritate il-
la apoſtolica:quæ apud uniuerſam xp̃ianã religionẽ uenerabilis habet
& ſacroſancta:nõ modo reliquos Italiæ pricipatus prope cũctos:ĩ eũdem
hũc cõmouit:ſed ipſum quoq; philippum Mariã ſocerũ:ut aduerſus dile
ctiſſimum geneꝝ mitteret maximos illos ſuos:ĩuictoſq; exercitus: ueluti
coegit.Et eni Veneti:atq; florẽtini:q huic uni ſeſe auxilio potiſſimũ de-
bebãt ob maxima bñficia:plurimaq; accepta:tũ cẽſuræ eccleſiaſticæ me-
tu:tum periculi magnitudine id facere ſunt deterriti.Quare cum nõ mo
do oppida nõnulla:atq; urbes:& in picẽtibus:& in umbris maximi ana-
thematis formidine:ut appellãt:a Franciſco ſphortia defeciſſent:uerum
etiam neceſſarii ipſi:& ſanguine cõiunctiſſimi deſciuiſſent:unus dumta
xat Fredericus comes urbinas ĩuentus eſt:qui per id temporis ætate ad-
huc adoleſcẽs:ſed morum grauitate admodum ſenex:ac mirifica probi
tate illuſtris a fidei ſanctitate nõ recederet.Erãt hoſtiles copiæ ſupra uigĩ
ti hominum millia:Sphortianus autem exercitus omnis conſtabat mili-
tibus ad ſummum ſex millibus.Cumq; reliqua loca oĩa Frãciſco Sphor-
tiæ ſuſpecta eſſent:& inſidiarum plena:neq; ab hoſtilis pugnandi facul-
tas offerretur ulla:ſed eo tenderet hoſtibus omnis callitas:& induſtria:ut
hic ĩtercluderetur commeatu:ſolus inquam is Fredericus inuentus ẽ: cu
ius incorrupta fide:& beniuolentiſſimi animi cõſtantia nobiliſſimus ille
priceps ĩ tantis rerum omnium fluctibus ſibi tutius nihil duxerit.Itaq; in
tanta hominum perfidia:leuitateque ſuorum ſe recepit tãquam ĩ oppor
tunam aliquam ſtationem in agrum urbinatem. Quo cum hoſtiles etiã
copiæ eſſent continuo ſubſecutæ:neq; ſæpius ad pugnã ꝓuocatæ ĩ æquũ

campum deſcendere unq̃ auderẽt:ſed more Fabii illius cũctatoris ſe lo corum difficultatibus uſq; tutarentur:rem frumentariam:commeatum q; prohibẽtes:nunq̃ deſtitit fredericus per maxima ſuorum ſubditorum omnium:ſuaq; ĩcommoda:atq; detrimenta leuare omnem ſphortianã difficultatem:& id quidem cum extremo ditionis ſuæ diſcrimie. At ma lebat egregius adoloſcens(ut erat aĩo inclyto)& dominatum omnem: & uitam etiam ipſam:id quod palam aſſidue dictitabat:amittere:q̃ pa ti:ut de fide:cõſtantiaq; ſua quicq̃ deſyderãdum uideretur. Qua quidẽ perſeuerantia factum eſt:ut & reliqui hoſtes fruſtrati opinione ſua ſpem potiundæ uictoriæ omnem amitterent:& magnanimus dux ille Philip pus Maria in maiorem adductus admirationem de inſuperabili gene ri probitate:& ſapientia nullum ſibi præſidium regni ſui certius: firmiuſ q; uideret:q̃ ſi unum Franciſcum ſphortiam ad ſe tutandum q̃primum accerſeret. Id autem eo erit facilius aſſecutus:quod eodem ipſo urbina ti frederico tãquam deprecatore apud generum ipſum: quem alienatũ ab ſe exiſtimabat:eſt uſus. Decreuerat.n.is & iure quidem fortaſſis:& de Eugenio:& de Alphonſo:ab quibus neq; diuino:neq; humano iure fo ret armis per omnem contumeliam acerrime appetitus:debitam cape re ultionem. Tanti aũt fecit unius Frederici ſtudium:pietatemq; erga ſe ut cum facile iam poſſet uim omnem hoſtium retũdere:atq; opprime re(Nam auxiliares copiæ a florentinis:& a Venetis iam aduenerant) id certe facere noluerit tum magni eſſe ducens animi obliuiſci iniuriarũ: tum etiam grati Frederico ipſi gratificari plurimum:quem ĩ ſe adeo be neficum foret expertus. Quam ob rem & cum hoſtibus continuo bellũ ſoluit:& ſe:cum primum per honeſtatem poſſet:iturum ad ſocerum cũ oĩbus ſuis uiribus eſt pollicitus. Ipſum uero Fredericum ex eo tempore nõ ſecus ac ſi eſſet filius:dilexit ſemper:& quod honorificum præſtare: maximeq; utile munus potuit:eundem præfecit belli ducem uniuerſis ſuis exercitibus. Qua q̃dem dignitate ita ille eſt uſus:ut ſimul cum æta tis progreſſu carior quottidie ſapientiſſimo:& grauiſſimo principi atq; iucũdior redderet. Sed iam cæteris maximis facinoribus: ſplendidiſſi miſq; omiſſis:quæ ĩnumerabilia pene ſũt:ad propria paucis ueniamus Vt ſunt res humanæ oẽs fluxæ:ac breues:egregius ille prĩceps Philippus Maria Anglus:q̃ uno ſapiẽtiſſimoq; omnium hominũ iudicio potuit cũ omni antiquitate in omni gloriæ genere de nominis immortalitate cõ tendere:inopinato migrarat ex hac uita:cum Frãciſcus ſphortia eiuſmo di caſus omnis ignarus:ut erat animo ĩ ſocerum & beniuolo:& pio:re uertitur in hãc galliam ciſalpinam cum uxore:ac liberis: ualidiſſimoq; exercitu:quo illi auxilium ferret aduerſus Venetos:q̃ iam agrum medio

Qui fabius cũ ctator

Philippus Ma ria

Gallia ciſalpia

lanēſem inuaſerāt:& multis oppidis captis uſq; ad portas urbis oĩa fer-
Cremona
ro:igniq; uaſtātes quottidie circũquaq; diſcurrerēt.Igitur ubi cremonam
Blanca Maria
uenit:quam dotalē annis ſex antea una cum uxore Blāca Maria a Phi-
Mediolanēſes
lippo ſocero acceperat:inita pro tempore cum Mediolanēſibus ſocieta-
Placentia
te:quos norat hæreditario iure ad ſeſe:uxorēq; pertinere:Placētiam cele
Mediolanēſes
riter obſidet.( Hæc enim idigne ferēs Mediolanēſium dominatũ ad Ve
Veneti.
netos ultro defecerat ) Munierāt placētiam Veneti firmiſſimo equitatu:
Thaddeus æ-
peditatuq; ſub æſtenſis Thaddæi ductu uiri īpigri:& cōſtantis. Quam ꝑ
ſtenſis
uicatius repugnātem:ubi intra paucos dies ui expugnatam: captamq; :
& direptam ( quis eni armatis uictoribuſq; militibus modum imponat )
mediolanēſibus pro ſocietatis fœdere tradidiſſe. Atq; in annum deinde
Andreas quiri
proximum claſſem illam & magnam:& formidabilem:cui Andreas qui
nus
rinus præerat uir mercaturæ:quam bello nauali aptior:mira īduſtria:ac
Caſalis maior
uiribus apud Caſalem maiorem ex arido & fudiſſet:& cepiſſet in Pado:
Padus
mox trans adduam acto exercitu carauagium:quod iam antea Veneti
Addua
occupauerant:circũſedit oppidum ſane cum populo frequēs:tũ a Vene
Carauagium
tis completum maximis uiribus. Occurrũt Veneti cum potētiſſimo : fir-
miſſimoq; exercitu fortium uiroꝝ ſupra uigītimillia:qui tādem poſt plu
rima quottidie:periculoſiſſimaq; ꝓlia cum ītelligerent oppidum ad tri-
duum uſq; in ius noſtri prīcipis conceſſurum:freti uiribus ſuis: & quod
exiſtimarent oculatiſſimum: & uigilātiſſimum argum peride atq; dormi
tantem poſſe opprimere:caſtra adoriũtur ad eam partem: quam opina
Forum nouũ
bantur īcuſtoditam. Quare cum per uiam Fori noui in caſtra impetum
audaciter faciũt:ſumma prudētia:incomparabiliq; uirtute unius Fran-
ciſci phortiæ tāta clade perculſi ſunt:ut niſi paucorum mediolanenſium
quorũdam:qui & ei:& uniuerſæ reipublicæ īuiderēt:ſanis cōſiliis coniu
ratio obſtitiſſet:actum eſſet eo die de omni Venetorum imperio. Cæte
rum hoc loco quæ deinceps ſecuta ſunt: non ab re mihi prætereunda
iudicaui:ne ſi aliorum errata commemorauero:ſanata uidear:& conſo
lidata iam uulnera ueluti refricādo magis exacerbare. Illud ſane oĩbus
& perſpectum eſt:& cognitum tātam noſtri diuini illius prīcipis & ſapiē
tiam:& cōſtantiam:īauditamq; bonitatem extitiſſe:ut uniuerſus Medio
lanenſis & ſenatus:& populus tandem ubi ſeſe collegiſſet:reiectis oĩbus
Venetorum & ſuaſionibus:& ſubſidiis unum Frāciſcum phortiam una
Blanca Maria
cum Blanca Maria mulierum clariſſimarum omnium:quæq; ſunt: aut
fuerunt unq̃:aut impoſterum ſunt futuræ:integerrima:optimaq; uiragi
ne ad totius reipublicæ imperium mirabili cōcordia:atq; beniuolētia ac
cerſierit:& eundem:q̃ diu i uiuis fuit:ſumma cum fide:atq; pietate non

ſecus ac parentem: tum ſemper obſeruauerit: tum aſſidue obſeruet: uel mortuum. Quid enim ſim prolixior in referẽdis aliis eius rebus: tã multis: tãq; magnificis: quas uel belli: uel pacis: & in omni laudatiſſimæ uitæ genere cum ſempiterna ſui nominis celebritate cõfecit? Nonne id unum exploratiſſimum eſt illius mirificæ uirtutis documentum: quod unus Franciſcus ſphortia apud omnis principes chriſtianos uenerabilis apud barbaros uero: & aduerſarios chriſti nominis eſſet admodum formidabilis. Nam qualem præterea uel erga maximos eccleſiæ Romanæ pontifices: uel erga Pherdinandum regem diui illius regis Alphonſi filiũ uel erga inuictiſſimum regem Francorum Lodouicum ſe præſtiterit: totus terrarum orbis: & uidit: & admiratus eſt. Sed quid plura in medium referam. Vno Franciſco ſphortia nemo humanior: nemo benignior: nemo melior: nemo immortali deo per omnem iuſticiæ & æquitatis: pietatiſq; laudem: hominibuſq; acceptior: aut carior unq̃ fuit. Adde quod in tanta filiorum proſperitate: rebuſq; ſecundiſſimis: regno florentiſſimo ſumma gloria: ualitudine integra: leuiſſimo genere mortis ita intra biduum eſt extinctus: ut eam ꝑ ſua illa acutiſſima mentis acie: incredilibiq; prudentia intellexerit quidem: non autem ſenſerit. Quæ cum ita ſint: noſtri muneris eſſe arbitror illuſtriſſimi prĩcipes: ut modum iam tãdem noſtro huic tam diuturno luctui imponamus: quod ut ipſi primi faciatis: quo cæteris quoq; grauitatis exemplo ſitis: non debeo uos non monere: adhortari: orare: obteſtari. Vincenda eſt enim uobis animi mollicia & lachrymæ omnes reprimendæ: ne quo magis in parentem pii uideri uultis: eo minus in deum ſperare iudicemini. Nam ſatis eſt mea quidem ſententia uel pro imbecillitate naturæ: uel pro communi conſuetudine annum iam totum in luctu: mæroreq; agitaſſe. Redeat deniq; animi tranquillitas cũ priſtina illa uultus ſerenitate: ornatuſq; elegantia. Quod ſi minus fortaſſe ueſtra cauſa facturi ſitis: id ſaltem huic ueſtræ uniuerſæ reipublicæ condonate: quæ non ueſtra minus: q̃ amiſſi principis cauſa in extremis uerſatur angoribus: nam cum illo actum eſt q̃optime: qui per omnia: ut ſummatim complexi ſumus: & animi: & corporis: & fortunæ bona ad quintum & ſexageſimum uſq; annum uictis omnibus & inimicis: & hoſtibus perſeuerauit inuictus: & ita pacata omnia atque tranquilla a nobis abiens reliquit: ut cum omnes eius abeſſent exercitus: alii in appulis: ut Regi Pherdinando pro affinitatis iure inſeruirent: alii in flaminiis: nequis impetus oriretur aut in bononienſes: aut in ſenenſes: aut in florẽtinos: quos ſocios: amicoſq; haberet. Alii in Gallis tranſalpinis: quo adeſſent Lodouico regi: ab quo ꝑpter Sagonã dono Genuãq; acceptã bene eſſet affectus: ne minimus

Fr. ſphortia.
Pherdinãdus rex
Alphonſus rex
Lodouicus rex
Complexio argumẽtionis
Appuli
Pherdinãdus rex
Flaminii
Bononiẽſes
Senẽſes
Florẽtini
Galli trãſalpini
Lodouicus rex
Sagona
Genua

quidem tumultus in hanc uſq; diem ĩ uniuerſo eius imperio ſuſcitatus
ſit.Itaq; nobis moderate ferẽda eſt huiuſmodi hominis naturæ neceſſi-
tas:tum quia mortalibus cũctis & communis eſt:& debita:tum etiam qa
ærumnis præſentis uitæ nos liberãs ſe ducẽ præſtat ad meliores æui trã-
quillitatem.Quid enim eius mortem doleamus:cuius uita omnis plena
Pindarus — fuerit honeſtatis:& aduerſæ nulli ſubiecta fortũæ? Nam recte Pindarus
Præmium primum tibi res ſecũdæ Afferent.Laus hic ſequitur probata:
Quæ duo quiſquis tenuit:beatus iure uocetur.Tanta erat ſapiẽtia noſtri
prĩcipis:tãtum oĩbus in rebus cõſilium:tãta moderatio:tãta grauitas: ut
nõ ſolum nihil unq̃ pateretur aduerſi:ſed fortunæ ipſi tanq̃ dominaret̃:
quicq̃d uel magnum:uel appetendum ĩ uita ſit:ĩ ſua poteſtate uſq; ha-
Euripides — buiſſe uideat̃. Eſt ille fœliciſſimus:ait apud Euripiden Hæcuba:mali ni
Hæcuba — hil cui accidit uiuo.Quis autem uir ſapiẽs fragilem hãc:atq; breuem ui-
tam nõ cõtemnat:habeatq; pro nihilo:quo ſolidam:ſempiternamq; con
Epicurus — ſequatur?Hac ſane ratione ueram beatitudinẽ docebat Epicurus in hac
hominum uita nullo pacto ineſſe poſſe:quia corruptioni ſubiecta foret
Ob eãq; rem uocat deum beatum:quod & incorruptus ſit: & ſempiter-
nus.Quid igitur illum poſt uitam tam diu bene actam adeo doleamus
obdormiſſe ĩ domino:tanq̃ adhuc uelimus ĩter hoſce turbulentiſſimos
fluctus agitari:laborareq; aſſidue.Hũc omnibus & præliiſ corporis:& ſæ
culi cladibus liber ſui ipſius uictor euaſit in cælum:quem ſi magis q̃ nos
Apoſtoli — ĩpos caſte:ac pie diligeremus:gauderemus ſanæ:nõ doleremus.Si dilige
Chriſtus — retis me:ad Apoſtolos ait xp̃s:gauderetis utiq; quod uado ad patrẽ. Nec
Cicero — enim omnibus:ut ſcriptum reliquit Cicero ĩ cõſolatione de filiæ ſuæ obi
tu:iidem illi ſapientes arbitrati ſunt eũdem curſum ĩ cælum patere.Nam
uitiis:& ſceleribus cõtaminatos deprimi ĩ tenebras:atq; in cœno iacere
docuerũt:caſtos animos:puros:integros:incorruptos:bonis etiam ſtudi-
is:atq; artibus expolitos leui quodam:& facili lapſu ad deos:id eſt ad na
turam ſimilem ſui ſuperuolare.Euolauit inquam Frãciſcus ſphortia ex
his terrenis tenebris ĩ ſerenam illã:cæleſteq; regionem:ut eius conſpectu
Confutatio & — atq; uiſu in omnem æternitatem:frueretur:ad cuius imaginem:ac ſimili
cõfirmatio — tudinem nouerat ſe creatum. At ſtultum eſſe qs dixerit non dolere id
Quod ſunt lu — oportere:ꝙ ſua natura ſit malum:tanq̃ mors in bonis ſit numerãda:qua
gendi cauſæ — tollitur uita.Præterea alias quiq; afferri poſſe lugẽdi cãs:quarum una ſu
mitur ex eo ĩcommodo:quod ipſi accipimus ex illius obitu: quem dile-
xerimus:altera uero:quod exiſtimemus animum ſine uæhementiſſima
doloris acerbitate a corpore:cui penitus inhæret:infixuſq; eſt: ſeparari
haud poſſe.Tertia autem cã ſuſcipitur:quod arbitremur eũdem : quem
lugemus:priuari huiuſce uitæ uoluptate.adducũt etiam quartã ex hor-

ribili metu ſempiterni ſupplicii apud inferos.Sunt præterea nõnulli ĩge
nio uſq; adeo deprauato : & ab omni hominis natura:dignitateq; alie-
ni:ut animum opinentur una cum corpore ĩterire:diſſipari:deleri . Itaq;
eos ferreos eẽ dicũt:planeq; amentis:atq; ĩſenſatos q̃ minus doleant mor
tẽ:ac ſummis ducãt ĩ malis.Sed has ego ſingillatĩ lugẽdi cauſas ſoluam
& facile:& uero:& breuiter:& primum quidem ex antiquorum philoſo-
phorum ſentẽtia probatur animi ĩmortalitas.Nam poetæ omni docto- *Prima cauſa.*
rum hominum genere lõge antiquiores quid ſenſerint de animorum æ
ternitate:cum Orpheus:& homerus:tum alii & græci:& latini fere innu-
merabiles ſunt locupletiſſimi teſtes. Plato duplicem eſſe animum do-
cet : qui rationis particeps ſit æternus:alterum mundi: alterum hominis
Ita autem a Platone animus definitur:animus eſt eẽntia incorporea ſe
ipſam mouẽs:ac rationalis.Ea autem ratione animi immortalitatẽ pro-
bat Plato:quod is per ſeſe moueatur & ſemper:ac cæteris quæcũq; mouẽ
tur:& fons ſit:& pĩcipium motionis.Nec enim latere nos debet immor-
talitatem dupliciter accipi:quod aut aliquid immune ſit mortis:quoniã

*Orpheus*
*Homerus*
*Probatio ĩmor talitatis aĩorũ per ratiões*
*Platonica animi definitio*

eius ſua natura capax non ſit:ut animus:aut quod alterius beneficio a
morte reddatur ĩcolume:ut mũdus ſecũdum Platonem.Qua etiam ratio
ne aliquid agitari dupliciter dicitur.Nam & de eo accipi ſolet : quod ex
quo pĩcipio eſſe cœperit: ſemper mouetur:ut mũdus:& quod ſemper &
eſt:& mouetur ut animus.Nec ſane ulla poſſum ratiõe aſſequi:quid illoꝝ
mouerit:qui omnem animum uoluerũt una cum corpore ĩterire. Nam
ſi ita foret:& mũdus iampridem:& quæ ĩ mũdo ſunt:omnia periſſent.
Sed quo pacto mundi animum immortalem dixerunt: hominis autem
mortalem:cũ & pĩcipium uterq; motiõis ſit:& uterq; uiuat a ſeipſo:& ea
dem eodem attigat modo:quippe qui intelligat & quæ in cælo ſunt: & q̃
ſunt ultra cælũ:& quicquid eſt ſecũdum eſſentiam:quærat: aſcẽdatq; ad
primum uſq; principiũ.Itaq; cõtemplatio ſecũdũ Plotinum : quæ ab ip̃o *Plotinus*
fit:ex iis:quæ ĩ ip̃o admirabilia ſunt:& ex unoquoq; quod ĩ ip̃o eſt:& qđ
eſt ex Academica recordatione:etiam ante tempus ip̃a dat eſſe. Et quo-
niam perpetuis animus ſciẽtiis utitur:perpetuus quoq; neceſſario ip̃e eſt
Ad hæc quicquid accepta compoſitione perficitur:ut ſit:id idẽtidem na-
tura diſſoluitur:ut eſt compoſitum. At animus una eſt:& ſimplex agili-
tas in uidẽdo ſecũdum naturam.Nõ igitur hoc pacto corrumpi poteſt.
Præterea cum animus nõ ſit corpulentum quiddam:nec habeat quãtita
tem:etiam ubi ſeparetur a corpore:diſſipari:deleriq; nõ poteſt.Num for-
taſſis in aliud trãſmutatus corrumpatur ? At huiuſmodi tranſmutatiõis
corruptio aufert formam:materiam dimittit.Hoc autẽ eſt compoſitæ rei
paſſio.Si animus igitur ſecũdum horum aliqđ genus corrũpi neqđ:is eſt

neceſſario īmortalis.Hāc aūt īmortalitatē animi humani cum aliis mul
Ariſtotoles tis in locis ꝓbat.Ariſtoteles:tum etiam ī libro ſecūdo de aīalium genera
tione uerbis huiuſmodi.Oēs animi neceſſario ſunt uirtute prius:quam
actu.Neceſſe etiam eſt aut omnes nō eſſe prius & fieri:aut omnes antea
exiſtere:Vel alios eſſe antea:alios nō eſſe.Ac fieri aut in materia & non ī
gredi in maris ſæmine:aut in materia uenire a ſæmine quidem ſed ī ma
re aut extrinſecus fieri oēs:aut nullū:aut alios fieri:alios non fieri.Quod
fieri igitr̃ nequaq̃ poſſit:ut animi omnes prius exiſtāt:patet ex huiuſmo-
di rationibus:Quorūcunqꝫ enim principiorum corporalis ſcilicet ē ope-
ratio hæc antea exiſtere ſine corpore minime poſſunt: ut incedere ſine
pedibus:Quo fit:ut animi extrinſecus ingredi nequeant:Neqꝫ.n.fieri po
teſt:ut ipſi per ſeſe:qui ſeparari non poſſunt:ingrediantur:nec item ī cor
poreo ſæmine.Eſt enim ſemen ſuperfluitas īmutati alimenti.Relinquitr̃
ergo mentem ſolam extrinſecus aduenientem ingredi : & eandem ſolā
eſſe diuinam:Nihil.n.cum eius agilitate habet commune operatio cor
poralis.Omnis igitur uis animi uidetur alius corporis eſſe particeps : &
eius q̄dem diuinioris:q̄ illa ſunt corpora:quæ uocantur elementa.Si au
ctoritatibus tantum inniti nos opporteret:afferem alios plæroſqꝫ nobi-
lis:ſpectatoſqꝫ philoſophos:qui ſola grauitate nihil cōtradici poſſe con-
uincerent:Quis eſt.n.uſqꝫ adeo hebeti:obtuſoqꝫ īgenio:qui ſui ipſius di
ſcrimē habeat nullum?qui nō ītelligat propriam animi humani perfecti
onem id eſſe: quod īcorruptibile ſit?At propria huiuſmodi animi opera
tio ītelligere eſt.Ea.n.hominis:& pecudibus præſtat:& ſtirpibus:& inani
mis.Sed ītelligere ſecūdum uim propriæ naturæ uniuerſalium eſt:& eo
rum:quæ corrūpi nō poſſunt.Sed cum oīs perfectio ad ſuum perfectibi-
le neceſſario proportionem habeat:reliquitur aīmum humanum īterri-
tui nō eſſe ſubiectum.Mētalis inq̄ aīmus immortalis eſt: & ſempiternus
Et ne id quidem mirum:Nam ſi ea parte:quæ nobis eſt communis cum
bælluis:corrumpimur:atqꝫ interimus:quis ambigat ea nos parte īcorru
ptos:immortaliſqꝫ futuros:quam ad dei imaginem:ſimilitudinemqꝫ cre
ati communem habemus cum cæleſtibus illis uel mētibus:uel angelis:
quos appellāt?præſertim quod neceſſe ſit ea ſubſtātias habere commu-
nis:quibus opera ſūt communia.Sed hominum animos ita ſupremam
cōtemplari:æternamqꝫ ueritatem:ut āgelos qui ignorat:ſe hominem eē
negat.Hāc certe uim mētis ſolam dicit Ariſtoteles ī iis libris:quos de aīo
Ariſtotoles reliquit ſcriptos:a ui ſenſitiua ita ſeparari:quemadmodum quod perpe
tunm eſt:ab eo quod ſit corruptibile.Et eſt huiuſmodi ſane aīmus ui-
uax quædam imago dei:quem idcirco ad ſuam creuauit ſimilitudinem
ut proximus ſibi quodam pacto ī ſuo genere immortalis etiā ſecū foret:

ut.n.ſcriptum eſt ĩ libro ſapiẽtiæ:Incorruptio facit proximum deo.Prop Solomon
terea inquit:per hanc habeo immortalitatem.Præterea ſi deus ipſe dum
taxat animi humani & conditor eſt:& creator:a quo alio:q̃ ab deo is pe-
rimi põt:quemadmodum de angelis affirmamus:quos nulla interimit
uis naturæ?Nam quicqd eſt natura corruptibile:id naturalibus conſtat
cauſis:at aium deus naturæ cauſis non ſubiecit:id quod in Timæo etiã Timæus
docet plato.Rectæ igitur in euangelio præcepitur:Eum timere:qui po- Plato
ſteaquam occiderit:poteſtatem habet mittere in gehennam ignis:ani- Euangelium
mamq;:& corpus ibi perdere:Atque illud quoque perſpicuum eſt:ſi ani-
mus interiret:ex eo effici nihil poſſet:at quicqd eſt naturali cauſa:uique
generatum:nunquam perit:quin inde aliquid producatur:ut ignis ubi
ligna concremarit:& carbones ex lignis:& cinerem:& uapores flameos
efficit.Quo fit:ut nihil arte pereat:quin aliquid inde ſit reliquum.Id au
tem de animo dici nequit:Is enim ſi pereat:relinquitur nihil omnino.Vi
demus inſuper uirtutem omnem inſtrumentalem debilitari in ipſius in
ſtrumenti debilitate:eandemq; perire:ubi peat inſtrumentum.Ita oculis
auribus ue debilitatis audiendi ac uidendi uirtus debilitatur:eandemq;
perit:cum ea pereunt inſtrumenta.De mentali autem ui accidit multo
ſecus.Nunq̃ enim neq; debilitatur:neq; perit ex cuiuſq̃ inſtrumenti uel
amiſſione:uel debilitate:etiam ſi quandoq; eius agilitas ob imaginandi
uim interceptam ceſſare uideatur.Nec item illud ignorat quiſq̃:qui oĩo
ſtultus nõ ſit.Quicquid forma utitur infinita:ac nullis terminis circõſcri
pta:id corporeum eſſe non poſſe:cum omne corporeum formam habẽ
at & finitam:& ſuis terminis circũſcriptam.At uniuerſale ui multiplica-
tionis dicimus infinitum:quodq; neq; ſit terminatum cõmunitate:neq;
finitum quantitate.At mens cum in intelligendo huiuſmodi formã ha-
beat ipſum uniuerſale:relinquitur eam eſſe & ſimplicem:& ſeparatam:
ac ob eam rationem etiam immortalem:Nam quid ſim longior ĩ animo
rum noſtrorum probanda immortalitate:quæ illorum dumtaxat men-
tes nõ capit:qui aut ſtulti ſunt:& ita ſimiles iumẽtorum:aut ſcelerati:&
impii:atq; proinde immanes adeo:ut diuinam uim quoq; negent omni
no.Haud.n.ſcio qd Epicharmus ille comicus ſibi uoluerit:cum ait:hõ
& cõcretũ ẽ qddã:& diſcretũ:atq; abit:unde uenit rurſus terra ĩ terrã:ſpũs Epicharmus
aũt ſurſũ.Quid horũ triſte?nihil.At ego ita hominẽ eẽ cõcretũ arbitror:
ut & aĩo affirmẽ ĩmortali cõſtare:& corpore iteritui debito:qppe qd cõ-
poſitũ ſit ex quattuor elemẽtis ꝓportiõe quadã ñ arithmetica:neq; geome
trica:ſed muſica potius:quæ tãtã ui hẽt ĩ uiui hoĩs corpore:ut aium Ari- Ariſtoxenas
ſtotelis diſcipulus Ariſtoxẽus ñ dubitarit harmoniã eẽ dfinire:ſed aĩus q Harmonia
uitã dat corpori:& id ſua pſẽtia regit:atq; moderat:alid nihil ẽ mea qdẽ Animi definitio

ſententia q̃ creata ſubſtantia ſpiritalis:ſimplex:rationis:intellectuſq; par ticeps:quæ ſeipſam.mouens naturale:inſtrumenteleq; corpus tam diu afficit ea ui:quæ & uitalis eſt:& ſenſibilia admittit:quoad eorum natu ra capax elementalem conuenientiam ſeruat. Huiuſmodi inquam ani mum æternus:& immortalis deus immortalem creando infundit in cor pus humanum:& infundendo creat. Quam animorum immortalita tem ut indubitato credam:ſi nullam etiam ratiõem afferre noſſem:quæ ſunt prope infinitæ:non probabiles ſolum:ſed etiam neceſſariæ:commu nis tamen ipſe populorum omnium:ac gentium: nationumq; conſen ſus:qui eſt quædam ueluti firmiſſima lex naturæ: eam mihi ante ocu los poneret: Quam enim audiuimus unquam: aut legimus uel bar baram multitudinem:quæ futura ſecula nihil ad ſe pertinere opinaret? quæ parentalia negligeret?quæ minus & orationes: & ſacrificia pro iis faceret extinctis:quos uiuos cariſſimos habuiſſet? Quid enim illorũ afferam teſtimonia:qui uel in italica ab uſq; Pythagora:qui Pherecyden ſyrium audiuerat:uel in ionica philoſophia:cui principium dedit tha les mileſius:uiri eruditiſſimi:& grauiſſimi floruerunt?Qui uero iter ara bas habiti ſunt illuſtres:accutiſſimiq; philoſophi: Auerrhus. Auicenna. Algazel. Iſaac. Alpetragoras quam multis:q̃ uariis:q̃ ſubtilibus: q̃ ueris docuerint rationibus eſſe hominum aĩos immortalis:ſit difficile nume ratu. Nec illud paruum eſt documentum permanſuros animos poſt corporis ſeparationem:quod & boni:& mali Angeli non nunq̃ apparẽt hi ad malas actiones:illi ad bonas homines adhortantes:quod nunq̃ fa cerent:niſi noſſent quaſdam eẽ paratas ſedes animis mortuoꝝ & ad præ mia:& ad pœnas. Sed quod omnem ſuperat ueritatem: habemus & uetus:& nouum teſtamentum:ac reliquos ſacros libros:quibus q̃diligen tiſſime erudimur non ſolum uiuere nos poſt obitum:uerum etiam cum corporibus una reſurrecturos aliquãdo:id quod magi quoq; antiqſſimi pſarum philoſophi cõſtãtiſſime aſſerũt. At uidete obſecro:quantum ego tribuã auctoritati:atq; ſapiẽtiæ unius frãciſci ſphortiæ:cuius hæc agi mus parẽtalia. Si nullæ poſſent ratiões afferri:qbus hominũ animi ĩmor tales eẽ demõſtrarent:ſi nulli gẽtiũ omniũ:nationumq; cõſenſus:ſi nullæ eſſentiaꝝ inuiſibiliũ apparitiones:ſi grauiora nulla teſtimonia qrent ad duci:ſola illius diuini pricipis uita:laudatiſſimiq; mores:ut id ſine ulla cõtrouerſia credere:ſatis ſuperq; præſtarent:Quo enim pacto ſe ab om ni iniuria:ab oĩ abſtinuiſſet maleficio:ſi futurũ iudicaſſet:ut mors totius hominis eſſet ĩteritus?Quot fugit & uoluptates:& emolumẽta honeſta tis gratia?Quot labores:periculaq; ſuſcepit: nequa turpitudinis cuiuſq̃ ſuſpitiõe ſe inqnaret?Duxerat olim uxorẽ ĩ calabris natus ãnos ſeptẽ ac

Probatio ex co muni hominũ opinione

Probatio ab auctoritate ita lica philoſo phia
Pythagoras
Pherecydes
Ionica philoſo phia
Thales
Arabes
Auerrhus
Auicenna
Algazel
Iſahac
Alpetragoras
Probatio ab apparitiõibus ſpirituum
Probatio a ſa cris libris
Philoſophi
Magi
Probatio a frã ciſci ſphortiæ uita atque mo ribus

decem nobiliſſimã:pulcherrimãq; uirginẽ Polyxenam ruſam:cui Mõtis Polyxena ruſa
Alti comitatus cũ oppidis pluribus:mũicipiiſq; parebat.Ex hac ſuſcepe- Mons altus
rat iã puellulã:cum abſens ad patrẽ Sphortiã certior factus ẽ & filiã ĩfan-
tulam primũ:dein ĩtra paucos dies Polyxenã quoq; uxorẽ ueneno a ma
tertera eſſe ĩteremptã.Reuertitur ĩ calabros.Rem ita habere repperit: ut
acceperat.Nã impia illa mulier ut & comitatu Montis alti & ſororis filiæ
polyxenæ cæteris bonis oĩbus hæreditario iure potiret̃:tanto ſe cõtami-
narat ſcelere.Non milites ſphortiani ſolum ſed ii oẽs calabri qbus Poly-
xena præfuerat:hortãtur adoleſcẽtem:ac ꝓfuſiſſimis lachrymis obteſtan
tur:ut ultione ſumpta de ſceleratiſſima muliere & ĩteremptæ uxoris:& e
ius materteræ dominatum oẽm:id quod facillimũ factu erat:ſibi uendi-
cet:cum is nõ religioſe minus q̃ grauiter ita rñdit.Etſi nõ ignoro qđ mu-
nus iuſticiæ ẽ humanæ:malo tñ quod dei eſt:ſeq q̃ quod hoĩs. Scriptum
ẽ enim mihi uidictam & ego retribuam. Neq; illud præclaræ cõtinẽtiæ
argumẽtum ſilendũ eſt.Quo tempore Fr.ſphortia bellum gerebat ꝓ Flo Florẽtini
rẽtinis aduerſus lucẽſes:Põtito municipio ui capto direptoq; ĩter mulie- Lucenſes
rũ militarẽ cõtumeliã:ut fit:puella quædã elegãti forma quiq; ac decem Pontitum
annos nata trahebat̃ a militũ globo ad ludibriũ ſtupri:cũ uociferans illa
ĩperatori ſe dedendã præcabat̃ imperatori.n.ſuam deberi uirginitatem.
Itaq; metu ꝑculſi milites hãc ad illũ adducunt:q re intellecta idq; illa ĩhi-
lari uultu corã affirmãte hic ut & iuuenis & corporis tẽperamẽto procli- Blanca Maria
uis in uenerẽ:& qui nõdũ Blancã duxiſſet uxorem:nõ detrectat munus.
Cũ uero tempeſtiue uirgine ĩ lectũ adducta iam haſtæ innixus ueneræ
uoluptatis foret uulnus ultimum illaturus:ſubito uoce flæbili ĩquit uir
go.Ego te mi optime imperator oro:atq; obſecro per hanc ĩpollutã Ma-
riam uirginẽ:cuius ſacratiſſimam imaginẽ hic depictam aſpicis.Erat.n.
in ꝓximo appẽſo pariete quædam tabula:qua Marie uirginis imago re-
præſentabat̃:ne mihi meam uirginitatem eripias:ſed meo me ſpõſo qui
aſſeruat̃ ĩter captiuos:reliquas intactam.Quibus auditis cõtinuo Fran-
ciſcus ſphortia cõpreſſa ui omni uenerei appetitus & illam dimiſit inta-
ctam:& eius ſponſum ꝑpulchre donatum carcere liberauit. Oh mirabi-
lẽ atq; in hanc diẽ inauditam ſummi uiri cõtinẽtiam:longe mihi ꝑfecto
unum hoc Fr.ſphortiæ nõ cõtinentiæ ſolum ſed religionis & pietatis ex- Africanus ſu-
emplum maius illuſtriuſq; uidet̃:q̃ quod de Africano ſuperiore proditũ perior
eſt memoriæ:qui ne uenire quidem in cõſpectum ſuum ſit paſſus puel- Indibilis
lam Indibili deſpõſatam:cum tamẽ illum dixiſſe cõſtat:equidem ea ute Rubico
rer:ſi ſerua eſſet & nõ libera. Quis non eam iuſticiæ laudem admiretur Nicolaus pici
qua eſt uſus ad rubicona.Nicolaus picininus qua tempeſtate Venetos ninus
uehemẽtius præmeret:ut in agrum iam uſq; patauinum multis oppidis Veneti

Picentes
Forum liuium
Camillus
G. Fabricius
Carauigium
Veneti
Mediolanum
Henericus panicarola
Gallia ciſalpina
Philippus Maria
Ferraria

& brixianis & ueronẽſibus & uicẽtinis ĩ deditionem actis oĩa circũquaq; bellico more uaſtarent: ueniẽs Frãciſcus ſphortia ex picẽtibus ut Venetis ꝓ ſtipẽdii ſocietatiſq; iure auxiliũ ferret in ſummis difficultatibus: ad Rubicona ſtatiua poſuerat: cũ ex urbe Foroliuio noctu ciuis cuiuſdã famulus ad eũ uenit pollicitus illam ſe urbem ſine ullo prorſus diſcrimine ei traditurum: & quo pacto id facturus eſſet: edocuit. Cui cum rñdiſſet ĩperator non eo ſe adueniſſe: quo perfido cuiq̃ eſſet adiutor: iuſſit hominẽ cõpræhendi illico: eũq; artius uinctum intra portas uſq; forliuii agendum curauit: quẽ re oĩ diligenter expoſita ciuibus ad ſupplicium tradidit imitatus is quidẽ: tum Camillum ĩ faliſcis aduerſus magiſtrum ludi: tum. G. Fabricium aduerſus medicum regis epirotarum pyrrhi. Poſſem huiuſmodi exempla iuſticiæ ſummæq; uirtutis prope ĩfinita in medium afferre. Sed aliis duobus tribuſue cõtenti ſimus. Nõ enĩ parẽtalia celebrãtes hiſtoriam recẽſemus. Accepta ingẽti illa ad Carauagium memorabiliq; clade cum Veneti rebus ſuis iam deſperarent: ii qui Mediolani factioſi ciues per id temporis ſummæ reipublicæ ſorte præerant. Franciſci ſphortiæ oẽm & uirtutẽ & gloriam: ut erant animi iudicio hulcerato: uertẽtes ĩ perniciẽ ſuam clam cœperunt per henericum panicarolam uirum callidum & iduſtrium: qui mercaturam uenetiis exercebat: de pace cum uenetis agere ea cõditione ut Frãciſcum unum ſphortiam ex hac Gallia ciſalpina oĩno extruderent: & ĩpi certa ĩter ſe lege quas ille urbis: & oppida poſſidebat diuiderẽt. At Veneti quãquam ĩtelligebant nihil tutum ſibi futurũ cum ciuitate factionibus diſſidẽti: tamẽ quia intelligerent oẽm mediolanẽſium cum ſuo duce diſcordiam ſibi nõ poſſe nõ prodeſſe: rẽ ueluti probare: & uana cõſilia uerbis alere: opãq; dare: ut eæ omnes inſidiæ ad Franciſcum Sphortiam perferrẽtur: qui etiam ĩpe iampridem oĩa ꝑ nõnullos optimos ciuis ex mediolano antea didicerat: diſſimulabat tamen futurum ſperans: ut ĩproborum animi præclaris ſuis ĩtegerrimiſq; operibus flecterent: ad ſanitatẽq; redirent. Sed ubi uidet ĩ dies magis atq; magis res ſuas apud Mediolanẽſes habere periculoſius: & brixiã quã iam eſſet ĩ deditionem recepturus e manibus ſibi eripi Mediolanẽſium ad Brixianos litteris quæ ne id facerẽt: qm̃ propediẽ cũ uenetis forent fœdera percuſſuri: ſuadebant: ea coactus neceſſitate ne & ĩpe & Mediolanẽſes una perirent: ſocietatem init cũ uenetis ea cõditione: ut ſeruato fœdere quod Philippus maria ſocer ferrariæ paucis diebus prius q̃ uita excederet: cum illis percuſſerat: ſibi auxilio forẽt: & equitibus quattuor millibus: & peditibus duobus millibus & aureis nummis terniſdenis millibus in menſes ſingulos: donec omni Mediolanẽſium ditiõe quæ philip-

pi ſoceri fuerat:potiretur.His humano atq; diuino iure ſanctiſſime con ſtitutis atq; firmatis:cum Fr.Sphortia municipia & caſtella omnia quæ ex Bergomenſi agro atq; brixiano nuper abſtulerat:reſtituiſſet Venetis: & Chremam præterea ex illo ferrarienſi cum duce Philippo fœdere tra-diturus prope diem foret:atq; Veneti contra annum iam integrum quæ conuenerant q̄ abſolutiſſime obſeruaſſent:eo iã res erat adducta: ut Me diolanẽſes diutius tanti belli molem tolerare non poſſent:præſertimqđ inteſtinis ſeditionibus fluctuarent:& boni omnes nobiliſſimiq; ciues eã popularem tyrannida iuxta atq; infeliciſſimum auſpicium quãerumno ſiſſime ferrẽt. Tum Veneti cœpere conſilium eius ſoluendæ ſocietatis auxiliiq; ferendi Mediolanenſibus contra Franciſcum Sphortiam : ubi minus ipſe quamprimum & a bello deſiſteret:& quicquid intra Padum Ticinum atq; Adduam Mediolanenſibus bello abſtuliſſet:iis reſtitueret Quæ ratio ſenatus Veneti grauitatem a propoſito mouerit: non ſa-tis compertum eſt. Alii dicunt eos noluiſſe diutius tãtam ſine ullo e-molumento impenſam ferre : alii quod uitio ſibi dari: & a Frederico re ge romanorum & a Frãcorum rege Carolo:& ab Alphõſo rege grauiter duce rẽt:qđ q libertatẽ uni oĩum ãplecti maxĩe tueriq; deberẽt:ii urbẽ q̄ libã eẽ uellet:ad ſeruiẽdũ cogerẽt.Sũt p̄terea:q aſſerãt illos ſibi ut uiros prudẽ tiſſimos metuiſſe:ne Franciſcus ſphortia ubi uoto potitus eſſet tantis auctus elatuſque uiribus uictricia in ſe arma conuerteret. Qui decre tum hoc edictumq; Franciſco Sphortiæ nunciarent : lecti iam fuerant duo Paſchalis Malipperius & Vrſatus iuſtinianus : hiq; iam in itinere eſſe ferebantur : cum Carolus Gonzaga uir ſtrenuus ac fortis ducem hortatur huiuſmodi fere uerbis. Quæ Veneti decreuerint: tenes: qd igitur cunctamur. Sine ipſe Bartholomæum hunc collionem ac re-liquas Venetorum auxiliaris copias quæ hic prope apud nos ſunt : deimprouiſo adoriar. Facile enim opprimam : uertamq; in prædam.

Idem tu ipſe facito de cæteris Venetorum uiribus : quæ Chremam obſident. Et hoc pacto eadem hora tum Mediolanenſium peruica-tiam: tum Venetorum inſidias una uiceris. Ad quæ nobiliſſimus ĩ-perator ita reſpondit. Doleo equidem Carole & uæhementer profe-cto : quod me Venetorum ſocietate quos & amaui ſemper : & feci plu rimi:ita priuatum iri intelligam : ut quos ob maxima utriq; data ac-ceptaq; beneficia amiciſſimos ſemper oportuit : hoſtes ſim habiturus. Cæterum utrunque res habeat : malo illos iniuriarum q̄ me & eſſe & haberi auctores. Deus eſt cunctis hominum uiribus lõgiſſime ſupior. Huius ego fretus auxilio metuo neminem. Quare nihil p̄rſus qđ me de deceat:ſum facturus. Quæ cũ dixiſſet:curauit illico:ut legatis Venetorũ

Chrema
Philippus dux
Padus
Ticinus
Addua
Fredericus rex
Carolus rex
Alphõſus rex
Paſchalis Ma-lipperius
Vrſatus iuſti-nianus
Bartholomæ-us collio
Carolus gon-zaga

Chrema

chrema traderetur.Id.n.per ipſum Carolum cuius magnæ militum ma
nus præſidio erat chremæ uel chremēſibus inuitis efficit.Nam ꝙ antea
fuerat per Philippum ſocerum ferrarienſi fœdere cōſtitutum:& ipſe po-
ſtea cōfirmarat:uoluit ratum eſſet:nequid abſe factū uideretur iniuſte.
Neq; minore ſe animi uel magnitudine uel clæmētia geſſit:poſteaq̃ re-
rum mediolanēſium ē potitus. Nam ubi poſt acceptam Franciſci ſphor
tiæ beneficio chremam Veneti decreto ſunt uſi:atq; is ſuo dūtaxat mar-
te & ĩcredibili ſapiētia ſuis cœptis deeſſet nunq̃:tandem poſt annum a
mediolanēſi republica proſtratis atq; compreſſis ſceleratorum quorun-
dam ciuium nefariis conatibus ultro eſt ad urbis & totius regni guber

Blanca Maria

nacula una cum uxore ipſa muliere & ſancta & pia Blanca Maria ſum-
mis etiam cum precibus accerſitus:q̃ ſeſe modeſte moderateq; geſſerit:
auditore:quæſo.Vt uniuerſa urbs ĩ ſex partis diſtributa eſt: quas portas
appellant:oratores duodecim lecti ſunt bini pro ſingulis portis. Tertius

Frāciſcus Philelfus

decimus lectus eſt publico decreto Frāciſcus Philelfus:ſiue id linguæ di
cēdiq; beneficio factum fuerit:ſiue ꝙ hūc exiſtimarint imperatori eſſe ꝑ
gratum:ut qui nō metuerit ĩ ſumma gladiorum impunitate duas ad po-
pulum acerrimas habere oratiōes ĩ teterrimos illos immaniſq; tyrānos:q
diuina oīa humanaq; iura uexarēt atq; cōfunderēt:& id quidem ĩ ſacra
tiſſimo hoc templo ĩ maxima omni magiſtratuum ordinumq; frequētia
Hic igitur cū nomĩe mediolanēſis reipublicæ ſolus ex oībus oratoribus:
quemadmodum a publicis magiſtratibus mediolāi cōſtitutū:fuerat ora
tionem ad Frāciſcum ſphortiam:qui adhuc ſe moguntiæ cōtinebat:ha-
buiſſet q̃ magis potuiſſet ad perſuadēdum accōmodatam:ut pro ĩmor-
talium ſuarum uirtutum meritis pro tot tamq; multaꝝ rerum geſtarum
gloria ſi uellet uniuerſis ciuibus rem facere gratam & periucūdam:triū-
phali curru urbem ĩgrederet̃ more maiorū:ad hæc ille ut erat unus om-
nium ĩgenio & miti & uerecūdo & graui:locutus de ſe pauca & mira cū
modeſtia abſit:ĩquit:ut ego ĩ patriam meam tam liberaliter ueluti reuo-
catus triūphās ĩgrediar. Quod ſi me cupitis pro benignitate ueſtra ma-
xime honoratum operā date: ut oīa pacata ĩter uos eē offendam.Ceſſēt
ciuiles oēs diſcordiæ:extinguant̃ oīa odioꝝ ĩcēdia:iniuriæ oēs mea grat
tia cōdonēt̃:quod ut etiā ipſi & priuatim faciatis & publice: ego primus
quicq̄d eſt aduerſus me meoſq; perpetratū aut ĩiuſte aut ꝑuicaciter: nō
ignoſco ſolū:ſed oēs rogo:atq; oro:ut ſempiterna id obliuiōe ex aīo de-
leatis. Mecūq; ĩ poſterum ita mutuis certetis officiis:ut & uĩci & uĩcere
æque ſit dulce.Ita diuĩus ille prĩceps locutus ē.Et quæ locutus ē:re ipſa ꝓ
ſtitit.Quo factū eſt:ut & oīs ciuiles diſcordias e medio ſuſtulerit:& ulci-
ſcēdi flamas oīs extĩxerit:& inimicos oīs rēddiderit ſibi amiciſſimos adeo

ut eius obitum nõ ſecus doluerint ac parẽtis. Sed qua poſtremò animi
æquabilitate ſegeſſit cum Venetis:qui ãno tertio poſt acceptum ſoceri
Philippi imperium pacatis trãquilliſq; rebus oĩbus ubi cõſpiraſſent cum
Alphõſo rege:maiore hũc belli apparatu adorti ſunt?Quos uni Frãciſco
ſphortiæ nõ reddiderũt aut hoſtes aut inimicos alios aptos occultos ali-
os?Florẽtini ſoli iuſticiæ partes tutati ſunt:qui auctore Coſino medice in
fracto animo uiro atque ſapienti nullam impẽſæ molem nullum bellicæ
fortunæ periculum recuſarũt:quo illi optimo iuſtiſſimoq; pricipi bene ꝓ
ſpectum eſſet.Cum ſemp deus optimus maximus tum eo potiſſimum
tempore Luce clarius oſtẽdit ſibi nõ eſſe neglectui uiros bonos & inocẽ
tis:Veneti.n.qui nullo iure alienum appetebant imperium:ſuum pœne
amiſere:Nam præter has duas urbis Bergomum ac Brixiam & oppidũ
unnm Chremam oĩa quæ i gallia ciſalpia poſſederãt iãdiu:ĩtra paucos
mẽſes ſub unius Franciſci ſphortiæ diciõem ultro atque alacriter deue-
nerũt.Idemq; & brixiani & bergomẽſes chremẽſeſq; feciſſent:niſi bartho
lomæus collio uſus ea qua ſemper fide cõſueuit:i medio uincẽdi curſu
ad Venetos defeciſſet.Qua ipſa in re bonitas etiam noſtri pricipis præte
reũda hoc loco cette nõ eſt.Didicerat Bartholomæum corruptum pecu-
niæ magnitudie fugam parare ad Venetos:amici & familiares oẽs hor-
tabantur imperatorem:ut illum caperet:ne tãta de hoſte uictoria iam fe
re parta per unius hominis ꝑfidiam impediretur Idq; ſe facile effecturũ
Alexãder ſphortia frater uir ĩgenio promptus & ĩtrepidus & iduſtrius cõ
ſtãter recipiebat:Tum frãciſcus Nolite me inquit mei obliuiſci:ut ei ma
le faciam:quem affecerim maximis beneficiis:Nam & ſenæ gallicæ cum
eſſet pro Philippo ſocero:& ego me ꝑ id temporis cõtinerem hæſi:audi-
ens eum premi nõ mediocri inopia octomillibus nummũ aureum eius
inopiæ cõſului:quos reddidit mihi nunq̃:& mortuo Philippo ſocero:ab
quo quia clam ſentiret cum uenetis:fuerat Moguntiæ cõiectus in teterri
mum illum carcerem:quem nominant furnum:mea eſt opera miſeria il
la omni liberatus reſtitutis etiam omnibus eius & bõis & pecuniis:quæ
in ticinenſi arce quam ego iam poſſidebã:ab ipſius uſq; captiuitate ſer-
uabantur.Meaq; dein quoq; factum eſt opera atq; ſponſione:ut a repu-
blica mediolanẽſium conduceret ſtipendio & amplo & honorifico:A q
bus cum nõ multo poſt tranſfugiſſet ad Venetos contempta omni fidei
ſanctitate quam mediolanenſibus ſpõſoriq; dediſſet:nõ deſtiti tamẽ ad
poſtremum ut uidetis eundem hunc fugientem a Venetis:ab quibus ad
ſupplicium quærebatur:inermem nudũq; excipere:& emolumentis ma
ximis ac honoribus proſequi.Malo igitur in tantis beneficiis meis rur-
ſus falli a Collione q̃ rationibus ullis adduci:ut falli ab iſto credam: præ

Philippus dux
Alphõſus rex
Florentini
Coſinus medi
ces

Bergomum
Brixia
Chrema
Bartholomæ-
us collio

Alexander
ſphortia
Sena gallica
Philippus dux
Hæſis

Moguntia

ſertim quod ea eſt uis diuinæ iuſticiæ ut nullum ſit neq; malum impuni
tum neq; bonum irremuneratum.Hæc Fráciſcus ſphortia & benigne &
grauiter. Cæterum quo Bartholomæi auiditati occurrerct:ei belli ſū-
Bergomum
mam cōceſſit aduerſus bergomum:q̄ eius rei maxime ille uidebat̄ cu-
pere.Sed neq; hoc item pacto mederi potuit īgenio auariſſimmo ac neq̄
quo minus contēpta oī hominum fama deiq; reuerentia poſt acceptum
grāde auri pōdus homo unus oīum īgratiſſimus trāſfugerit ad uenetos
Qui ſibi tñ rebuſq; ſuis nihilo eius acceſſione minus metuentes de pace
Paulus barbus
per Paulum barbum legatum ſuum uirum patricium & illuſtrem conti-
nuo egerunt:quam ipſam princeps moderatiſſimus nō ſolum nō recuſa
uit:ſed ultro etiam caſtella omnia mūicipia omnia oppida omnia : quæ
iure belli ſibi uēdicarat:uenetis dono ceſſit:quo nihil deeſſet omnino ad
perpetuæ pacis ſtabilimētum ac robur imitatus ſane quod ſcriptum eſt:
Euangelicum p̄ceptum
pacem meam relinquo uobis:pacem meam do uobis:Cum.n. delectaret̄
omnem perſe pacari Italiam:nihil per ſeſe deeſſe uoluit ad tollendā om
nem belli nō materiam modo ſed etiam ſuſpitionem . Altius certe aius
eius ſuſpiciebat:qui mortalia deſpiceret oīa immortalis illius uitæ glo
riam beatitudinemq; cōtemplans:ad quam ſola iuſticia nos perducit.Ec
Zacharias
ce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator:inquit Zacharias.Itaq; uenit redē
Iheſus
ptor humani generis rex Iheſus:ut iuſtiſſimum noſtrum pricipem corpo
reo carcere aliquādo liberatum pro ſua iuſticia ſaluum faceret.Nam ut
Homerus
recte ac uero apud homerum ait Eumæus:Non amat iniuſtos homines
Eumæus
qui iuſq; piumque Ornat honore deus.Haud ſane mortuus eſt Franci-
ſcus ſphortia:qui per tam multa tamque præclara iuſticiæ opera ſe ī om
Chriſtus
nem uitam tutatus eſt:ſed dormit:ut de puella īquit chriſtus: Reuiuiſcet
enim ac reſurget in gloria nō hac fragili & inani:quam uanæ hominum
circūferunt auræ:ſed ī illa potius:quam nulla circūſcriptura ē ætas nulla
deletura antiquitas nullus extincturus iteritus.Nunc omnibus humanæ
peregrinatiōis periculis liber eſt.Iam nuſquam deuiis oberrare poteſt an
fractibus.Quieſcit iam tādem apud creatorem ſuum omni cura ſollicitu
Secūda cauſa
dineq; ſolutus.Nūc trāquillus nūc beatus eſt. Nam qd per imortalem
deum tātopere doleamus?Lugeant̄ ſontes:lugeātur flagitioſi:quorū ani
mi ſempiternis ſuppliciis cruciant̄:Nam puod eſt cuiquam apud iferos
Tertia cauſa
ſupplicium metuēdum:qui ſupplicio dignū nihil ī uita geſſerit? Quin
potius nūc poſteaq̄ euaſit ex huius uitæ laboribus:quæ ſtimulis & mole
ſtus & corporis & animi nunquā uacat:fruitur Franciſcus ſphortia uera
incorruptaq; uoluptate & gaudio ſempiterno:quando quidē coram illū
& aſpicit:& uidet:& contēplatur:qui ſolus fons & orrigo eſt totius felici-
Quarta cauſa
tatis atq; beatitudinis.Præterea nec ullus acerbior eſt dolor ī morte:quæ

aliud nihil eſt q̃ uitæ priuatio ĩ corpore atque abſentia:ut docet Ariſtote les & id quidẽ ex corruptiõe proportionis corporeæ.Nam quãdiu elem̃ torũ proportio humanũ continet corpus:uita animis illud afficit:ac mo uet.Ea ſi corrumpat̃:animus ipſe ĩcorruptus diſcedit a corpore : morſq; cõtinuo conſequit̃ ſenſu omni penitus ſublato.Quid igit̃ ſtultorũ homi num greges mortem adeo ducũt ĩ malis?quæ:ut monebat Arceſilaus il-luſtris uir academicus:ut abſens:& expectata egritudinis plurimum ſo-let afferre demẽtibus:ita præſens nemini eſt moleſta:qppe quæ a perpe-tuo ſopore quodam differat nihil. Dolere aũt ex incõmodo ꝓprio ho minis eſt:qui nõ tam alterũ amet q̃ ſeipſum:quiq; a fœneratore differat nihil:Qui enim ex amiſſiõe cõmodi quod ſperabat:dolet mortẽ alterius gauderet is certe:ſi ex eius uita incõmodum metuiſſet:q̃q̃ ſapiẽtiſſimus ille priceps a nobis abiit ita bene:atq; moderate cõpoſitis rebus ſuis: uni uerſoq; ĩperio:ut ſiquid nobis dolẽdum ẽ:illud ſit ſane:quod in unius il lius obitu inumerabilium comitatu uirtutũ orbati ſumus.Sed eo ꝑnci-pes ꝓbatiſſimi ueſtra futura illuſtrior eſt laus:ſi annitemini:ut nulla ui-deamini illi bonitate diſſimiles.Ad hæreditatem ſuccedere fortunæ eſt bñficium:ſed eam rerum geſtarũ gloria ꝓpagare ueſtræ uirtutis ꝓprium eſt munus:quaſi nõ pluris faciundus ſit Alexãder Macedo:quod ad ulti mas uſq; terraꝝ mœtas imperiũ ꝓpagarit:q̃ quod Philippi patris regnũ acceperit.Nos aũt qui ſub ueſtra dicione uitã acturi ſumus: eo feremus moderatius illius abſẽtiæ deſyderiũ:quoniã ante oculos ponẽtes quæ a uobis recte:& cũ laude geſta fuerĩt:patrem optimum ĩ liberis uobis opti mis uiuere exiſtimabimus:& ita nihil ex eius morte nobis eſſe incõmo-datũ. Nec.n.mors ĩ malis habẽda eſt:quæ cõſtituta oĩbus ẽ natura.nec uitã tollit:ſed cõmutat corruptibilẽ hanc:atq; ærumnoſam ĩ ſimplicem il lam:& ſecurã:& ſempiternã.Præterea quod pythagorei monẽt:non ab-ſurdum fortaſſe fuerit audire:

Quos diuina homini dederit fortuna labores:
Quæ tibi ſors fuerit capito neq; ferto moleſte.

Cui ẽt ipſi ſẽtẽtiæ aſtipulat̃ prudẽter Anaxagoræ diſcipulus
Euripides ille tragicus:cum ait:

Caſus ſiniſtros qui bene tulerit:mihi
Vir optimus uidetur:ac ſapiens quidem.

Quamq̃ ſi recte rem ipſam interpretemur:neq; illi grauius : neq; nobis inopinatum quicq̃ accidit.Nam quamdiu erat peregrinandum ĩ huius uitæ humanæ ſalebris?Aduena ego ſum apud te in terra dicebat Dauid & peregrinus : ſicuti omnes patres mei . Siue enim mors altiſſimo ſit ſomno perſimilis : ſiue longæ ; atque diuturnæ peregrinatio-

Ariſtoteles

Arceſilaus

Quinta cauſa

Alexanderrex

Philrppus rex

Sexta cauſa

Pitagorei

Anaxagoras

Euripides

Dauid

ni:ut ait Plato:ea certe non bona eſſe non poteſt: cum & animi an-
goribus:& laboribus corporis nos ſoluit oīo. Ad hæc an ignoramus quo
diuturnior ē hoīs uita:eo eē calamitati magis obnoxiā? Stultus ꝓfecto:
& amēs ille mihi uideri debet:q̄ coīs hoīum caſus:& humanæ uitæ fragi
Cyrus rex
litatē nō extimeſcit. Si Cyrus clariſſimus ille rex pſarū poſt tot:tātaſq; ui-
Babilon
ctorias potitus etiā babylone cōtinuo eſſet extictus: ludibrio Tomyridi
Tomiris
nō fuiſſet. Idē cū de aliis ꝑmultis & dici:& cognoſci pōt:tū maxīe de Gn.
Gu. Pōpeius
pōpeo magno:de. G. Iulio cæſare:de Marco Tullio cicerone pſpicuum ē
magnus
q̄ ſi iuniores obiſſent:inimicoꝶ oculos cladibus ſuis nō ſatiaſſent. Quid
G. Iulius cæſar
tantū nobis afferre queat maior annoꝶ numerus:q̄nquidē ſi Mathuſalē
M. Tullius ci-
illius æquaremus ætatē:q̄ anno quartodecimo poſt diluuiū morti cōceſ-
cero
ſit:cū annos nouē & ſexagita ſupra nōgentos uixiſſet:nihil tñ ex tanta ui
Mathuſalem
tæ lōgitudine nobis aliud ſupeſſet:q̄ maior ſarcina peccatoꝶ. Xerxes ille
Xerxes
īſolēs:& ſupbus:q̄ cū quīqes decies cētēis hoīum millibus hellepōto:boſ-
Helleſpōtus
phoroq; cōſtratis:& Atho uelificato traiecit ī græciā:cū ex altiore loco ſuū
Boſphorus
oēm cōſpicaret exercitū illachrymaſſe tradit q̄m diceret poſt cētum ānos
Athos
ſe ex tāta multitudine uiſuꝶ neminē. Quæ eīm ulla temporis lōgitudo
Græcia
cū æternitate cōtendat? Si ratiōe rem malimus q̄ ullo nr̄o uel commo-
do expēdere:uel libidīe:ſatis ſibi Fr. ſphortia ſatis gloriæ:ſatis naturæ ui-
xerat:qui tātis & tā multis rebus ſumma geſtis cū laude:regno pulcherrī
mo nō cōparato ſolum:ſed etiam ſtabilito annos uixerit quattuor & ſe-
xagita:menſis ſeptē:diebus quattuordecī:relicto tam fœlici filioꝶ cœtu
Italia
una cū uxore ſpectatiſſima:prudētiſſima:optima ī tāta Italiæ pace: quā
ipſe pepererat ſolus:ī tanta illuſtriū ciuitatū :potētiſſimorūq; regū ac pri-
cipū ſocietate:& amicitia:quos ſuis ſibi maximis deuinxerat beneficiis.
Quid aūt mirari quenq̄ oportet:ſi naturæ ad cōſtitutā diē:quā præterire
nō licebat:debitū ſoluerit:q̄ natura mortalis erat. Mortuus ē inq̄ tempe-
Horoſcopus
ſtiue Frāciſcus ſphortia nō minus quā fortunate:id quod ex eius natalis
Cōcluſio gene
Horoſcopo dignoſci etiam licet. Quas ob res (ut tādem aliqn̄ poremus)
ralis ꝑ enume
quæ mea ſit ſentētia:cognoſcite:obſecro moderatiſſimi pricipes. Satis ut
ratiōnē & am-
opinor:modo oſtēdimus:quæ ī hac uita mortalium optari cuiq̄ felicitas
plificationem
poteſt:eā ita uni Frāciſco ſphortiæ cōtigiſſe:ut fieri maior nulla q̄ret ac-
ceſſio. Nā & animi bonis:& corporis unus oīum polluit maxime. Fortu-
nā habuit ſemp ſplēdidiſſimis uirtutibus ſuis adeo ī rebus oībus obſeq̄n
tē:ut ea ꝓ arbitrio uti uideret. Aliud nihil erat reliquū:q̄ optaret ṗter eā
beatitudinē:q̄ nulli fortunæ:nulli corruptiōi ſubiecta ē. Hāc illum poſt
mortē adeptū eſſe cui ſit ambigēdum? Nō. n. ſolū eas uirtutes conſecta-
tus ē ſemp dum uixit:quibus itur:ſed multo etiā ſtudioſius q̄bus pueni-
tur ad deū. Nam religione:ſanctimonia:pietate nihil apud ſe unq̄ anti-

ꝗus eſſe uoluit.Nō tenebar ſolū:ſed etiā prædicabat diuinā eē iuſticiam
qua & iuſti ĩ altera uita ꝓ his laboribus præmia reciperent:quos hic ini-
que ꝑpeſſi eſſent:& iniuſti pro ĩpiis operibus plecterent̃: Nullus unq̄ di
es illuxit ne belli ꝗdem & ĩter ĩſidias hoſtiū:quin genibus nudis humi ni
xus nō deuotas:ac ſupplicis minus quā prolyxas ōratiōes haberet ad de
um.Nunq̄ præteriit dies:quo minus religioſis officiis:atq; ſacrificiis ĩter-
eſſet.Idq; ab ineūte uſq; ætate:Nunq̄.n.aut ineptis ludicris:aut tripudiis
& ſaltatiōibus delectatus ē:ſed ad ꝓbitatē ſuas oĩs actiones:ad deūq; re-
ferebat.Eius fide ſanctius nihil erat nemini unquā opus negauit miſeri
cordiæ:ne inimicis ꝗdem.Viros rerū diuinaꝝ peritos nō minus uenera-
bat̃ pie:quā audiebat libēter.Et ne ſim lōgior:quā par ē:cōuocarat Pius Pius pont.ma
ſecūdns pōtifex maximus ānis ſupoĩribus ĩ cōuentū illū mātuanū prĩci ximus
pes oĩs:regeſq; chriſtianos ad cōſultādū de cōſtituenda expeditione ad-
uerſus ĩpetum:ĩmanitatemq; Turcoꝝ:ꝗ capta iam:& direpta ĩferiore Pā Turci
nonia Italiæ ueluti portis imminerent.Cæteri chriſtianæ reipublicæ po- Pannonia
tentatus:& hi ꝗdem pauci miſerūt oratores:ꝗ aliud nullū præter uerba ĩ Italia
aina adiumentū afferrēt ad opus tā pium:tā neceſſariū:tā ſalutare.At ſo
lus Frāciſcus ſphortia nō oratores miſit:ſed ipſemet uenit cum uniuer-
ſa aula:& illuſtri ſua illa nobilitate:quæ uniuerſam romanam cu-
riam illuſtraret.Is inquam Franciſcus ſua illa grauiſſima:& maieſtatis
plena oratione præſens:coramque pollicitus eſt nō ſolum expoſitum
ire facultates oĩs:atq; uires ſuas ad propulſandā:& profligandā uim om
nem:conatuſq; turcoꝝ:ſed iturū etiā ſeſe cū exercitu pro ipſius ſūmi pon
tificis uolūtate:neq; ullū nō modo ĩperatoris:ſed ne militis ꝗdem aut la
borē:aut uitæ periculū omiſſurū ꝓ libertate:atq; amplificatione:& ſplen
dore fidei chriſtianæ.Et dubitabit quiſq̄ de huius piētiſſimi prĩcipis cæ- Chriſtus opt.
leſti beatitudĩe apud chriſtū:ꝗ chriſti opera ꝑ uniuerſam uitā repreſen- max.
tarit?Nec.n.eū mors offendit incautū:ꝗ ſexta feria nonis martiis:cuius
poſtridie euolauit ĩ cælū:cōiectis deuotis:trāquilliſq; oculis in ſaluatoris
imaginē:quā tabula depicta e regiōe lecti continebat:ait miti uoce:ac
ſupplici:uiſine domĩe ita o:o?fiat ergo uolūtas tua.Quare poſitis lamen
tis oĩbus:& querelis nō tam nobis dolēdū eſt:quod talē principē amiſe-
rimus:q̄ lætandū:quod talē habuerimus:cuius mirificas:ĩmortaliſq; uir
tutes ſi ſemꝑ animo uolutabimus:eaſq; apud oēs quottidie crebris ſer-
monibus uſurpabimus:ĩcredibili ꝓfecto mihi credite:uoluptate detine
bimur.Nam ꝗd tantū doloris mors cuiq̄ poteſt afferre:in qua ipſa nō ſo
lum nulla eſt iuſta lugendi cauſa:ut modo probauimus:ſed etiam cum
alia plæraq; bona inſunt:tum illud in primis:quod & uitia ſepelit:ut in- Ambroſius
quit Ambroſius:& uirtutes ſuſcitat?Itaq; rectiſſime ſcriptum eſt.Moria-

Ariſtippus

tur anima mea in animis iuſtorum.Si ariſtippus ille cyrenaicus: quo hu
manæ uitæ cõſuleret:qcqd auri:qcqd nummoꝝ habuit: dicit̃ abieciſſe:
nos ut i cælo ſempiterni futuri ſimus:uitam hãc iſtabilẽ:& icertam tãto-

Menicœus Codrus Phileni Curtius Decii tres

pe tuebimur? Si Menicœus thebanus:ſi rex athenarũ codrus:ſi phileni:
ſi curtius:ſi tres illi decii pater:filius:ac nepos:ſi alii nõnulli uiri magni:
& clari inani ducti gloria huiuſmodi ſpõte morti ſe dediderũt:nos ut glo
riã cæleſtẽ adipiſcamur:mortẽ hãc adeo doleamus:quæ uel naturæ cur-
ſu obuenerit:uel dono oĩpotẽtis dei:ꝓuidẽtiaq; cõtigerit? Sed ne ſi lon-
gior fuero:maiorẽ uobis p̃res cõſcripti:auliciq; ducales:ac reliqui nobiliſ
ſimi ciues:quo ad uos tãdem ſolos nr̃a ſe cõuertat oratio:acerbiorẽ ex re
cordatiõe illius nr̃i amiſſi pricipis dolorẽ icutiã:cũ omne uulnus eo ma-
gis exulcerat̃:atq; recrudeſcit:quo attrectat̃ magis.Hoc ego loco finem
dicẽdi faciã:ſi unũ illud uos prius commonuero:ꝓpterea eſſe oẽs reliqui
as ægritudinis ex animis nr̃is radicitus extirpãdas:ꝙ nõ modo nõ ẽ mor
tuus Frãciſcus Sphortia:ſed uiuit adhuc:uigetq;:ac ſapit:& i dies magis:
magiſq; adoleſcit cũ i reliquis ſuis liberis:& ſua p̃ſtãti idole:& ſpe pater-

Galeacius Maria dux

næ ꝓbitatis iſignibus:tũ potiſſimũ in excellẽtiſſimo duce nr̃o Galeacio
Maria:cuius tãtus igenii ſplẽdor tãta magnitudo animi:tãta orõnis ma
ieſtas:tãta i deũ ueneratio:tãta iuſticia:tãta benignitas:tãtum honeſtatis
ſtudiũ:ut certo ſpare iã liceat:hũc paternã gloriã oẽm nõ equaturũ mo-

Achilles Pelleus Blãca Maria

do:ſed etiã nõ ſecus ſupaturũ:quã ab Achille canitur pelleus ſuperatus.
Nam de huius matre Blanca Maria regina noſtra qd attinet plura me-
miniſſe:cuius ĩocẽtiſſima uita:ſanctiſſimiq; mores apud ĩpos etiã ho-
ſtis ſunt uenerabiles? Quotiẽs in hos cõiecerimus nr̃os oculos:ac mentẽ
cũ noſtre fidei:ſynceræq; pietatis fungemur officio:tũ diui Frãciſci ſphor
tiæ humanitatẽ:beneficẽtiam:abſolutiſſimaſq; uirtutes iucundiſſima cũ

Fr. ſphortia dux

animi uoluptate i memoriã reuocabimus.Nam qd̃ in me ẽ:unum illud
uobis polliceor:ꝓmitto:ſpõdeo:quãtum p̃ſtare ingenii potero uiribus:
quãtum lingua reſonare:quãtũ arũdine latine:græceq; ſcribẽdo cõſequi

Frãciſcus philelfus

aut oratoria:aut poetica facultate:ſp unus apud me Fr.Sphortia memo-
rabit̃:audiet̃:leget̃:ut nõ mortuũ minus:quã uiuũ ab uno Frãciſco phi-
lelfo & amatũ illũ:& obſeruatũ:& celebratũ p̃ntẽ oẽs:uẽturiq; cognoſcãt.

FINIS.

Quæ qdẽ orõ habita ẽ ab eodẽ Frãciſco philelfo eqte aurato: laureatoq; poeta i ecclesia cathedrali Mediolani:die lunæ.vii.Idus Martias:anno a natali xp̃iano Milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

## FRANCISCI PHILELFI Oratio habita in funere diuæ uiraginis Blancæ Mariæ Mediolanēſium ducis.

n

VNQuam Futurum exiſtimaram:Patres cōſcripti:ut no-
ſtro huic īuictiſſimo:atq; optimo pricipi Galeacio Mariæ
ſphortiæ cōſolator accederē i luctu tam īopinato:tanq̄ im
maturo clariſſimæ:īdulgentiſſimæq; matris:ac uiraginis ī
clytæ Blācæ Mariæ:qua quidē una ex uniuerſo mulierum
omnium genere nihil ætas noſtra pulchrius tulit:nihil illu
ſtrius:nihil præſtātius:nihil melius:nihil uenerabilius:nihil deniq; ex oī
parte perfectius.Nam etſi noram illam eſſe natura mortalem:tamē cum
mecum ipſe tacitus cogitarem:quāta foret uitæ cōtinentia:quāta frugali
tate:quāta i rebus omnibus moderatione:& ordine:minime ꝑfecto du-
bitare poteram homo ſeptuagenarius iam & amplius:me nunq̄ eius fu
neri interfuturum:quæ nōdum abſoluiſſet ætatis ānum quartum & qua
drageſimum.Sed īanis eſt ꝓrſus:atq; irridēda noſtra omnis humana pru
dētia:ut uelimus nobis certi quicq̄:incertiue polliceri : qui qua hominis
parte mortales ſumus:omni mutabilitati:īfirmitati:corruptioni ſubiace
amus.Itaq; non poſſum nō miſereri & humanæ conditionis:& īpius mei
qui i id miſeriarum īciderim:ut eius ſim funus deploraturus:ī cuius uita
certiſſimū mihi:liberiſq; meis præſidium collocaram.Venione īpe te lau
daturus mortuam Blāca Maria:quæ ob īnumerabilis tuas:diuinaſq; uir
tutes digna fueras ut nō morte ſolum:ſed mortis omni uacares ſuſpitio
ne? Nam quo magis atq; magis tuam probitatem:& morum integrita-
tem:pudicitiam:īnocentiam:fidem:pietatem:ſanctimoniāq; conſydero
eo me maior ex obitu tuo mæror adeo inuadit:ut quid de te primum lo
cuturus ſim:neſciam.Fulgor enim patriæ:parentūq; claritudo:ac cætera
oīa:quæ ſub fortunæ imperio poſita cēſentur:tametſi magna ī te fuerāt:
& excelſa:hæc tamen alia ſunt:ut ꝓpria nequeāt cuiuſquā bona appella
ri. at excellētia animi tui:maieſtaſq; uirtutis me de te mecum diligētius
cogitātem ita reddit attonitum:ut ab hac omni conſolandi oratione de
terreat. Oh quanta : & q̄ grauis ad nos calamitas uirago heroi-
ca ex tua deceſſione peruenit. Heu q̄ noſtri nos cogitatus de tua
diuturnitate fefellerunt : ut cuius uitam quanlongiſſimam fore puta-
remus : ea in floreſcentis adhuc ætatis decore deciderit. Sed quo fe
ror fanaticus ſenex? Quo meus me intollerabilis præcipitem rapit
mæror? Quo pacto ſim alios conſolaturus in tanta luctus acerbi-
tate : niſi mihi tantiſper antea moderer a doloris aculleis:donec de tuis
diuinis laudibus uerba faciens ex illarum breui commemoratio-

Galeacius Ma ria

Blanca Maria

ne digna cõſolatio oriatur. Sed quod tandem initium de iis facere aggredior? Nõne id unum eſt præſtãtiæ tuæ certiſſimum argumẽtum: qd' natura omnipotens: quod deus ipſe optimus maximus de te una mulierum plane omnium: quæ aut ſunt: aut fuerunt unq̃: aut in omnem poſteritatem futuræ ſunt: ĩnocentiſſima: & optima admirabilia quædam: ac dilucida ſigna tulit: quæ nulla hominum queat deprauare malignitas? Cum primum enim cœpiſti ægrotare: nouum aſtrum exoritur: quod antea nunq̃ huiuſmodi nec uiſum: nec auditum magnũ neſcio qd: atq; ob ſtupẽdum portẽdere uidebatur (Nam ut mea fert opinio.

Cometes

Nõ eſt ille ferus: qui uexat regna Cometes:
Et ſolet humanis rebus adeſſe minax:
Sed quod olympiaco deus auctor miſit ab axe.
Sydere quo tãto regna ſuperna colas.

Voluit eĩm deus: ut quo illuſtrium uirtutum omnium ductu ueluti ſplẽdidiſſimo quodam ſydere tuæ futuræ poſt mortem beatitudini in terra præluxeris eodem nunc illuſtreris ĩ cælo. Quo factum mirabiliter uidemus: ut una cum tuo obitu aſtrum ipſum ex hominum oculis occidens cõtinuo euanuerit. Nulla eſt ſane tãta uel leuitas uel celeritas: quæ cum animi aut leuitate aut celeritate conferri queat. Tu Blanca Maria tu inquam mulier piẽtiſſima cũctis abſterſa humanis ſordibus & omni terreſtri cœno purgata penitus corporeiſq; ſoluta uiculis libera omnino atq; tui compos leuiſſimo quodam celerrimoq; uolatu ĩ cælum illicet es euecta æterno gaudio ĩter ãgelos potitura. Nõ eĩm cum illis ſentio patres ampliſſimi: qui nemini patere putãt neq; bono cæleſtem gloriam: neque malo ĩfernale ſupplicium ad plenitudinem uſq; temporis ac futurum illud uniuerſale iudicium. Sed aſcẽdit cõtinuo ĩ cælum tum e corpore ẽ egreſſa diua regina hæc noſtra: ubi iam fruitur ſuorum mercede meritorum ĩ cõſpectu creatoris ſui. Id uero quãquam ita de te mihi & tenẽdum uidetur & affirmãdum uirago ſanctiſſima: tamẽ cum tãta nos ob tuam ex hac uita migrationem læticia & tanq̃ beatitudine priuatos ĩtueor nõ poſſum equidem nõ fateri aliquid eſſe cõcedẽdum imbecillitati naturæ. Nam ut nimia ægritudo animi eſt mollium ſtultarũq; fœminarum: ita moderatus quidam atq; ſedatus animi motus ĩ luctu repræhẽdi nõ debet. Quo eĩm pacto per deum immortalem nos ipſos cõtieamus generoſa excellẽtiſſimaq; uirago: quo mĩus animo commoueamur: cũ te coram iacẽtem extĩctamq; aſpicimus. Vbi eſt tua illa ueuſta facies niue oĩ cãdidior. Vbi roſeæ nitidæq; genæ: quibus gratiarum: quas fabulãtur: mirabilis decor quidam referebatur? Vbi oculorum ſplẽdor ſolaribus micãtior radiis? Vbi ubi tuus ille grauiſſimus ſermo mira ſuauita-

Ambroſii opĩo ĩ libro de bono mortis

Gratiæ

te cõditus? Heu heu me miſerum atq; infelicem.Quis uſq; adeo ſit ani-
mo ſaxeo ac ferreo:q̃ hæc tanta & tam eximia naturæ bona ĩfinitis qui-
buſdam atq; ĩauditis illuſtrata uirtutibus nõ requirat amiſſa? non quera
tur?nõ ingemiſcat?non collachrymetur? Cæterum oĩ ĩ re modus ſeruã-
dus ẽ patres cõſcripti:& ita humanæ infirmitatis cõcedẽdum: ut nequid
minus ſecũdum illius Chilonis lacedæmonii ſapiẽtiſſimum dictum.Ita-
q; omiſſis omnibus & querelis & lachrymis noſtra ſe omnis ad te conuer

Chilo lacedæmonius

tatur oratio Galeaci Maria prĩceps moderatiſſime.Scio tibi neq; admo
nitore opus eſſe ad acriter recteq; de unaquaq; re iudicandum:q̃ ſis ĩge-
nio diuino potius q̃ humano:neq; adhortatore ad ſingulas uitæ actiões
pro dignitate atq; officio obeũdas:cuius prudẽtia tanta eſt ut uix habe-
as parem:ſupiorem certe neminem.Quo ſit:ut paucis mihi tecum ſapiẽ
tiſſimo & ĩgenti aĩo uiro agendum ĩtelligam.Aegre tuliſſe te & ꝑmole-
ſte maternum obitum &,ſi dubitat nemo:tamen ea eſt perſpicua cõiectu
ra:quod ubi certior factus es prudẽtium medicoꝝ litteris matrem extre-
mo iam ſpiritu laborare:ipſe tam triſti perculſus nũcio confeſtim relicto
firmiſſimo robuſtiſſimoq; exercitu:quem aduerſus adoriẽtis Sabbaudiẽ
ſium copias,ad ĩdubitatam ac certam nõ pugnam ſed uictoriam inſtru-

Sabbaudienſes

xeras:matrem uiſurus allocuturuſq; deuolaſti.Neq; ĩterea temporis uſ-
quam a gemitu ac lachrymis es tibi inter equitandum moderatus. Abia
tem ad meridiem cum ueniſſes: nec multo poſt Mediolanum: quo-
tiens te ĩtra cubiculum recepiſſes:lamẽtationibus & flætibus nunquam

Abiatis
Mediolanum
Melinianum

abſtinuiſti.Ad Melinianum ubi ꝑueniſſes ad matrem iam morti propin
quam:tu hoc loco facile oſtẽdiſti ut par erat:& magnitudinem ĩuicti ani
mi tui:& præcipuam quãdam ſingularemq; ſapientiam.Nam quãquam
eam intuens tãta es cõfectus animi acerbitate:ut uix a te manum conti-
nueris:tamen quod unum difficillimum eſt:uiciſti teipm̃:qui gemitu oĩ
lachrymiſq; compreſſis in hũc modum locutus ſine ulla mutatione uul-
tus perhiberis.Mater dulciſſima cur adeo te proſternis atq; affligis. Vbi
eſt fortitudo animi tui? Vbi conſtantia?Vbi magnitudo? De te mihi me
dici ſpem dant optimam.Teq; propediẽ omni aduerſæ ualetudinis peri
culo liberam fore certo pollicẽtur.Noli obſecro mater indulgentiſſima
a teipſa deſciſcere.Collige animum tuum.Noli te ultro deſerere. Num
fortaſſis ignoras meam uitam a tua pendere uita? Propter me ſaltem
quem ex oĩbus tuis liberis maxime diligis:dilexiſtiq; ſemper:redi ad te:
ſpemq; uiuendi reuoca.Quibus mater inter frequentis anhælitus audi-
tis & ſpiritu:quem iam pœne amiſerat:ueluti reuocato oculos ĩ te unum
cõiiciens.Vero inquit.Galeaci fili mi:iucũdiſſime locutus es.Nullum ex
omnibus meis liberis neq; magis dilexi unquam:neq; pluris feci quã te.

Sed ego ut potes animaduertere:naturæ ſatiſfeci. Deus noſter me pro ſua miſericordia ad ſe reuocat.Huic parēdum ē.Commendo tibi aiam

Elyſabeta
Hippolyta
Mediolanēſes

meam:deide fratres hos tuos omnis Elyſabetamq̧ ſororem:quoꝝ te patrem eē oportet.Hyppolytæ uero filiæ mihi dulciſſimæ ut qbuſcūq̧ i rebus opus fuerit:nunquam ſis defuturus:ita abs te peto:ut aliud ex animo nihil magis.Commendo tibi Mediolanēſes meos cæteroſq̧ paternæ

Cremonenſes

ditiōis populos.Cremonēſes uero qui mihi ex paterno iure dotales ſunt tibi do atq̧ reliquo dono:quos nec alterius cuiuſq̄ fore unq̄ uolui.Ea tñ lege cremonēſes tibi do atq̧ reliquo dono:ut urbs tui ſit iuris:ſed urbis ꝓuētus oēs æqualiter īter te frēſq̧ tuos diuidāt'. Eos aūt oēs ciues ut cōmē datiſſimos habeas:uelim.Ita enim meriti de me ſunt.Ad poſtremum familiā noſtram omnem ita tractabis:ut intelligat obſequia in me ſua non fuiſſe fruſtra.Ego iam pœnis corporis liberata beneficio beatæ Mariæ uirginis cum Iheſu xp̄o redemptore noſtro futura ſum.Quibus dictis ꝑíde quaſi obdormiſſet:uitam deſeruit.Quod ipſe prīceps humaniſſimæ. aſpiciens diutius naturæ aduerſari nequiuiſti:quin ſenſibus cunctis fere

Maria uirgo
Iheſus xp̄s

amiſſis uoce etiam intercluſa excideris. Quo quidem tempore a fratribus obſeruantiæ beati Franciſci:qui diuino quodam nutu ſex ac trigīta ex ordine illo primarii eo die in id cubiculi nec accerſiti nec rei cōſcii cō uenerant:ulnis exceptus in proximum cubiculum es delatus. Vbi cum poſt ſpatium rediſſes ad te:& interceptas corporis uires uix recuperaſſes tum eſt ab omnibus intellectum idem dici de te ueriſſime potuiſſe: qđ de ænea uirgilius cecinit.Spem uultu ſimulat:præmit altum corde dolorem.Simulabas tu modo hilaritatem quandam ī facie:cum matrem ad bene de ſe ſperandum adhortabaris:cum doloris tamen uulneribus cor tibi tuum trāſfigeretur.In quos eīm ſingultus eueſtigio es ſolutus? Quæ mæroris uerba in medium protuliſti? Quos lachrymarum effudiſti riuos? Quæ non es queſtus.Non lamentatus.non uociferatus? Oblitus tu quidem ob maternam pietatem id quod tua bona cum uenia dictū uelim:decere principem nihil habere commune cum uulgo.Lamententur mulierculæ.Eiulētur indocti.At uir magnus atq̧ idem ſapiens ſe ſui ſimilem ſemper præſtet.Tu ſicuti unus es ciuibus tuis uniuerſis ut poteſtate: ita etiam omni uirtutis genere ſuperior:te talem oſtende:qualis & es: & haberis infracto & forti animo principem:præſertim cum nulla ſit tibi oblata honeſti:cuiuſquam fletus & eiulatus cauſa.Mater tibi mortua eſt. Mortua ſane mulier omni muliebri ſexu & dignitate præſtantior. Quā enim Artemiſiam quam Pantheam quam Corneliam quam Liuiam auguſtam cum unius Blancæ Mariæ tot ſummis:tantiſq̧ uirtutibus comparemus? Quid enim loquar ut hinc primum ordiar de eius animi pu

Fratres obſeruantiæ
Beatus Franciſcus
Aeneas
Virgilius

Artemiſia
Panthea
Cornelia
Liuia

dicitia:quæ neſciam:maior ne fuerit an caſtitas impolluti illius corporis quam ſemper non uenerati minus q̃ admirati ſunt omnes.Sermonis autem pudor cum facti cuiuſq; uerecũdia contẽdebat:ut æque i uerbis nulla depræhẽdi poſſet uel oſcœnitas uel ſcurrilitas atq; in factis quicquam quod minus conueniret cum grauitate & ſanctimonia.Itaq; cynicorum ineptam impudentiam loco flagitii ducebat:qui & ſuis uerbis nude omnia appellarent:& facere multa in propatulo non erubeſcerent: quibus nihilo differrent a ſpurciſſimis animantibus.Nec tamen interdum non utebatur ſalibus & cauillis:quibus ita utebatur:ut offenderet neminem: & placeret omnibus.Humanitate uero & clæmentia erat tanta:ut uirum etiam Frãciſcum anteiret:quo quidem uno nec.G.Iulius cæſar ille: q humanitatis & clæmentiæ laudibus fertur in cælum:uel humanior uel clæmentior haberetur.Quam naturæ bonitatem & animi magnitudinem: per uniuerſam uitam adeo eſt amplexa:ut nedum omnem obliuiſceretur iniuriam:ſed iis etiam benefaceret:a quibus iniuriam accepiſſet: ſecuta ea quidem diuinum præceptum illud mihi uindictam:& ego retribuã. Omnia enim mulier integerrima ſemper ad deum referebat: quem norat ſupra hominum merita munificentiſſime retribuere Artaxerxes cognomento memor ut adeũtibus & facilem ſeſe præſtabat & obſequentẽ ita legitimæ iubebat uxori:ut carpenti regii aulæis undiq; ſublatus aditum adeũdi ſui inter proficiſcendum is quam facillimum faceret:qui re aliqua egerent? At Blanca Maria ita ingenio erat miti ac placido: ut ſine cuiuſquam admonitione adire ſe uolentem intempeſtiuum duceret neminem. Quinimmo ea attentione atq; lenitate unũquẽq; audiebat: ut obſequentiſſimi numinis benignitatem repræſentaret. Videmus plæraſque prope omnis mulieres & comparandæ & congerendæ pecuniæ per cupidas. A quarum natura ac moribus q̃ eſſet hæc aliena operæ præcium eſt breuiter audire. Nondum exceſſerat infantiæ terminos cum hanc Philippus pater ad ſeſe accerſitam: nam huius & ſuauiſſimo affatu & aſpectu ipſo delectabatur plurimum uel ob eam rem maxime: quod circa liniamenta corporis uideret eam ſibi quam ſimillimam: ut aureos nummos: quorum millia permulta caſu iacebant in apposita menſa a Genuenſibus miſſa dono:acciperet: quotquot uellet: hortatus eſt. At infantula ne oculos quidem conuertens in genuinos non mihi iſtis opus eſt:iquit:mi pater.nã nihil iſtiuſmodi mihi deeſt ꝑ matrem meam. Quæ uerba Philippus admiratus.At uolumus:inquit:accipias ſaltem decem.Tum illa paternis obſecuta iuſſis aureis decem acceptis:& ei gratias egit: & manum uerecunde oſculata cum primum reuertiſſet ad matrem eã oẽm pecuniã iter an

Pudicitia
Caſtitas
Pudor
Verecundia
Cynici
Sales
Humanitas
Clæmentia
Fr.Sphortia
G.Iulius cæſar
Bonitas
Magnãimitas
Beneficentia
Artaxerxes rex
Facilitas
Auaricia
Philippus dux
Genuenſes
Genuini
Liberalitas

cillulas diſtribuit:accipite ĩquiens:quò matri meæ cariſſimæ libentius ſi
mul ac diligentius pareatis.A quibus ſane initiis infantiæ cum nullum
unq̄ peculium fecit:tum quaſcunq; ex ampliſſimis ꝑentibus ſuis con-
ſecuta eſt pecunias:eas oīs q̄ liberaliſſime & ꝑ dignitate merentium uſ-
q; diſtribuit.Quid ſigillatim eos meminero :quos nullo quaſi numero
ſuæ munificentiæ magnitudine ſibi q̄diu uixit deuinxerat?Quot in ge-
nuas puellas quæ ob dotis inopiam forſitan turpiter piſſent ſuis pecuni
is uiris legitie & honeſtiſſime collocauit?Quæ monaſteria nō reſtituit?

Pietas

quæ nō amplificauit?quæ nō ornauit:ac locupletauit? Quos religioſos
quos dei ſeruos imunes ſuæ beneficentiæ unq̄ eſſe uoluit?Profecto hæc
una ex omnibus fuit:quæ comunem bonoꝝ oīum nata utilitatē poſſet
iudicari.Quantam aūt curam ꝑ iis gereret:q uita defuncti eſſent:eius tā

Anniuerſalia
Parentalia
Iuſticia
Fides

multa nec unq̄ intermiſſa āniuerſalia atq; parentalia dilucido ſunt argu
mento.Neq; minor eius fuit iuſticiæ obſeruātia erga hoīes:q̄ pietatis er-
ga deum:Nam eius fide ſanctius nihil erat . Quicqd.n.ꝑmiſiſſet:emori
mallet q̄ minus q̄primum effectū reddere.Quare cū diem obituram ſe
aīaduerteret:aiebat ob eam rem dūtaxat uitā tantiſper cupere:donec æri
alieno ſatiſfaceret:Nam ob donandi magnificētiam æs alienum nō me-
diocre cōflarat.Idq; ut diſſolueret̃:accuratiſſimo cauit teſtamēto.Oīa
iuſticiæ munera ī mediū referam nō eſt opus:cū neminem prætereat nō
modo illam oī iniuria ac maleficio ſemꝑ abſtinuiſſe ſed ita operam atq;
induſtriam ſemꝑ adhibuiſſe:ut nullus ſibi locus propulſandæ ab aliis ī-

Frāciſcus dux
Galeacius dux
Galli
Lodouicus
rex
Veneti

iuriæ reliqueret̃.Quā ob aliā cām putemus cū & eius uir dux Frāciſcus
nō eſſet inuiuls:& Galeacius hic prīceps noſter cum exercitu abeſſet in
Gallis in auxilium Lodouici regis miſſus a patre nullos tumultus nul-
los oīo motus ī tanto rerum diſcrimine cōſecutos:cum terror ꝓpter ſu-
periora bella īmineret a finitimis oībus præſertimq; a Venetis:q & poten
tiſſimi forēt:& ob nō abſurdas quaſdam ſuſpiciōes honeſtam uiderent̃
hēre cauſam iuſti belli.At hi ut ſunt uiri iuſtiſſimi:nefas eſſe atq; piaculi
ſimile iudicarunt armis laceſſere ſanctiſſimam mulierem . Quimpotius
eam per benigne hortati ſunt:ut bene de ſeſe amiciſſimeque ſperaret:cū
nihil prorſus prætermittere decreuiſſent:quod ei eiuſq; rebus omnibus
profuturum ītclligerent.Quam uenetoꝝ mentem cū finitimi cæteri co
gnouiſſent:lōge facilius ſunt adducti:ut quieſcerēt:nec in ducem clariſ
ſimam temptare aliqd auderent:quam hi ēt præ uirtutis magnitudie ue
rebant̃:quos hoſtili in eam aīo eſſe cenſebāt:Habebat cum iuſticiæ cō
iunctam opibus Blanca maria nō ſolum ingenii acrimoniam qua dicto

Acrimonia
Prudentia

citius res ſingulas diſcernebat:ſed prudētiam q̄dam ſupra hoīs naturā:
ut ſuo falli iudicio nunq̄ poſſet.Hanc muniebat corroborabatq; ualidi-

us tēperantiæ adminiculis:qua exiſtimatio potiſſimū ſeruat̃ omnis. Nā
& cibo erat moderatiſſimo & uino dilutiſſimo utebatur atq; aqua mera
nōnūquam: cum diuinis ieiuniis īdulgeret:quod eius rei ſæpiſſime faci
ebat.Quanta uero in ea eēt dicēdi grauitas quātus lepos quanta ſuaui-
tas:hi omnes meminere:qui quottidie loquentem audiebant.Et loque-
batur illa quidem ornatiſſime:uel potius eloquebatur cum opus foret :
& rurſus tacebat:cum locus tempuſq; requireret. Audiebat enim quod
legitur apud ſophoclen poetam.Mūdum mulieri fert ſilētium o mulier.
Verum quoniam norat ī perpolita caſtigataq; oratione uim maximam ī
eē ad omnes animi motus uel cōcitandos uel ſedandos:curauit aſſidue
ut liberi ſui cum ſapientiæ ſtudio eloquētiæ cōiungerent maieſtatē.Non
eīm ignorabat muliet prudentiſſima q̧ paryſatis regina illa perſarū Cy-
ri iunioris & artaxerxis mater filiis conſilium dabat:decere eum pricipē:
qui apparate atq; imperioſe quicq̄ dicturus eēt:oratione uti grauiſſima :
atq; ornatiſſima.Tradūt Corneliam africani ſuperioris filiam atq; Grac-
chorum matrem permultum filiis ad eloquētiam profuiſſe:quoniam la
tinitatem perpulchre calleret:eſſetq; diſertiſſima.Num fortaſſis exiſtime
mus paruo adiumento a prima uſq; īfantia noſtro huic ſapiētiſſimo elo
quētiſſimoq; pricipi matrem hāc Philippi mariæ filiam Franciſciq; uxo-
rem extitiſſe:cuius ut uita omnis erat honeſtatis plena:ita quottidianus
ſermo mirificam dulcedinem quādam omni melle ſuauiorem grauita-
tēq; redolebat ſentētiarum crebritate atq; acumine redūdantem? Quan
tum momentum habeat copioſa elegāſq; oratio & ad perſuadēdum ac-
commodata.M.Tul.Cicero cum in aliis pluribus cauſis: tum in illa præ
cipue demōſtrauit:quā habuit apud.G.Iulium cæſarem dictatorem pro
Qu.ligario.Ita erat Cæſar in Qu.legarium animo īflammatus:ut cū oīo
foret cōdemnaturus.Quare cum uenientem Ciceronem uidiſſet:ut homi
nem defenderet:cōuerſus ad amicos clam dixiſſe fertur.Quāquam reus
mihi certo dānandus eſt:nil tamen prohibet:ut Ciceronem audiamus.
Quantum fuerit dicēdi pondus quātus torrēs:quāta uis quantus impe-
tus in diuino illo īgenio.M.Tul.ciceronis:uel hic ītueri licet:q̧ & Cæſa-
rem & dictatorem & romanorum oīum eloquētiſſimum : & ira exeſtuā
tem ī reum ut quem aīo iam cōdēnarat:abſoluere coegerit uel inuitum.
Non ſolum enim Cicerone cām agente pro dignitate inter attentius au
diēdum cæſar ſe cōtinere nō potuit:qui & uultum ſæpe & colorē muta-
ret ī facie:ſed ubi ad commemorationē pugnæ pharſalicæ prudēs deue-
nit oratio:ſeq; cicero cōuertēs ī accuſatorē Tuberonē turbato uultu uo-
ceq; altiore eaq; ueluti iracūda ī hæc uerba erupiſſet.Quid eīm Tubero
ille tuus diſtrictus ī acie pharſalica gladius agebat:cuius latus petebat?

Tēperātia
Eloquētia
Taciturnitas
Sophocles
Eloquentia & ſapiētia
Paryſatis regina
Cirus iunior
Artaxerxes rex
Cornelia
Scipio africanus
Gracchi
Philippus Maria
Fr. ſphortia
M.Tul. cicero
G.iulius cæſa[r]
Qu.ligarius
M.Tul. cicero
Cæſar
Pugna pharſalica
Tubero

quis erat ſenſus armoꝝ tuoꝝ? quæ tua mens oculi manus ardor animi?
Quid cupiebas? Quid optabas. Cum ĩ hæc inquam Cicero nõ artificio-
ſius minus q̃ uehæmẽtius uerba erupiſſet:ita cæſar aĩo eſt cõmotus:ut ꝑ
inde atq; ſui imemor ac pene amens ꝑ totius corporis cõquaſſationem
libellis:quos inter manus habebat:abiectis cõtra pertinacẽ illã animi ſen
M. Antonius orator — tentiã eũ abſolueret:quem non iniuria oderat. Quid dicam de. M. Anto
nio illuſtri illo & grauiſſimo oratore? Nõne quos Marius ac Cina mili-
Marius — tes ad ſe obtrũcandũ miſerant:ita ſermone ſuo flexit ac placauit:ut quos
Cinna — ĩ eius ſanguinem mucrones diſtrinxerant:& iã uibrabãt ꝑcuſſuri:eos ob
Atheniẽſes — ſtupefacti oĩ cruore uacuos ĩ uaginas remitterent. Athenienſes uero ſola
Piſiſtratus — piſiſtrati capti facũdia regium eius ĩperium ꝑpeti maluerũt q̃ ſolonis cõ
Pericles — ſilium ſequẽtes publica frui libertate. Idẽq; pericli quodammodo conti-
Anaxagoras — giſſe legimus:qui qm̃ ſapiẽtiam cũ eloquẽtia cõiũxiſſet. Fuerat eĩm Ana
xagora uſus præceptore:agebat ĩ atheniẽſi populo ꝓ uoluntate oĩa. De
lectabatꝰ Blãca Maria ubi diuinis officiis cæteriſq; rebus neceſſariis fun
cta cẽt:nam ocioſa erat nunq̃:ſemꝑ aliquid lectitare:quo & ſibi prodeſ-
Plato — ſet:& meliores redderet ſuos liberos. Quare cũ ĩ eam Platonis ſentẽtiam
incidiſſet:qua ille dixiſſe traditur. Tum demum terrarum orbem beatũ
fore:cum aut ſapiẽtes regnarẽt:aut reges ſape cœpiſſent:lõge maiore ſtu
dio curauit:ut filii ſui quãtum humanum pateretꝰ ĩgenium:& ignorarẽt
nihil:& quod didiciſſent:appoſite decoreq; loquerentur:ut quos parẽtũ
diligentia muniſſet tam opulẽto:tam florenti imperio:hi quo recte ſape
rẽt:doctrina & eloquẽtia ornarentꝰ:huiuſmodi enim ſtudiis eos prædi-
tos lõge apud omnes fore admirabiliores arbitrabatꝰ. Id uero quãtã præ
ſe ferat utilitatem:exemplum oĩbus ꝑſpicuũ reddidit nr̃ hic priceps:cum
adhuc eẽt adoleſcẽtulus. Fatebor aũt uel p̃ſente iꝑo q̄ uerꝝ ẽ:haud quaq̃
diſſimulanter. Noui eĩm humanitatẽ & modeſtiã eius:qui nõ modo mẽ
tiri me nolit ſed ne mẽdaciũ q̃dem dicere. Nam tã etſi honeſtiſſimus ſꝑ
factis delectatur magis q̃ ullis ſecũdis laudationũ auris:ueram tñ gloriã
aſpernari nõ debet præſertim eã:quã ſibi cõem eẽ ĩtelligit cũ ciuibus ſuis
cum ĩdignis parere pricipibus ꝑmoleſtum ſit ac dedecorſum. Legimus
Cyrus rex Perſæ — Cyro ſeniori illi qui primus ĩ pſis regnauit:multas gentes nationeſq; pa
ruiſſe terrore eius noĩs:utpote qui & ſapiẽtiſſimus quidã fortiſſimuſque
uir quicq̃d aggrediebatꝰ:ex ſentẽtia ſua q̃celerrime efficeret:ſed multos
pluris eius ĩperium ultro expetiſſe:quod & iuſticia & aĩ moderatione in-
ter mortales oĩs hr̃etꝰ inſignis. Solis inquam animi bonis ſplẽdidiſſimiſq;
uirtutibus rex Cyrus tantũ ſibi nomẽ:tantã gloriam ĩ uniuerſum terraꝝ
orbẽ cõpauit:ut oẽs ad ſeſe cõuerteret:& ita beniuolẽtia deuiciret:ut ab
eo regi gubernariq; exoptarẽt. Cui q̃dẽ uni nõ finitimi ppl'i ſolũ ſed illi

quoq; nō īuiti paruere q̄ diſtarēt a Perſide nō mō plurimos dies uerūetiā — Perſis
mēſes:eū alii nc ip̄m q̄dē uidiſſent unquam:& alii certo futuꝝ exiſtima
rent:ut pp imenſum regionū interuallū nunq̄ uiderēt.Et eim prudētiſſi-
uoluit:q ad nuptias quoque inuitatus non iterfuit modo:ſed eas orna-
uit:ac iuuit:cum aquam uertit in uinum.Quinetiam apud priſcam illã
gentilitatem quanto in honore habitum cõiugium fuerit:ſatis dilucide
declarat nobis perpulchra illa:atq; perurbana fictio poetarum:qui perhi
Cerops
bent Cecropa primum extitiſſe inuentorem:auctoremq; matrimonii:eũ
demq; fuiſſe diſſimili corporis figura:quippe qui a dimidio ſurſum re-
præſentaret hominem:iferiore aũt parte bæſtiam. Vertiſſe hunc ſcilicet
uolunt icompoſitam illam:& incontinentem hominum uitam:q beſtia-
Athenienſes
rum more in mõtibus:ac ſiluis paſſim nullis certis neq; nuptiis:nec legi-
Cecropidæ
bus:nec domiciliis uagabant᷑:in uſum ciuilem:atque cõiugalem.Itaque
Athenæ
ob tãtæ rei gloriã Cecrops ab atheniẽſibus pro deo & habitus eſt:& cul-
Cecropis
tus:a cuius etiam nomie ii ſunt Cecropidæ appellati:& urbs athenæ ce-
Amplificatio
cropis.Et ſunt hi ſane duo pricipatus nõ finitimi ſolũ:ſed iis muniti ciui
Italia
tatibus:quæ nullã Italiæ potentiã metuãt.Theſauris uero tot:tãtiſq; abũ
dãt:ot & i pace oẽm alioꝶ ornatũ ſuperẽt:& ſiqua bellãdi:ut fit: neceſſi-
tas aeciderit:poſſit & terra:& mari copias maxias:robuſtiſſimaſq; parare
Ad hæc q̃ pñtes affinitates iter ſe cõueniãt:expediã paucis.nec altius re-

petã:ne q̄ dicẽdo gratus audiẽtibus eẽ uelim:afferam ꝓlyxitate ipſa faſtidiũ. Quattuor mihi requirẽda occurrũt i quolibet matrimonio : nec ea q̄dem i ſponſo minus:q̄ i ipſa ſpõſa ꝓbitas:pulchritudo:nobilitas:diuitiæ. Probitas hoc tẽpore nõ tam i ipſis ĩfantulis ẽ conſiderãda:q̄ i parẽtibus:Nam ea ætate ſunt:ut ſpẽ de ſe optimã ex educatione duntaxat nobis præſtare uideant͛. Alphõſus cũ ab ĩclyta matre Leonora regis Pherdinãdi filia & altat͛:& educet͛:nõ debet nõ egregios de ſe fructus polliceri.Eſt.n.leonora nullius uirtutis iops:Nam de Bona ĩclyta duce noſtra quæ poſſint laudes a quoq̄ excogitari:q̄bus ipſa nõ ſuperet oẽm hoium opinionẽ?Prætereo eius pudiciciã:humanitatẽ:benignitatẽ:modeſtiam:cõtinẽtiã:religionẽ:ſanctimoniã:clæmẽtiã:& omne deniq; bonitatis genus.Vidiſtis certe uos oẽs:uidiſtis inq̄:quãta cũ animi magnitudie:ac robore proximis domeſticæ cõiurationis tumultibus illis nocturnis uel furoribus potius occurerit.Quo ipſo i diſcrimine tãto:tamq; repẽtino:atque inopinato:& formidabili q̄s nõ miret͛:atq; obſtupeſcat ĩtrepidũ : ĩuictũq; heroicæ bonæ aĩum:quæ ĩcredibili quadã cũ fiducia uoluerit arma capere:atq; arcem egredi:manumq; cõſerere cõminus cũ ꝑditiſſimis tãti:tamq; truculẽti:atq; ĩmanis ſceleris auctoribus?Quã ergo Myrinã:q̄ Pentheſileam q̄ Tomyriu magnamiæ huic uiragini cõparemus:quæ in tãta animoꝝ cõſternatione tam præclarum facinus uel ſola aggredi nõ pertimuerit?Huiuſmodi igit͛ nata:educataq; uiragine Anna Maria talis ſpõſa futura ẽ:quæ nulla ꝓbitate ſperãda ſit matre ipſa ĩferior. De pulchritudine aũt utriuſq; uel ex hac diiudicare poſſumus & ſpõſam:& ſponſum ea uigere formæ bonitate:ut cũ angelica ſpecie quadã exiſtimẽtur comparãdi.Quod ſi de nobilitate utriuſq; ꝓ dignitate loqui uoluero : dies me deficiat:Nã maternum Alphõſi genus auum refert Pherdinãdum regẽ manu ꝑfecto ſtrenuũ:& aio ĩfractum.Quid.n.meminero Alphõſum proauũ illum:q talis:tãtuſq; fuit:ut nõ abſurde cũ omni ãtiq̄tate potuerit de regia maieſtate contẽdere?Nã pater Hercules quãtam de ſe laudẽ polliceat͛:probãt eius res clariſſime geſtæ cum ſub alphõſo:& Pherdinãdo regibus nobiliſſimis:cum multo clarius i recuperãdo:ſeruãdoque patrito auitoque principatu.Quis autem eſt neſcius:quãta in luce uixerit ſplendiſſimus dux Borſius:qui oium primus ducalem dignitatem iuexit in æſtenſem proſapiã?Cuius frater Leonellus marchio doctrinæ ſplendore cæteros ſuæ ætatis pricipes antecelluit. At nicolaus horum oium pater nulla uirtute carẽs immortalitatis ſibi memoriam comparauit.Annæ ãt Mariæ genus unde originẽ ducat:nemo eſt:quem cẽſeam præterire: Nã maternum nõ ſolum a Sabbaudienſibus:qui allobroges ſunt:manat pricipibus:ſed a Cypriorum.francorumq; regibus:Paternum uero ſi uetu-

Quattuor i cõiugio requiri
Probitas .i.
Alphonſus
Leonora dux
Pherdinandus rex
Bona dux
Myrina
Pentheſilea
Tomiyris
Pulchritudo .ii.
Nobilitas .iii.
Pherdinãdus rex
Alphõſus rex
Herculus dux
Alphonſus rex
Pherdinãdus rex
Borſius dux
Leonellus marchio
Nicolaus marchio
anna Maria
Sabbaudiẽſes
allobroges
Cyprii reges
Frãcoꝝ reges

ſtatē Sphortianoꝝ ī medium efferamus:iueniemus a Daciæ regibus originem ſumpſiſſe. Verum cæteris breuitatis gratia prætermiſſis illos tātū attingamus:quos oēs & uidimus:& nouimus:Philippum Mariam: Franciſcum ſphortiam:& Galeacium Mariam:tris mea q̄dem ſententia in oī gloriæ numero præclaros:atqꝫ ſummos duces.Ingenio:& prudentia:atqꝫ cōſilio Galeacius nō difficulter mortales oīs mirabiliter āteibat.Eloquētia uero fuit tāta:ut ex eius lingua:quod de Neſtore Homerus cecinit: melle dulcior proflueret oratio.Inſuper rebus bellicis quantum claruerit:teſtis eſt Gallia trāſalpina:qua tempeſtate uiuo adhuc patre auxilium tulit regit francorum Lodouico.Teſtis eſt poſt patris obitum flaminia: quo tempore Bartholomæus collio:ac cæteræ tam multæ hoſtium uires profligatæ ſunt. Teſtis eſt ſemel:& iterum extrema illa atque opulēta ciſalpiæ Galliæ regio:quam uulgo pedemontanam uocāt.In ea enim ingētis hoſtium copias ſuperauit:uicit:oppreſſit:perdidit. De Franciſco autē Sphortia huius patre quid dignum eius memoria recitemus?Is per oēm inuictus ætatem:& uictor ſemper tale:tantumqꝫ imperium nullis hominum adminiculis ſed ſola ſua:immenſāque uirtute adeptus eſt: & italiā uniuerſam quandiu uixit:perinde atque peculiarem haberet in manu:ī pace perpetua:trāquillitateque ſeruauit.Nam de huius ſocero nobiliſſimo illo prīcipe & ſi uerecundius uerba facio:quod nō parem eius diuis meritis orationem referre me poſſe intelligo:tamen nō ambigam profiteri(& id ueriſſime quidem)neminem unquam mihi neque uiſum:neqꝫ lectum:nec auditum:qui & belli & pacis artibus cum uno egregio duce illo Philippo Maria fuerit conferendus:uſque adeo ſupra omne humanum ingeninm fuit animo infracto ac ſublimi:& amplo. Quod autem ad poſtremū quarto loco mihi dicēdum ꝓpoſueram:id omne circa utriuſqꝫ patris opes:diuitiaſque uerſat̄:quæ cum aliis multis ī rebus:ac maximis plurimum ualēt:tum ī parādo:gerēdo:cōficiendoqꝫ bello neceſſariæ ſunt oino.Hæ uero tales:tantæqꝫ exiſtunt ī huius ſpōſæ:ſponſique parentibus:ut cūctos Italiæ exercitus quādocūque fortunæ aliqua uis:turbulētiorue caſus īgruerit:aut hominū īſidiæ uoluerint aduerſari: minimo cū labore cōducere audeāt:& quādiu uoluerint:ſuſtinere. Quare cum & diuitias:& nobilitatē:& pulchritudinē iuxta ut ꝓbitatem utraqꝫ pars de ſe merito ꝓfiteri queat:reliquū ē:ut quæ utriuſqꝫ prīcipatus ſocietas potētia plurimū pollet:& cōfinia habet admodū ꝓxima:ea ſolido:atqꝫ inuiolabili futuri cōiugii ſacramēto quā ſanctiſſime confirmet̄:& uiculo roboret̄ indiſſolubili.Quod igit̄ felix:fauſtum:fortunatumqꝫ ſit:uos magnanimi duces Bona mater:Iohāneſqꝫ Galeaci frater Annæ Mariæ infantulæ:& uos item ornatiſſimi oratores:q̄ uicem:ac perſonam conſtantiſſimi

Sphortiani
Daciæ reges
Philippus Maria dux
Franciſcus ſphortia dux
Galeacius Maria dux
galeacius dux
Neſtor
Homeros
Gallia tranſalpina
lodouicus rex
Flaminia
Bartholomæus collio
Gallia ciſalpīa
Pedemontana regio
Frā.ſphortia dux
Italia
Philippus Maria dux
Diuitiæ .iiii.
Italia
Coaclusio per enumeratione
Bona dux
Iohānes galeacius dux

ducis Herculis prò eius filio Alphonſo infantulo primogenito repræſen tatis:quæ cætera ad tantam rem pertinent poſt auxilium indiuiduæ tri- nitatis:Mariæq; uirginis imploratum per expreſſam uultus hilaritatem: animique læticiam facitote. Anna Maria Hercules dux Alphonſus Trinitas Maria uirgo

Quæ quidem oratio habita eſt ab eodem Franciſco philelfo Mediolani in arce portæ Iouis.vi.Idus Iunias.M.cccclxxvii.

Franciſci philelfi poetæ laureati:& oratoris egregii Epithalamion in Ill. Beatricis:& Triſtani ſphortiæ nuptiis habitum.

e Tſi lætãdum mihi admodũ ſentio.Illuſtriſſime dux Bor- ſi:quod eam ſum nactus dicendi materiam:quæ cum fe cunditate ſua:tum etiam dignitate ſit tanta : ut ne tenui quidem:exiliq; ingenio uerba deeſſe unq̃ poſſint: nõ ad loquendum modo ſed ad copioſiſſime quoq; & ornatiſ- ſime eloquendum:tamen non debeo non commoueri:cum intelligo nõ tam ipſius rei amplitudinis:atq; ſplendoris q̃ temporis potius rationem habere me oportere.Dicendum eſt enim de nuptiali bono:cuius nobili tas quanta ſit:quantiq;.faciunda:uel ex eo probari auctore poteſt:q pri- mus matrimonium inſtituit.Et quem nam hunc fuiſſe dixerimus?Num Cecropa illum uetuſtiſſimum legumlatorem:qui genere ægyptius eadẽ apud græcos tempeſtate clarui:qua ſapientiſſimus Moſes apud hebreos An Vulcanũ :qui mercurio apud ægyptios ſucceſſit in regnum.Nã uter q; horum q̃longiſſime fuit antiquior Romulo:quem tamen non medio crem laudem aſſecutum perhibent:qm̃ Vrbe cõdita nihil ſibi potius du xit ad ſalutem:decuſq; imperii:q̃ fide caritateq; coniugali ciuium aimos diuincire.Tradunt enim & Vulcanum legem tuliſſe de pudicicia mulie bri:&Cecropa ipſum poſteaquam homines:qui in ſiluis:ac mõtibus paſ ſim ritu ferarum nullis domiciliis:nullis certis nuptiis nullo deniq; uitæ cultu diſperſi uagarentur:unam in ciuitatem quamprudẽtiſſime coegiſ ſet:eaq; urbe muniſſet:quam a ſuo nomine Cecropida primum dici uo luit:Athenas deinde nominatam:ſalutiferas dediſſe leges: quibus pro- miſcua illa concubitus:inconſiderataq; libidine ſublata certos redderet partus:& omnem uiuendi feritatem e medio tolleret.Quibus ſane pul- cherrimis:atq; optimis non tam iuentis:quam iuentorum imitationibus eam legimus utriq; gloriam cõtigiſſe:ut & Cecrops i græcis:& Vulcanus in ægyptiis regnauerit:honoribusq; diuinis ornatus fuerit . Quid enim

Prohœmium Borſius dux Narratio Vulcanus Cecropis Athenæ Cecrops Græci

e gentilitate:quid ex humano genere quēquam meminerimus : cui hu-
iuſmodi inuētio danda ſit:cum rem tum multo antiquiorem:tum adeo
nobiliorem eſſe uideamus:ut ſi ad ullum humanum ingenium refera-
tur:quam ſtultiſſimum ſit.Nullus certe uir uſquam tātum coniugii fru-
ctum:tantam ſanctitatem:tantam ſuauitatem:tantam bonitatē primus
Deus oīpotēs
inuenit.Fuit enim ſolus:fuit inquam deus ip̄e omnipotens ſolus : qui in
primis parētibus prior oſtendit nihil eē humano generi conuenientius:
nihil cōducibilius:nihil omnino melius dilectione:& neceſſitudine nu-
ptiali. Quantum autem hoc unum matrimonii ſacratiſſimum inſtitu-
tum cæteris omnibus inſtitutis mirifice antecellat:ea ratione licet intelli
gi:quod reliqua ſacramenta humanæ ſunt uel inuentionis: uel pietatis :
at cōiugii immortalis deus eſt auctor:& id quidem quod modo dicebā
in primis parentibus:illiſq; innocētibus:& nulla adhuc titillatione ſenſu
um irritatis. At quo in loco ? Nunquid in cubiculo ? Num in tenebris
Græci
In ſereno certe illo:atq; floreo:& peramœno delitiarum horto: quē græ-
ci paradiſon uocant:hedem ab hæbreis nominatum.
paradiſon
Et hunc quidem locum rerum omnium uiſibilium : atque inuiſibili-
um deus conditor:iccirco in terra quaſi quandam regiam nullius pror-
ſus neque pulchritudinis:neque bonitatis inopem conſtituit : ut quem
ad ſuam imaginem:ac ſimilitudinem:proinde:atque regem terreſtrem
creauiſſet:uitam in ſanctiſſimo agens:pientiſſimoque coniugio felix in
ea:beatuſque ſederet:uniuerſæq; terræ imperitaret. Non igitur eſt mi-
Chriſtus optimus maxius
randum:ſi deinceps Chriſtus optimus maximus:qui & uerus eſt deus :
& ueri dei filius:tum in coniugio naſci uoluit:tum uxorem niſi adulterii
cauſa dimittendam prohibuit:tum etiam nuptiis inuitatus interfuit:eaſ
que probauit.Quo fit:ut quamrectiſſime utrique ueſtrum proſpectum
exiſtimem & tibi Beatrix illuſtris:ac præclara totius muliebris uirtutis:at
Beatrix
q; dignitatis ſpecies:& tibi item Triſtane paterni illius Sphortiani : inſu-
Triſtanus
perabiliſq; ſplendoris fulgentiſſimum lumen? Satis es præſens: ſatis es
coram o Triſtane : qui per legitimum procuratorem auunculum tu-
um ornatiſſimum equitem auratum Lancelotum mainum :omnia tuo
Lācelotus mainus
nomine tranſigi uolueris:quam rectiſſime inquam uobis proſpectum :
conſultumque exiſtimo:qui ut eſtis incomparabile continentiæ:& pudi-
citiæ otnamentum:ſacratiſſima uos coniugalis neceſſitudinis: caritatiſ
q; lege mutuo deuinciri iſtitueritis:ut quæ humanæ ſocietatis coppula
prima eſt natura: iam ueſtrum alterum uirum:alteram uxorem & dici :
Fides
& haberi oporteat.Non enim parua ſunt:aut negligenda nuptiarum bo-
Proles
na : ſi ea nobiſcum docte cogitemus:quippe quæ tripartita uiri ſapien-
Sacramentum
tiſſimi prodiderunt:fidem:prolem:ſacramētum.Atq; ſacramento quidē

ipſo:quò æterni uerbi repræſentat᷑:eccleſiæque cõiunctio:hóc uel maxīe præſtat᷑:ne diuortium fiat:ne quoniam cõiugale decus in regendi matrimonii:ſuſcipiendoꝝq; liberorum officio poſitum eſt:alter ab altero ſepa ret᷑:ne dimiſſa:dimiſſuſue alteri cõiungat᷑: ne prolis qdem ullius gratia. At proles cum pie ſuſcipienda eſt:tum benigne alenda:& quam religioſiſſime educanda. Fidei autem munus eſt:ne quam in libidinis intẽperantiam præter coniugalis uinculi ſãctitatem delabamur. Idque æque uiro atque uxori cauendum cenſeo:quo neuter adulteri crimini fiat obnoxius:ſed mutua ſe dilectione ꝓſequantur. Itaq; memineritis iam utrũq; ueſtrum quantum ad corporis poteſtatem attinet:alterum alteri ſeruire & uxorem uiro:& uirum item uxori. Num ut Aurelii Auguſtini grauis eſt ueraq; ſententia:ne cõtinere quidem coniugi licet:ubi cõiunx noluerit. Hæc autem una ſeruitus uſque a deo eſt libera:ut alia libertas nulla in ciuili uita neq; liberior ſit:neq; utilior:nec ſanctior. Itaque non abſurde Lycurgus lacedæmonius ſapientiſſimus legumlator eos omnis:q nubere uoluiſſent:a ſpectaculo gymnicorum ludorum arcendos iuſſit: & quem honorem:atq; obſeruantiam iuniores præſtabant ſenioribus aſſurgendo:cedendoq; eoſdem carere uoluit. Quo factum eſt:ut illud poſtea dictum in Dercyllidan improbaretur a nemine:Dercyllidas qui ſpectatus eſſet:& clariſſimus ĩpator:cum aliquando ueniſſet in cõſeſſum adoleſcens quiſpiam ei ſubſellium haud ceſſit:quin quaſi exprobrando inquit:nam nec tu mihi:q ceſſurus eſſes:genuiſti. Et ut reliqua bene conuenientis:feliciſque coniugii commoda breuitatis gratia prætere am:qd de eius iucunditate:quid de laudatiſſimo:inſuperabiliq; amore dicendum ſit. Nam nec ſecũdis:nec aduerſis in rebus qui ſe tanto: ac tam pio coniugii bono dignos præſtitere:inferiores uſq̃ iudicati ſunt:quominus omnis uel fortunæ:uel naturæ difficultates ſuperarint. Quid enim aut Penelopes:quam fabulantur:cõſtãtiam:aut Euadnes tum patientiã: tũ aĩ magnitudinem in medium referam? Nonne Tiberius ille Gracchorũ pater uxoris uitam ſuæ uitæ prætulit? Nam Artemiſia regina carum non modo ſe uiri mauſoli cineribus ſepulchrum præbuit: ſed ne diutius eẽt in uiuis tabeſcẽdo inuenit. Omitto utrumq; Plaucium. Omitto: M. Bruti. Omitto Mithridatis? Pompeiiq; uxores:quæ tamen ipſæ perſpicue declararunt nullum eſſe inter humanas ſocietates uĩculũ:quo magis quã cõiugio modeſto. atq; morigero nos uinctos eẽ in omnem fortunam gaudeamus. Poſſem inumerabilia pœne exempla meminiſſe qbus coniugalis felicitatis ius:atq; decus magis magiſq; pateret. Sed quoniam breuitate utendum eſt:cæteris omiſſis uos illud unum fortunatiſſimi coniuges etiam atque etiam moneo:atque hortor:ut nihil uobis maiore ſtu

Aurelius Auguſtinus

Lycurgus
Gymnici ludi

Dercyllidas.

Penelope.
Euadne
Tiberius
Gracchi.
Artemiſia regina
Cares
Mauſolus
Plaucii
M. Brutus
Mithridates
Pompeius

dio magnifice ex aío curãdum exiſtimetis:q̃ ut deum ſemp ante oculos
coráq; habeatis:quo ꝓinde atq; præſente:uidẽteq; & cogitetis : & agatis
oia:ad eumq; mẽtem omnem:aíumq; uĩum ſancte:pieq; referatis.Quod
Deus
ſi feceritis:ſicuti certe facietis:agetis oia ſobriæ:omnia cõtinẽter : omnia
pudice:omnia ritu:moreq; dinino.Itaq; deus cunctis in rebus propitius
Liberi
uobis aderit:uos complexabit':uos tuebitur.Propediem uobis:cuius rei
gratia matrimonium eſt cõſtitutum:optati liberi iucundiq; dabũtur:cõ-
Nepotes
ſequẽtur nepotes.poſteriias ꝓpagabitur:oia deniq; uobis fauſta:felicia :
fortunata erunt.Et quod ꝓxime accedit ad deum facile obſecro:ut pa-
rentũ:generiſq; ueſtri laudatiſſimos mores:præſtãtiſſimaſq; uirtutes quo
Beatrix æſtẽſis
ad eius rei fieri a uobis poterit:dies:noctesq; imitemini.Tu eni Beatrix
ſplẽdidiſſimum pudiciciæ:caſtitatiſque documẽtum(ut reliquos illuſtris
Nicolaus æſtẽſis
maiores tuos tempori abſequẽs cõticeſcã)nata es eo patre Nicolao æſtẽ-
ſi florẽtiſſimo principe:q grauitate:& animi magnitudine cum oĩ ãtiqui
Leonellus
tate potuerit de gloria contẽdere habuiſti Leonellum fratrem:cuius ſapi
entia:uirtuſque tãta fuit:ut nulla ſit ætas laudes eius obſcuratura.Eſt.n.
tibi nõ frater ſolum ſed humaniſſimi:& bñficẽtiſſimi patris loco:quẽ hic
præſentem:& mirabili cum animi uoluptate coniectis inte oculis aſtan-
Borſius dux
tem intueris.Illuſtriſſimus dux Borſius:qui & belli & pacis laudibus q̃ti
ſit faciundus cum aliis permultis argumẽtis oſtẽdi poteſt:tum uel ea ra-
tione maxime:quod primus ſuoꝝ omnium in præclaram& præpotẽtem
æſtẽſem familiam cum immortali ſui nominis gloria ducatum inuexe-
rit:quam quidem dignitatem hoc tempore ſcimus ad regiam eẽ proxi-
mam.Quare tui eſt officii:atq; probitatis Beatrix nobiliſſima:ut tuis te
maioribus:atq; domeſticis quãtum fert ingenium tuum caſtiſſimiq; mo
res:rebus ĩ omnibus dignam præſtes: & ita præſtes ut & luce functi ĩ tua
prudentia:integritateq; reuiuiſcant.& dux Borſius:qui te nõ ſecus ac fili
am mira caritate proſequitur:de tuis laudibus audire in dies magis ma
Triſtanus
giſq; delectetur . Id autem una re facile cõſequeris:ſi tecum aſſidue me-
mineris:& quo genere nata es:& cui íradita coniugio.Triſtanus eni uir
tuus inter uniuerſos noſtræ ætatis iuuenes:ſiue ingenii ſplendorem: ſiue
robur:magnitudinemq; animi:ſiue corporis dignitatem:ac uires conſi-
Iaſon
deremus:talis ẽ:ac tantus:ut ea de ſe:quæ at oia nõ iniuria polliceri:quæ
Orpheus
de Iaſone ĩ argonauticis fingit Orpheus:cũ illũ cæteris heroibus ꝓferẽs
Iuno
ita cecinit Clarior in cũctis dius fulgebat Iaſon:Iuno & eni lætos oculis
afflarat honores:ac pulchrũ dederat:magnũq;:& pectore forte.Nã qd de
Fr.ſphortia
ipſius patre Frãciſco ſphortia fortiſſimi illius ac ſummi ĩperatoris Sphor
Italia
tiæ filio quẽ oĩs mirata ẽ:ſenſitq; Italia:ĩ præſentia mihi ĩ tam breui tẽpo-

ris curriculo dicẽdum ſit?Cũ eius res clariſſime geſtæ tot:tãtæq́ ſunt: ut ſi eas nõ dicam exponere:ſed enumerare uelim:ante diem clauſo componet ueſper Olympo.Satis illud:ſuperq́ ſit:quod unnm ex omni hominum memoria eẽ nouimus q parua etiã manu uniuerſos Italiæ:ac maximos:robuſtiſſimosq́ exercitus:qbus cũ eſt cõgreſſus:cũ.qbus.n. cõgreſſus nõ eſt?& ne id qdem laceſſens unq̃:ſed laceſſitus:ſemp:coactusq́ iniuria eos ſemp cum gloria fuderit:fugarit.uicerit.oppreſſerit.Quæ certe nũq̃ aduerſus omnis fortunæ turbines:atq́ ꝓcellas potuiſſet efficere:niſi ob maximas:inumerabiliſq́ uirtutes:qbus mortales cæteros mirabiliter ante it:omni potẽti deo gratus:cariſſimuſq́ eẽt.Et enim fruſtra ſunt hominum conatus:q ſe a iuſticia abduxerũt. Illos ſolos tuet̃ deus:ac rebus ſecũdis auget:atq́ ornat:quos uiros iuſtos:bonoſq́ cognorit.Quare mirari neminem oportet:ſi aduerſus florẽtiſſimas:opulẽtiſſimaſq́ reſp. aduerſus maximos:potentiſſimoſq́ reges:aduerſus omnem irruẽtis: & infeſtæ fortunæ:quam uocãt impetum:illud imperium eſt adeptus nullis humanis opibus ſed deo dũtaxat in tãtarum:& tam illuſtrium uirtutum præmium auctore:duce:atq́ uexilli fero:quo nullum eſt i Italia nec opulẽtius.nec pulchrius:nec magnificentius.Et quod magis ſtupẽdum eſſe iudico:cum uniuerſa Italia mutuis bellorum icendiis modo conflagraret:reliquis omnibus principibus:Ciuitatibus:regibus de pace omnino deſperantibus:Solus Franciſcus ſphortia eſt inuentus:q ſingulari ſua ingenii acrimonia:diuinaq́ ſapientia ardentiſſimas bellicorum flamas præter oẽm omnium opinionem ſubito repreſſerit.extinxerit.deleuerit. tantamq́ repẽte pacem intulerit:quãta ex omni hominum ſæculo i Italia nũquam fuit. Cumq́ diſperati qdam:proſtratique Antæi romanæ eccleſiæ oppida:urbeſq́ diſturbare:atq́ diſſipare moliant̃:ſolũ hũc unũ eẽ proſpicimus:q quaſi uitalis:ſalutariſq́ oibus bonis aura eccleſiam ipſam iam metu examinatam:atq́ ſui iopem cõſeruet.alat.augeat. ſuſtineat.ſenſuq́ afficiat. ndignum ſane & impium eẽ ducens:ſi qui rebus i cũctis deo utitur ſalutifero adiutore:non eius ſacroſancto ſe domicilio & adiutorem:& liberatorem præbeat.Cum tales igitur parentum ueſtrorũ ſplendidiſſimiq́ generis ideas per omnes uirtutis numeros nobis propoſitas eſſe intelligatis feliciſſimi coniuges:curate quæſo:efficiteq́:ut corporis oculis:& mentis luminibus ita eas intuamini:inſpiciatiſq́: ut ueſtris oibus honori:uobis uero ipſis emolumẽto:& q̃iucundiſſimæ uoluptati eẽ poſſitius.Quod aũt ad rẽ attinet:iure gratulandũ eẽ uideo: & tibi ꝑſtantiſſime dux Borſi:& optimo illi meo:maximoq́ pricipi glorioſiſſ.mo Mediolanenſium duci Franciſco ſphortiæ:qui per conuenientiſſimi

Italia

Borſius dux
Fr.ſphortia
dux

huius:pulcherrimiq; coniugii uiculum nō modo priſtinam neceſſitudi-
nem ueſtram:ſingulari beniuolētia confirmaſtis:ſed bonis omnibus:to-
tiq; Italiæ ſpem certiſſimam attuliſtis perpetui ocii:exoptatæq; quietis.
Quis eīm dubitet bene uobis īter uos cōſentiētibus pacem Italicā firmā:
incōcuſſamq; duraturam.Sed ne ſim dicēdi prolyxior ad ea ueniēs:quo
rum gratia tāta omnes frequētia cōuenerunt:quæ reliqua ſunt:materno
uſitatoq; ſermone tranſigam.

Ferrariæ.viii.Idus apriles.M.cccc.lv.

Franciſcus Philelfus ſal.d.Lodouico caſellæ.

Baldaſar
Beatrix
Triſtanus
Borſius dux
Lodouicus caſella
Guarinus
Philelfus
Aeſtenſes
Sphortiæ
Fr.ſphortia

b Aldaſar cremēſis:qui medicinæ ſtudet apud uos renūciauit mi
hi hoc die ſeſe interfuiſſe nuper ſermoni:cuipiam Guarini ue-
ronēſis:q affirmaret iccirco ī proximo Epithalamio:quod ī in-
clytæ:atq; pudiciſſimæ beatricis:& Magnifici Triſtani ſphortiæ nuptiis
habuiſſem ferrariæ:nullis me donatum muneribus a pſtantiſſimo duce
Borſio:qm̄ dicere ptermiſiſſem de æſtenſium pricipum origine: idq; oi-
um maxime dicendum fuiſſe Guarinum noſtrum cōtendere.Hæc ipſe
audiens Lodouice partim cogor tibi quodammodo:ut ita loquar:ſuccē
ſere:partim Guarini memoriæ ridere:atq; commiſereſcere : qui oblitus
uideatur Philelfum in ſcribendo omnino neq; præterire : nec negligere
ſolitum.Quid eīm Guarinus nouit:quod Philelfus ignoret? Nam ſi qd
plus ualeat Philelfus an id minus:doctiores iudicēt.Omnium primum
breuitati:ut ſcis:fuit inſeruiēdum:id quod in meæ orationis initio pau-
cis quæſtus ſum:deinde nō altius repetendum de pricipibus æſtenſibus
fuerat:q̄ de Sphortiis facerē. at plures ſunt a me laudati æſtēſes:q̄ ſphor
tiæ:cum tamen eēm a Frāciſco ſphortia tali:ac tāto pricipe ad id negocii
obeūdum & delectus:& miſſus.Quid quod multo fuiſſem & copioſior
& ornatior ſi me per tuas litteras docuiſſes:q; de tuis immo noſtris æſtē-
ſibus abs te antea tribus deiceps epiſtolis cōtenderam? Nunquid es obli
tus me tertium ſcripſiſſe tibi eam eē pricipis mei ī ſentētiam:ut iſtuc irē
habendi epithalamii gratia? teq; etiam atq; etiam rogaſſe: ut quoniam
mihi nulla eſſet eorum cognitio:quæ ad æſtēſis familiæ laudes maxime
pertinerent:ad me omnia q̄diligentiſſime perſcriberes: quæ laudanda :
ac pricipi tuo grata cenſeres? Nonne eadem quoq; abs te per litteras : tū
per antonium Triciēſem ducalem aulicum cōtinuo petii:quo die in ſub
urbanos illos ferrariæ hortos diuertimus. at hæc qs ē uł mediocriter do
ctus:quem latere debeat extraria iſta omnia:quæ tanti Guarinus facit :
ab aliis uiris ſapiētibus ī minimis duci bonis:ab aliis uero ne ī bonis qdē

ducí? quó fit:ut ómnis uera laus ſit. At uirtutis a me æſtẽſes ſunt:pro tem pore egregie laudari. Nulla igitur aduerſus me q́ſquam utatur ĩſimula tiõe:nulla calumnia:quare minus me munifice munificentiſſimus dux Borſius tractarit:cũ ab ipſo equidem (q̃ta mea fert opinio) perhumaniter tractatus fuerĩ:& ut græci dicunt quippe q́ me tum publice miris laudibus extulerit:tum hilariter priuatim monuerit ſi quid eſſet:quod de ſe mihi uſui foret:id omne ĩ mea eẽ poteſtate poſitũ. aut igiť nihil a me erratũ ẽ:aut ſi qđ ẽ erratũ:id oẽ tibi amiciſſime Lodouice dãdũ exiſtimo. Itaq͡ʒ uľ meã tu apud ĩſimulatores iſtos uel tuã apud me cãm tuere. Vale & me illuſtriſſimo iſti prĩcipi unice commenda. Ex Mediolano. vi. Idus Auguſtas. M. cccc. lv.

Laus

Borſius dux

megaloprepos

Lodouicus

Frnaciſci Philelfi oratio nuptialis habita ĩ ſponſalitiis Theodori plati iu reconſulti:& Eliſabet Vicecomitis.

s Iue ipm̃ naturæ ductum:ſiue rationis:atq͡ʒ honeſtatis uim conſi deremus:nihil eſſe ĩ actiua:ciuiliq͡ʒ uita aut antiquius:aut dignius reperiamus bene cõueniẽtis cõiugii caritate: & ſanctimonia. Nam ſi ex omnibus gregalibus aĩalibus homo eſt maxime ad ſocietatẽ natus:quis nõ id uel inſtitutum:uel ſacramentum maiorem ĩmodum ꝓbet:laudet:admiretur:q͡ꝛ hãc naturæ communitatem & tuetur:& propagat? Hoc autem matrimonio præſtari qui neſcit:ſeipm̃ uidetur ignorare. Recte igitur:ac uero ſcriptum legimus ab Ariſtotele acutiſſimo illo: eruditiſſimoq͡ʒ philoſopho hominem ſolitarium aut bæſtiam duci oportere:aut deum:utpote bæſtia paucis egente rebus:deo autem nulla. Secus uero de homine uſu uenit:qui cũ multarum:uariarũq͡ʒ rerum ad uitam ĩdigeat:eas ſolus parare ſibi nullo pacto poſſit. Itaq͡ʒ prima uitæ:domuſq͡ʒ ſocietas ĩ coniugio eſt ſita. Eſt hoc enim tañq ſæminario reipublicæ manãt liberi:nepotes:poſteriq͡ʒ omnes:qui cum unis ædibus capi nequeant:ĩ uicos primum:dein in ciuitatem propagãtur:& regnum. Quare non prudẽter ſolum uerũetiam ſancte:ac pie ille mihi humano generi uidetur conſuluiſſe:qui primus ad hãc naturæ communitatem matrimonium ĩſtituit:ab quo ipo qui ãbhorret:nõ debet nõ fateri:cũ deus nõ ſit:ſe ſimillimum eſt belluæ. Et quinã is fuit? Num Romulus? num Cecrops? Nam Vulcanus? Stultus profecto exiſtimandus uidetur mihi: q́ huiuſmodi inuentum humano ĩgenio tribuat. Altius certe repetendum eſt nobiliſſimi huius:ac ſciſſimi iſtituti principum: Fuit inq̃ fuit oĩpotẽs ille:ac ſummus rex oĩum & auctor:& creator deus:qui cõtinuo ĩ primis noſtris illis parẽtibus cõiugiũ cõſtituit iubẽs. Creſcite:& multiplicamini:

Ariſtoteles

Romulus
Cecrops
Vulcanus

terrãqꝫ replete. Itaqꝫ poſſumus liquido ītelliggere: quãta īſit in matrimō-
nii ſcitate nō laus ſolum: ſed etiam ueneratio: cũ id a mẽte diuina & ꝓfe-
ctum ſit: & cõſtitutũ: & iuſſum. Et eſt ſane cõiugium hoc ē uiri atqꝫ mulie
ris ſecũdum legem ad procerãdos liberos cõiunctio ea prima ſocietas: q̄
cũ ſocietatum oīum inter hoīes & origo ē: & fundamẽtum: tum & ſuauiſ
ſima ducitur: & utiliſſima: honorificaqꝫ in primis. Hec eīm tria maxime
expetunt̄ ī uita honos: utilitas: uoluptas uel ea ꝑpotiſſimum ratiõe: q̄ ho-
nos debet̄ uirtuti: utilitas neceſſariis rebus: cultuiqꝫ domeſtico: uoluptas
aũt ea: qua uel corporis: uel animi labore: atqꝫ negocio aliquando cõqe-
ſcimus. Quæ quidem omnia ieſſe ī bene morato cõiugio nō difficulter ī
ueniamus: ſi uelimus nobiſcum ipī animo uolutare: a quot: quantiſqꝫ fla
gitiis per matrimonii ſanctimoniam & tuti reddimur: & ſalutares: ob eã
qꝫ rem maxime honorifici. Temperantes enim: atqꝫ pudici cõiuges nihil
agunt: nihil cogitãt: nihil loquũtur: niſi quod honeſtum: decorũqꝫ ſit: at-
qꝫ ſecũdum deum: quippe qui ſemper ante oculos habeant ad illius ſe
imaginem: ac ſimilitudinem creatos nihil agere oportere: quod minus
creatori ſuo gratificẽtur ſed omnia ſobrie: omnia caſtæ: omnia īnocẽter:
omnia ſecũdum legem diuinitus cõſtitutam. De utilitate uero quid eſt
opus prolixiore utamur oratione: cum nemo ſit natura uſqꝫ adeo profu
ſus: aut incõſyderatus: qui dum ſe uidet obſtrictum coniugali bono: nō
cõtinuam habeat rationem amplificandæ rei familiaris: qua ſeſe: atque
uxorem: ſuoſqꝫ omnis nō alat ſolum: ſed cum dignitate tueatur. Eadẽqꝫ
mente uxor omnia ad cõſeruatiõem rei domeſticæ: omnia refert ad par-
cimoniam. Quibus utriuſqꝫ ſtudiis quãta cõfletur utilitas: nemo eſt: quē
lateat. Quem præterea fugit eorum: qui ſine cõiugio ſunt: rem omnē fa-
miliarem habere deterius in dies: utpote cui parcat nemo: ſed obliguriãt
eam omnes: atqꝫ diripiant? At uoluptatem nō ea metior ratione: qua pe-
cudes uidemus: ut ſit ſuauis quædam ſenſuum titillatio: leuiſqꝫ pruritus.
Sed ea mihi uoluptas uidetur optanda: qua quod modo dicebam & ni-
mil corporis labores remittũtur & animi perturbationibus quãdoqꝫ ꝑſſi
ueluti relaxãtur. Huiuſmodi uero uoluptatem bene compoſitum ma-
trimonium in ſeſe cõtinere nemo ſane mentis ignorat. Nam & uir ī uxo
ris probitate: pudicitia: parcimonia: diligentia: atqꝫ charitate mirifice cõ-
quieſcit: & uxor in uiri prudẽtia: ſtrenuitate: īduſtrua: ac mutua erga ſe
uoluntate omnes animi moleſtias: curas: ſollicitudines & reponit: & ſe-
dat. Ad hæc uero quanta eſt ea animi uoluptas: quæ continuo ex ꝓcrea
tis liberis percipitur: cum in iis ſeſe parentes intueantur non ſolum eſſe:
ſed perpetuo fore? Poſſem alias plæraſqꝫ ratõnes ī medium afferre: qbus
oſtenderem in hac actiua: atqꝫ ciuili uita nihil eſſe cõiugio nec præclari-

us:nec melius:ſed unum illud potiſſimum:quod cætera ſacramenta hō
minum pru dentium excogitatione atq; auctoritate:& inuēta ſunt:& cō
ſtituta.Matrimonium uero cū deus ipē ī prima noſtra origie ſuo ore cō-

Matrmonium

ſtituit:ac iuſſit:& id quidem in horto delitiaꝝ:& in ſumma uitæ cōtinen
tia:atq; puritate:tum etiam xp̄s optimus maximus dilucide confirmauit

Xp̄s opt.maxi.

qui ī matrimonio naſci uoluerit:& diuortium temere fieri prohibuerit :
& ad nuptias inuitatus eas ſua præſentia honorauerit:ac iuuerit.Per bea
te igitur illis ego ꝓſpectū reor uiri magnifici matreſq; nobiliſſimæ:q hac
felicitate coniugii muniri ſeſe īſignirīq; īſtituerit.Quoꝝ honorifico ſplē-
didiſſimoq; cœtui uos hoc; die aſcriptū iri iurecōſultoꝝ clariſſime:atq; ī
tegerrime.Theodore plate & nobiliſſima pudiciſſimaq; uirgo Eliſabet
uicecomes iure ac merito pro mea erga uos īnocentiſſima uoluntate &
lætor:& gaudeo. Intelligo enim in hoc mutuæ caritatis uinculo fore: ut
tranq̄llā ac fauſtam & fortunatam uitā ueſtrū utriq; partā & aīaduertant

Theodorus
platus
Eliſabet uice-
comes

oēs:& fateant̄.Hoc aūt loco haud abſurdū fuerit mea ſentētia:ut q̄d uo-
bis tenēdum ſeruādūq; ſit:paucis cōmenter.Enimuero prima cōiugii cā
eſt ſpes quædam immortalitatis:quæ ex liberis nobis parit̄.Nam qui cor
pore mortales ſumus:per illos reddimur immortales? Propagatur enim
caro noſtra ī iis:quos gēuerimus.Accedit etiā illud:quod cōiugati haud
difficulter uitāt illicitos oīs prohibitoſq; congreſſus:ob quam quidē rem
monet apoſtolus:ut quiſq; habeat ſuam.Eſt præterea uxor uiro ꝑmultis
in rebus adiumento non mediocri.Solere etiam per uxoriam caritatem
& acerbiſſimas inimicitias tolli ardētiſſimaq; bella reſtingui raptæ ſabi-
næ nobis exemplo ſunt.Poſſem alia meminiſſe permulta:quibus coniu
gii bonitas eluceſceret. Sed quoniam res patet ipā per ſeſe:ea breuitatis
gratia miſſa facio:modo unum illud ueſtrum prætereat neutrum tripli-
cia eſſe bona coniugii ſecundum aurelium Auguſtinum fidem prolem
ſacramentum.Fidei autem illud eſt munus:ne præter uinculum coniu-

Bona triplicia
Fides proles ſa
cramentum

gale cum altero.aut altera concubatur:id quod non minus uiro ſeruan-
dum eſt q̄ uxori.In prole uero attenditur:ut cum caritate ſuſcipiatur:re-
ligioſeq; educetur & urbane. At in ſacramēto cauendum eſt omni ſtu-
dio:ne coniugium ſeparetur:ne per diuortium alteri coniugatur:ne ꝓlis
quidem ipſius cauſa. Eſtq; præceptum illud perpetua recordatiōe uſur
pandum.Quos deus cōiunxit:homo nō ſeparet.Quare illud ē maxime
officio:ut oī ope atq; opera ſtudeat̄:ut non corporum modo : ſed nec ēt
aīoꝝ ulla ſit diuortii ſuſpicio.debēt.n.cōiugati aſſidue mutua ſe caritate
cōplecti meminiſſeq; iccirco matrimoniū appellari:ut q̄ uiro cōiūgit̄ mr̄
fiat.Hæc.n.ē tanq̄ regula nuptiaꝝ:quo generatiōnē regeneratio excipi-
at:& ita deinceps regenerando perpetuo propagetur ꝑ mutuū caritatis

& obediētiæ uinculũ:cum neuter hēat ſui corporis poteſtatem: ſed alter alteri ſint adeo obſtricti:ut ſe cōtinere nequeāt altero cõnubii debitũ poſtuláte. Cæterũ quid pluribus ē opus. Solum cõiugii ſacramẽtum diuino ore cõſtitutum ē:cum cætera ſacramēta humanæ ſint iuentioni aſcribenda. Quod deus igit̃ uoluit:cõſtituit:iuſſit:id ſi quis negarit ulla carere bonitate:hũc ego auſim appellare & ſceleratũ & impium. Nũc autem ſeparatim ad utrũq̃ ueſtrum quædam pauca ſim dicturus. atq̃ te primo alloquar Eliſabet.

Eliſabet
Probitas

Habes tu ſane ea oĩa:quæ in ſponſa ſpectari conſuerunt: probitatem uenuſtatem nobilitatem dotē. Tua probitas ē tota: quippe quæ in aĩo eſt poſita:hãc tibi eripere nemo poteſt. Quare cum tibi ſit peculiaris noctes tibi ac dies curãdum ē:ut ei ſemp aliquid addas:eam amplifices:exornes:illuſtres. Venuſtas corporis eſt:quæ eo magis hētur in pretio:quo magis fuerit cum uirtute cõiuncta.

Nobilitas
Dos
Vicecomites

Nobilitas & diuitiæ fortunæ cenſent̃ bona. Dos tibi & pulchra eſt & pro ciuitatis cõſuetudīe ſatis ampla. Nam de tui generis ſplēdore quid attinet multa memorare. Non eĩm familia uicecomitum aut obſcura ē aut noua:ſed & priſca admodũ & illuſtris & præpotēs. Nam ut reliquos miſſos faciam uiros in omni dignitatis gradu clariſſimos:q̃ ex hac proſapia emanarunt:id ſatis mihi ſuperq̃ uidetur q̃ uni uicecomites inclyti & excellētiſſimi pricipes annos iam ꝑpe cētum ac ſeptuaginta nõ

Mediolanum
Italia
Gallia ciſalpia
Liguria

Mediolanum dũtaxat qua una urbe nihil habet orbis terræ populoſius nec uniuerſa Italia magnificētius:ſed alias item ꝑmultas & Gallæ ciſalpinæ & liguriæ potētiſſimas urbis feliciſſimo imperio & tenuerũt quãdiutiſſime:& hac etiam tēpeſtate tenent quãpacatiſſime. Sed ne ĩ maioribus tuis enumerãdis ampliſſimis certe oĩbus optimiſq̃ uiris uidear dicēdo prolyxior:ſatis pro tēpore fuerit meminiſſe

Gaſparinus uicecomes
Philippus Maria
Iohãna
Ruſcones
Comum
Iohãnes aloyſius
Franchinus

Gaſparini uicecomitis parētis tui uiri profecto & generoſi & ſingulari bonitate præditi:q̃ illuſtriſſimo illi pricipi Philippo Mariæ ob icõparabilis ſuas multipliciſq̃ uirtutes & cariſſimus fuit & piucũdus adeo: ut nihil unq̃ ab eo fruſtra poſtularet. Quid eĩm loquar de tua nobiliſſima illa Iahãna matre:quæ præſtãtiſſimis Ruſconibus nata q̃ tum alia ñ nulla oppida tum etiam urbem Comum quõdam tenuere dominatu:in oĩ pudiciciæ ac prudētiæ gloria nulla ſe geſſit clariſſima fœmina inferiorem. Habes præterea q̃ hic adſunt tũ ornatiſſimũ eqtem auratũ Iohãnē aloyſiũ tum Frãchinum nõ fraterno ſolũ ſanguine ſed ēt mirabili caritate cõiunctos:q̃ ut ſunt corpoꝝ magnitudīe ac forma ĩter oĩs mediolanēſes ſpectatiſſimi ita pluribus uirtutibus ac maximis apprime celebrandi ob eaſq̃ res excellentiſſimo noſtro principi gatiſſimi.

Agnes
Antonius marlianus

Sunt ad hæc tibi in uiuis ſorores tres nõ uulgari celebres honeſtate Agnes uiro grauiſſimo eidem ſapientiſſimo & optimo Antonio marliano coniuncta matrimo-

nio & Lezadra comitis Franciſci turriani uxor:qui qdem ambo ītegerri-
mi ſunt prudētiſſimiq; ducales ædiles:quos uulgo magnos uocāt duca-
lium itratarū . Eſt itē ſoror tertia Margarita nupta ducali aulico aloyſio
dugnano. Quibus ſane ſororibꝫ tuis Eliſabet pudiciſſimis ꝓbatiſſimiſq;
debes nulla uirtute cedere. In primiſq; meminiſſe hūc te uirꝫ eē habiturā
id quod fauſtum felix fortunatūq; ſit. Theodorum Platum:qui & gene-
re natus eſt ſplēdidiſſimo & parētibus optimis & ipſe quoq; ꝓbitate eru-
ditiōe eloquentia poſterior nemine:ſiue cum iurecōſultis cōferatur: ſiue
cum philoſophis ſiue cum oratoribus maximiſq; uiris ī omni genere lau
dis & gloriæ. Vellem mihi liceret Eliſabet ea oīa de tuis laudibus dicere
quæ & pulcherrima ſunt & ueriſſima. Sed cum ea ſit apud omnes de te
fama pudicitiæ prudētiæ probitatis:ut uirginibus omnibus una tu exē-
plo eē & poſſis:& debeas:iam tempus me admonet:ut omnem meū ora
tiōis curſum ī futurum hūc ſponſum tuum breuibus cōuertam. Quid
aūt de te primum laudem:Theodore plate:uel quid nō laudem potius?
Nam quis omnium ē:qui de tuis pulcherrimis maximiſq; uirtutibus īge
nio diſciplina certius teſtimonium uno Franciſco philelfo afferre queat:
cuius uel admodum adoleſcens īſtitutus es diſciplinis:& cum ætate ꝓue
ctus:& ſapiētia:ab eiuſdem te familiaritate & amicitia:nunq̄ alienum te
uoluiſti? Finxit te natura īgenio uigili acri ſtrenuo dextero. Quare non
modo quæ recte audires:celeriter tanq̄ præcipiebas:ſed permulta quoq;
aſſiduo ſtudio diligentiaq; tua:ex uariis lectiōibus conquiſita atq; colle-
cta peride atq; in optimæ quēdam atq; frugiferæ meſſis aceruum cōge-
rebas nihil quod uel ineptum eſſet uel minus luculentum admittens.
Quibus quidem naturæ tuiſq; inſtitutis factum eſt breui : ut nihil quod
ad oratoriam attineret:nihil quod philoſophiæ grauitatem ſaperet igno
rares. Cum uero itelligeres & pro cōditione temporum:& pro maiorum
tuorum gloria legum ciuiliſq; iuris ſapiētiam oīno tibi eſſe obeūdam ad
hāc te totum tanq̄ ī patritā & auitam poſſeſſionem recepiſti. Idq; uſus &
ingenii acrimonia & memoriæ bonitate & cōtinua quadam diligentiæ ī
duſtria breui temporis curriculo præſtitiſti:ut iuriſcōſultorum & eruditiſ
ſimus habereris & inocētiſſimus. Nec tamē iter hæc ſtudia ſiquid ocii ue
nari poteras:id uacuum fluere petiebaris. Sed quod alii plæriq; omnes
ad relaxationem & uoluptatis illecebras cōferunt:id tu omne aut ad re
rum diuinarum perſpicientiam aut ad aliarum diſciplinarum cognitio
nem trāſferebas. Quo factum uidemus:ut omni ī laude uerſatus exiſtie-
ris. Nec enī te fugiebat duo eſſe hominum genera alterum doctū & ur-
banum:alterum indoctum & ruſticum:& hoc quidem humanæ præſtan
tiæ q̄ minimam partem repræſentare:quo de uno uerecundæ locutus ē

Lezadra
Fr. Turrianus comes
Margarita
Aloyſius dugnanus
Eliſabet
Theodorus platus

Duo hominū genera



w Poznaniu

hieronymus īquiens. Sancta quippe ruſticitas ſoli ſibi prodeſt. At alterū illud lõge ꝓpius uidetur ad diuinam bonitatem accedere: cū nõ ſibi ſolū ſed uniuerſo humano generi natum iure queat iudicari: quod & cõſulēdo & monēdo & inſtituēdo & tuendo ſit oībus uſui. Et enim cum duæ ſint animi partes: quaꝝ altera rõnem habet: altera caret: ī utriuſqꝫ ui eximius eē uoluiſti. Quapropter uirtutes oīs cõplexus eſt & cõtemplationis & actiõis: quo utriuſqꝫ felicitatis etiā īter uiuos fieres cumulatiſſime particeps. Turpiſſimum certe iudicās a primis tuis illis maioribus Platoneqꝫ & ſolone ulla ex parte degenerare. Platorum enim familiam & priſcā eſſe & percelebrē ſatis nobis oñdit ipē unus plato: ab quo plati defluxere Quis eni audeat negare extitiſſe platonē philoſophorum plane oīum & maximū & grauiſſimū. Vt diuini illius ingenii ſummæqꝫ ſapiētiæ cætera argumēta prætercam: fuit ille omnium philoſophoꝝ primus: q & de trinitate & de rebus diuinis ac noſtris multo ante humani generis redemptorem q̄ apertiſſime fuerit piētiſſimeqꝫ locutus. Qua ipſa re una quanq̄ philoſophorum oīum nobiliſſimus iudicari debet: altius tamen eius eſt nobilitas recēſenda. Plato uir fuit atheniēſis Xenocratis academici & Ariſtotelis peripatetici doctor. Is ſuo ꝓprioqꝫ noīe ariſtocles dictus eſt. Nā platonis appellationem aut a pectoris latitudine ab oratione huberiore deductū putāt πλατύς platys .n. græce latum latine ſignificat. Huius paternum genus a Codro manauit atheniēſium iuſtiſſimo rege melāthi filio: at maternū a Dropide poeta elegātiſſimo Solonis legūlatoris fratre. Qui quidem ipſi altius referunt genus ſuum ī Nileum heroa neptuni filium ac peliæ fratrem. Ex quo item nileo & chlora amphionis filia nati ſunt filii duodecī: quoꝝ natu minor fuit Neſtoris: q ī bello troiano ſapientia & eloquētia īter græcos cæteris præſtitit. Itaqꝫ mirandum certe nõ eſt: ſi Theodorus platus huiuſmodi ortus genere & ipē iuxta ac pater Georgius clariſſimus ille iuriſconſultus legum ciuiliſqꝫ iuris ſapiētia ē illuſtris: & Petrus antonius huius frater cū militiæ gloriatū poetica ē & oratoria laude īſignis. Theodorus .n. ꝓ trāſfuſa & ꝓpagata in poſteros ui ſollertiaqꝫ naturæ platonem ſolonaqꝫ repræſentat. At Petrus Antonius tum nileum illum qui & pilum cõdidit & res geſſit maximas: tū amphiona & dropiden: quos eloquētia reddidit celeberrimos. Vterqꝫ autem bonitate referūt Codrum regē. Is eīm pro iuſticia & caritate patria ſeſe ultro morti obiicere non dubitauit. Ea deniqꝫ ratione hi duo frēs ꝓ diuino prīcipe noſtro patriæqꝫ ſalute ſi opus eſſet: uitā ipſam ultro alacriterqꝫ exponerēt: præſertim cum aīaduertant in prīcipis ſalute patriā ſalutē eē cõſtitutā. Quam in uno ipō Theodoro omnem maiorum ſuorum laudem & gloriam ita liceat reperire ut nullus nobis neqꝫ amphion neqꝫ dropi-

Plato Solon
Origo domus theodori plati
Platonis origo
Ariſtoteles peripateticus
πλατύς
Platys
Codrus
Melanthus
Solon
Nileus
Chlora
Amphion
Neſtor
Theodorus platus
Georgius iuriſcõſultus
Petrus Antonius platus

des nec etiam neſtor ſit deſyderãdus. Nam ad cæteras uirtutes & uerſu ualet & oratione ſoluta adeo: ut quod de neſtore apud homerum legimus: ex eius lingua melle dulcior oratio ꝓfluat: adde modeſtiam facilitatem manſuetudinem comitatem morūq; elegãtiam mirifica & inaudita quadam ĩgenii dexteritate prudẽtiaq; conditam. Quid multis? Ita ipſe per ſeſe pollet: ita ſuo ſplẽdore præclarus eſt: ut uideatur maiorum etiam claritudini præluxiſſe. Quid eĩm ſim longior ĩ recẽſenda platorum nobilitate: cum non modo in Inſubribus: ut uetuſtiora illa ſilẽtio: iam inuoluam: uerumetiam & ĩ placẽtino ac parmenſi ſolo ſuperioribus temporibus: & in ipſa etiam liguria: cuius caput ẽ Genua lateq; per Italiam nõnulli ex platoꝝ familia uiri magni & prepotẽtes caſtella plurima oppidaq; poſſederint? Quare ne priſca illa curioſius repetẽtes quæ magis ad rem faciunt: prætereamus: paucis mihi complectendum uidetur: q; & oſtẽdi omnibus poteſt: & ipſe legi. Extãt enim grauiſſimæ quædam tabulæ quæ uulgo hac tempeſtate uocantur publica ĩſtrumenta: & æe quidem repertæ in archiuo placẽtino confectæq; anno a natali chriſtiano uigeſimoſecũdo ſupra milleſimum. Quibus quidem tabulis perſpicue patet fuiſſe fratres ſex ex quodam natos magnifico militaris dignitatis uiro Plato nomine: qui ex plata familia ortus eſſet ac nobili fœmina Mathodia: q̃ filia foret magnanimi equitis aurati comitiſq; lonielli luciani atque his paternum auum extitiſſe Facinum platum & ipſum equitem auratum: auiam uero probatiſſimam & nobilem fœminam Domnillam araſmi turriani filiam. Atq; his quoq; in tabulis quæ confectæ ſunt herciſcundæ familiæ gratia dilucide apparet fuiſſe illis platis ampliſſimum patrimonium & arces permultas atq; oppida: quæ pro ſuis portionibus ſingillatim inter eos fratres diuiſa ſunt. Caſtellum autem unum nomine platonum iccirco indiuiſum atq; commune relictum eſſe: quoniam ꝓlatorũ familia a diuino illo platone philoſopho trahẽs originem haberet agnationis ſuæ perpetuum cognomentum. Cumq; hi ſex fratres ſecundum portiones quæ cuique obtigerant. Alius bononiam. Alius ferrariam. Alius genuam. Alius parmam. Alius Immolam ſeſe contuliſſent. Antonius platus qui foret ex illis omnibus natu minor: haberetq; portionem ſuam in Mediolanenſi ditione: Mediolanum ſe recepit: ab quo quidem uno cum cæteri maiores tum illuſtris & ſapientiſſimus iurecõſultus Georgius platus clariſſimi huius ſponſi pater profectus eſt. Quid eni memorem quod eſt omnibus luce ipſa magis perſpicuum: uirum illũ grauem atque ſapientem Guidetum platum: quem ipſe Georgius auum habuit. Fuit enim ille tanta probitate & ſapientia: ut nõ modo apud Iohãnẽ mariam ſecũdum mediolanenſium ducẽ iuuenem ſane ferociſſimũ

Inſubres

Liguria
Genua

Platus
Mathodia
Loniellus lucianus comes
Facius platus
Domnilla
Araſmus turrianus
Caſtellum

Guidetus platus
Georgius platus
Iohannes maria dux

primum locum obtinuerit:ſed apud eius etiam p̄rem Iohānem galeaciū quo nihil uidit ætas illa ī omni præſtātiæ genere nec admirabilius nec ꝑfectius:tāto eſt habitus ī honore:ut exiſtimari poſſet diuinus ille prīceps nihil apud ſe habere uno Guideto plato aut carius aut prætioſius. Itaqꝫ nō eſt mirādum:ſi talis ille tantuſqꝫ uir pro ſuæ pietatis munere ad ſcām

Hieroſolyma

ciuitatem hieroſolymam cū ornatiſſimo famulatu nauigauit: quippe ꝗ intelligeret honorem omnēm huius mūdi inanem eſſe:ubi diuino uacaret cultu.Quam obrem deuotiſſime eo profectus ubi uoti ſui piētiſſime

Carolus rex

factus eſt compos:a ſeneriſſimo hungariæ rege Carolo apud ſacroſanctum ſepulchrum ipſum militaribus eſt ornatus inſignibus. Hoc igitur auo Guideto & patre Georgio natus eſt excellētiſſimus hic iurecōſultus Theodorus & quo de modo uerba feceram Petrus antonius & cum alii

Anaſtaſius platus

fratres tum Anaſtaſius adoleſcens: qui etiam ipſe paternam atqꝫ aliorū ſuorum maioꝝ gloriam egregie imitatur.Nam ipſe quoque legali ciuiliqꝫ ſapientiæ ita operam dat:ut ſuorum æqualium cedat nemini nequa

Solon

quam is quidem ſolonis qlatoniſqꝫ oblitus:Nam & ſolonis leges quāto

Romani

fuerint in honore:uel unum illud eſt dilucidum argumentū:quod Ro-

Græcia

mani ipſi rerum domini legatos decem in græciam uſque miſerint: qui eas abathenienſibus petitas in urbem ferrent ad ſuum ſtabiliendum iu-

Plato

ſticia & decorandum imperium:Et Plato quantam præ ſe laudem ferret legum iuſticiæ uniuerſæqꝫ adminiſtrationis ciuitatis cum alia permulta eius uolumina eruditiſſime atqꝫ ſapientiſſime lucubrata tū libri decem de republica duodecimqꝫ de legibus apetriſſime declarant.Sed his om-

Agnes
Maffeus muzanus
Philippus Maria dux

nibus omiſſis quid loquar de materno genere Theodori? quid inquam de huius matre pudiciſſima atqꝫ optima muliere Agnete Maffei muzani illius filia:qui & ſenator ſapientiſſimus fuit & ob maximas ſuas innumerabiliſqꝫ uirtutes Philippo mariæ nobiliſſimo duci cariſſimus: Num tantus ille princeps cuius ſplendidiſſimum nomen nulla unquam neqꝫ inuidia nec poſteritas obſcurabit:tanto feciſſet unum maffeum mazanū niſi omni laude dignum cenſuiſſet? Vellem mihi liceret ea omnia in medium referre:quæ ad uera de te laudes attinere intelligo præſtantiſſime

Theodorus platus
Plato

iuriſconſulte Theodore plate:quæ quoniam temporis breuitate impedior:ut prætercam:eſt neceſſe.Vnum illud certe ſcio:te unum eē inter omnis:qui non tam platus dicendus ſis quam plato:utpote qui non modo platonem in oī ſepientiæ gloria repræſentes:ueꝝ etiam ſis idem plato: a quo illuſtris familia olim tua quæ nunc deprauatione tempoꝝ plata dicitur:platonica fuerit appellata.Sed quoniam me tempus iam admōet: ut ad uerba illa ſollemnia ꝗbus tota uis m̄rimonii per uerbū de præſenti concludit̄:noſtra oīs oratio ſe conuertat:de his nūc ſatis atqꝫ ſup.

Frăciſci philelfi oratio nuptialis hĩta in deſponſaliciis Petri biragi & Eliſabet princiuallis.

q Vi ſacratiſſimum coniugii uinculum non ſummopere laudant excellentiſſimi principes idigni profecto illi mihi uideri debent: qui ex ullo hominum numero iudicẽtur: Nam ſi natura fieri uidemus: ut quicquid aut alit aut ſentit: producat aliquid ſibi ſimile: quo in ſua ſpecie propagetur: idq; non in cæteris aĩalibus ſolum quæ ratione carent: ſed i hærbis etiam & arboribus quæ ſunt inopes ſenſus: intueri liceat: quid de humano genere dixerimus: ꝙ diuinam imaginem præſe fert? Nonne ad ipſum naturæ appetitum diuino quoq; præcepto admeonmur: ut creſcamus: ac multiplicemur: terramq; repleamus? Et eſt ſane coniugiũ ut mea fert opinio: uiri atq; mulieris ſecundum legem ad procreandos liberos coniunctio. Non enim ad pruriendis libidinis nõ ad titilantis ſenſus nõ ad oſcœnæ uoluptatis intemperantiam inſtitutum eſt matrimoniũ: ſed ut pro ratione pro lege pro ſanctimonia nobis ſimiles generemus. Itaq; ĩ coniugio admodum eſt cauendum non modo: nequid per adulterium ꝙ impium eſt: ſed ne per laſciuiam quidem ullam quod pecudum eſt ꝓprium: perpetremus. Omnia ſunt a nobis ſecundum uirtutem ac deum agenda. dicenda. cogitanda. Hæc qui pure caſte innocenterq; ſeruare ꝑrexerint. non difficulter triplicia illa bona aſſequentur: quæ dicuntur fidei prolis ſacramenti: Huiuſmodi autem matrimonium tãtum in ſe iucunditatis habet: ut nihil in uita poſſit eẽ felicius. Quod ſi ex ullo unquã ſperandum fuit: tum ex hoc præſenti fauſto fortunatoque coniugio nõ modo licet ſperare: ſed ita omnino ſperare: atque ea quæ oculis cernũtur & in noſtra ſitu ſunt poteſtate. Quis enim ignorat ſponſam ipſam Eliſabet princiuallis lampugnani uiri Clariſſimi atq; optimi Katherinæ ſpinellæ nobilis & honeſtiſſimæ mulieris filiam ita eſſe ab prima uſq; infantia educatam: ut ſimul cum lacte uideatur pudiciciam bonitatemque oẽm hauſiſſe? Nam de Petro ſponſo quid attinet multa dicere: quem omnes ſcimus nemine ſuorum æqualium in omni probitatis genere inferiorem Et ne longior ſim: quã tempus locuſq; patiatur: Eſt certe Petrus parẽtum maiorumq; ſuorum ꝗſimillibus: quippe qui natus Antonio birago ornatiſſimo uiro & Eliſabet ſouica muliere probatiſſima habuit Maffeolũ p̃rnum auum: quem præſtantiſſimus dux Philippus ob eximiam erga ſe fidem ſingularemq; prudentiam præfecit ſuæ uniuerſæ. curiæ magiſtrũ: quem quidem pulcherrimum & ampliſſimum magiſtratum Maffeolus ea diligentia & integritate geſſit: ut perinde atq; hæreditarium diuinus

Præceptum diuinum
Coniugium
Liberi
Libido
Intemperãtia
Lex
Sanctimonia
Matrimõium
Eliſabet
Katherina
Petrus
Antonius biragus
Maffeolus
Philippus dux

Andreas biragus

ille princeps in Antonium eius filium poſt patris obitũ tranſtulerit.Quid dicam præterea de huius patruo Andrea birago uiro magnifico & grauiſſimo:Non ne idem dux Philippus tanti eum ſemper fecit cum publicis tum priuatis in rebus ob ingenii acrimoniam magnitudinemq; conſilii:ut neminem haberet cariorem:neminem iucũdiorem:neminem cui plus aut tribueret aut crederet?Apud hunc autem illuſtriſſimum principem noſtrum q̃tum ſemper idẽ Andreas ualuerit:quoad uixit:& auctoritate & gratia & domi & belli ob eam:qua plurimum ſemper claruit:diligentiam ac fidem:nemo ueſtrum omnium eſt:qui neſciat.Quid enim uager per alienas familias quibus Petrus ſponſus affinitate coniunctiſſimus eſt?Souicos poſterulas amideos aduocadros morones uicecomites ipſoq; lampugnanos:cum inter Biragos tot uiri floruerint ac ẽt nũc floreant in omni uirtutis genere:ut ſi eos numerare uoluero in hac temporis breuitate:ſim non mediocri tædio futurus?At de nobilitate & generis

Eliſabet

claritudine pudiciſſimæ huius ſponſæ Eliſabet ſi uerba uoluero pro dignitate facere:non ſit mihi huiuſmodi breui ſermone opus ſed prolyxa

Gallia ciſalpia

oratione uel quam ſpatioſiſſimis potius uoluminibus.Nam quæ familia eſt paulo excellentior non mediolani ſolum ſed in hac uniuerſa Gallia Ciſalpina:quæ non ſibi maximo ſemper duxerit ornamento lampugnanorum affinitates?Quare ut tempori inſeruiatur cætera omnia omittentes paucis ea percurramus:quæ ad domeſticas ſponſæ laudes in huiuſmodi neceſſitudinis genere attinent.Nata eſt Eliſabet patre ut modo dicebatur Principualle:uiro certe mea ſententia:qui & dexteritate ingenii

Fr.ſphortia
Blanca maria

& ſtrenuitate magnitudineque animi alteri nemini ſuæ patriæ concedat fide autem & obſeruantia tanta in excellentiſſimos noſtros pricipes Frãciſcum ſphortiam Blancamque Mariam duo huius temporis ſplendidiſſima luminaria:quanto eſſe maior nullo pacto poſſit.Quid enim memi-

Georgius

nero aut Petrum auum paternum ciuilis pontificiiq; iuris peritiſſimum grauiſſimumque doctorem?aut Georgium illum patruum:cuius ad paternas laudes tanta beniuolentia acceſſit in hunc diuinum principem:

Bernardus philoſophus
Baptiſta
Iohannes andreas
Hieronymus
Oldradus
Philippus Maria dux

ut eam non niſi cum uitæ exitu terminarit?Nam & Bernardum philoſophum ac medicum & Baptiſtam atq; Iohannem andream uidetis in uiuis non uulgari uirtute iuuenes.Hieronymus etiam ipſe patruus quanta modeſtia humãitateque præſtiterit:dum uita frueretur:cognoſtis omnes:Sed ut de reliquis ne ſim in dicendo lõgior:cõticeſcam:Nõ ne unus hic Oldradus lampugnanus magnificus eques auratus ducaliſque ſenator ſapientiſſimus tãto ſemper i honore eſt habitus ob eius præclaras ſũmaſque uirtutes cum apud Philippum Mariam illum : tum apud hunc ipſum Franciſcum ſphortiam ſocerum generumque duces ; ut alterum

habeamus neminem:qui cum hoc uno queat de gloria contẽnere? Quæ cum ita ſint:non dubiam nobis omnibus ſpem affertis feliciſſimi coniuges Eliſabet lampugnana Petreque birage in omni uos laude ſimilis fore parentum maiorumque ueſtrorum. Reſpondebitis.n.reſpondebitis ꝑfecto genituræ ſæmini:taliſq; uos præſtabitis:ut non minus illis præluxiſſe q̃ accepiſſe ab illis lucem ſitis iudicandi. Quare quod felix fauſtum fortunatumq; uobis ſit:iam ad ipſum deſpõſationis munus propius accedamus. Mediolani.iiii.Idus ſeptembres.M.cccclviii. Eliſabet

Fráciſci philelſi epithalamion in nuptiis nobilium coniugum Iohannis antonii ſimonetæ & Margaritæ cottæ.

i Nter humanæ ſocietatis uincula:quibus ratione duce iucunde inter nos uiuimus:nullum profecto neq; iucundius neque utilius eſſe animaduerto:quam quo uir & uxor mutua caritate inuicem coniunguntur. Scimus enim in uniuerſa re domeſtica qua cõſtituitur ſæminarium reipublicæ:triplicem eſſe ſocietatem heri & ſerui uiri & uxoris patris & filii: & id quidem ſecundum triplex ciuitatis adminiſtrandæ genus. Harum uero communionum coniugium quod uocamus:tantam uim in ſe habere tantam magnitudinem tantam præſtantiam excellentiſſimi philoſophi tradiderunt:ut inde gradatim ſecundis auſpiciis ad ſummum uſq; eatur imperium. Vt enim unius egregii uiri principatus & optimatium præſtat & populi dominatui:ea ratione ſecundum Gregorium Nazianzenum:quod exemplo unius dei in cælo regem unum oportet eſſe i terra:eodẽ modo cõiugalis dignitas quæ unius eſt ad unam:reliquas ſocietates antecellit. Itaq; mirãdum certe nõ eſt:ſi deus optimus maximus ab ipſo uſq; humanæ creatiõis initio cõſtituit iuſſitq; matrimoniũ:cõtinuoq; adiecit:creſcite ac multiplicamini:& replete terrã. Nõ.n.a Cecrope illo quẽ fabulãtur:nõ ab ægyptiaca ſuperſtitione nõ a Romulo neſcio quo: eſt huiuſmodi cõiunctionis bonitas aũt itroducta aut excogitata:ſed ab ipſo imortali deo:a quo qcquid eſt boni:ad nos peruenit:& ſine quo bõi eẽ oĩo nihil poteſt. Et quãq̃ maritalis caritas iter oĩs ſuauitates eſt ſua natura ſuauiſſima:tũc tamẽ fit lõge ſuauior & gratior:ſi qua ratiõe iſtituta eſt:eadem etiam perpetuo ſeruet᷑. Nam procreatiõis gratia matrimoniũ introductum uidemus & id non hominum magiſq̃ communi quadam naturæ lege. Sic enim & arbor arborem & ſeges ſegetem & animal ex ſe aĩal gignit:quod qui diligenter ſecum aĩo uolutarit:oĩ opera diligẽtiaq; curabit:nequid i maritali præcellẽtia aut agat:aut meditet᷑: ꝙab eius de

Gregorius nazanzenus

Cecrops
Aegyptii
Romulus

coro ſit alienum. Sanctum inquam & impollutum oportet eē cōiugium
ꝙ ut in omni uita mutua dilectione tueamur: illud nos oportet præce-
ptum aſſidue meminiſſe nec uirum habere poteſtatem ſui: nec uxorem
ſui eē arbitrii ſed utrūq; alteri pari quadam pietate obſtrigi. Quid enim
meminero: quæ quantaq; commoda atq; emolumēta ex ipſo benecōue-
niēti cōnubio cōſequuntur? cum ii ſimus ignari ut eſt prudētis patriſfa-
milias rem quottidie: quātum honeſtas patitur: augere ita ſollertis dili-
gentiſq; matronæ eam domi digerere ac tueri. Quare non equidem poſ
Iohānes Antonius — ſum uobis nō admodum gratulari Iohānes antonii atq; Margarita: qui
diuinum præceptum ac legitimam coniugii ſanctionem hoc die ꝙ utri-
Margarita — q; ueſtrum felix fortunatumq; ſit: endituri q̃rectiſſime uobis poſteritatique
ueſtræ cōſuluiſtis facturi uos certe omnia pro ueſtra ueſtrorūq; dignita-
te. Nā ut abs te īcipiam caſtiſſima: pudiciſſimaq; puella Margarita: non
potes tuoꝝ parētum nō eē ſimillima. Siue enī ante oculos tibi ponas no-
Magdaleue — biliſſimam & honeſtiſſimā matrē tuam Magdalenam Leonatinam ſiue
Petrus cotta — patrem tuū clariſſimū & grauiſſimū ſenatorem hūc Petrū cottam: tanto
debes accēdi ꝓbitatis deſyderio: ut niſi ꝙ honeſtum ſit & laudabile apđ
omnes: ītelligas tibi eē ī uita ꝓpoſitū. Nō eīm es ignara: q̃to ſemꝑ tū uni-
uerſarum Cottaꝝ familia tū ornatiſſimus pater tuus ī ſplēdore ſit hītus.
Nā ut antiqora breuitatis gr̃a cōticeſcam: niſi uir iudicatus ſemꝑ eſſet ꝓ-
batiſſimus pr̃ tuus nunq̃ præſtātiſſimus dux Philippus tāti eū feciſſet q̃-
diu fuit ī uiuis: neq; illuſtriſſimus hic atq; optimus prīceps nr̄ ordini ſe-
natorio aſcripſiſſet. Quo fit ut oī tibi cura oī ſtudio oī īduſtria annitēdū
ſit: ut huius ætas q̃ ad ſeniū iā ꝑuenit: ī tua ꝓbitate atq; laude conqeſcat.
De te uero Iohānes Antoni ſimoneta nihil eē ītelligo: quod nō q̃optime
ſibi qſq; debeat polliceri. Es. n. tu oīum ꝑmū ſingłari quadā prudētia ꝑdi
tus: q̃ fit: ut q̃ te ſeq oporteat ī mr̄imonii ſcitate: & q̃ uitare: neſcius eē non
poſſis. Accedit auūculi huius tui uel pr̄is potius ītegerrimi atq; ſūmi ſe-
Angelus — natoris Angeli ſimonetæ auctoritas & amplitudo cuius prudētiſſimis in
ſtitutis: & uolūtati cū ſꝑ parueris: ac ꝑeas: hāc oēm quā hēs: tibi gloriā pe
piſti. Quid. n. memorē hoc loco ſapiētiſſimū & eruditiſſimū uiꝝ ducalē
Cicchus — ſecretariū ꝯſobrinū tuū Cicchū: q ut affinitate tibi cōiūctiſſimus ē: ita ma-
ximū adiumētū ad noīs claritatē. His ſane rōnibus fcm̄ ē: ut ſupiore tpe
Oldradus — magnificus eq̄s auratus Oldradus lāpugnanus ille cuius nomē illuſtre ē
unicā filiā quā hēbat: tibi mr̄imōio copulauerit. His ēt rōibus adductus
uir ſpectatiſſimus Petrus cotta te ſibi generum libenter accepit fiſus is
certæ tuæ anteactæ uitæ: quam nouit omni ex parte probatiſſimam eſſe.
Qua propter tibi opera danda eſt: ut tantæ de te expectationi nō mō rn̄-
deas: ſed ēt mirabiliter ſupes. Aſpicis præterea nō obſcure: q̃tum tibi mu-

nus ad gloriã ẽ additum quód humaniſſimus prĩceps nóſter ſplẽdidiſſima ſublimitatis ſuæ pñtia cum tot illuſtribus ĩclytiſq; prĩcipibus mr̃imonium hoc honorat futuꝝ is qdem ſperãs:ut tales e uobis cõiugibus liberi ꝓdeãt:quales.Angelum Petrumq; ẽ exptus:quorũ erga ſe fidem atq; deuotionem tãtã ĩ rebus omibus eẽ cognouit:ut accedere nihil poſſit ad ſummũ.Sed ne lõgius nr̃a ꝓtrahatur or̃o:iam deo duce atq; auctore ad trãſigẽdas nuptias ꝓpius accedat᷑.

Frãciſci philelfi oratio uuptialis hĩta in deſponſione Magnificæ puellæ Maruciæ & Magnifici equitis aurati Raymundi attenduli.

q Tanti fieri oporteat bene cõueniens matrimonium Magnifici atq; illuſtres uiri:uel ea rõne probari poteſt:quod quæ tria maximæ expetũtur ĩ uita:honos utilitas uoluptas eiuſmodi uĩculo apprime continetur:Nam ut ĩ ſocietate humana nihil ẽ adulterio turpius:ita cõiugii ſanctitate honeſtius nihil.Quid:quod ex oĩbus ſacramẽtis qbus bene atq; beate uiuit᷑:hoc uoum dũtaxat diuino ẽ ore conſtitutũ & id quidem in primis illis parẽtibus:quibus præceptum eſt ab omnipotenti deo:ut creſcerent:ac multiplicarent᷑:terramq; replerent.In iis ſane hominibus laudat᷑ cælibatus:qui cõtempta omni carnis coppula angelorum ſeſe quam hominũ ſimilis maluerunt.Sed q uitam ciuilem adamãt:nec ſibi nec reip. recte conſulunt:ubi a connubio abſtineãt.Quemadmodum enim uidemus natura fieri:ut quæcunq; uel aluntur uel ſentiunt:preducant aliqd ſimile ſui:id quod nõ in cæteris animãtibus ſolum intueri licet uerũ etiã in ſtirpibus & hærbis:nonne is fuerit ob oĩ naturæ lege alienus:qui inter hoĩes manens nõ ſe hominem eẽ meminerit?nõ quærat p generis propagationem ſe in terris quoq; reddere immortalem?Legimus apud maiores eam Lycurgi legem plurimum laudari ſolitam : qua is ſanxiſſet eos omnis q nubere noluiſſent:tum ĩ Gymnicis ludis a ſpectaculo arceri: tũ etiam affici ignominia:quippe q eos priuatos uoluit eo honore atq; ob ſeruãtia:quæ ſenioribus a iunioribus præſtaret᷑.Idq; ob nullam aliam cauſam:q̃ ut ꝓcreãdoꝝ liberoꝝ q̃diligentiſſimam haberent ratiõnẽ. Quo etiã factum ẽ:ut a nemine adoleſcẽs ille repræhẽderet᷑:q aduenieñti Dercyllidæ ĩ Theatrum nõ modo nõ aſſurrexerit:ac ſubſellium ceſſerit : ſed adiecerit potius:Nã nec tu mihi o Dercyllida q ceſſurus eẽt genuiſti : cũ Dercyllidas tamẽ & uir grauiſſimus foret:& res maximas ſuo imperio præclaraſq; geſiſſet:Sed qd aut lycurgi aut multo ãte lycurgũ Mercurii ac Cecropis:qd dein Romuli de cõiugio ĩſtituta congrimus: quãdoqdẽ

Deus oĩpotẽs

Lycurgus

Dercyllidas
Mercurius
Cecrops

Chriſtus opt. maximus

Chriſtus opt.maximus qui & idem filius dei eēt & deus:tum ī mr̄imonio
naſci uoluit:tum inuitatus:ad nuptias eas præſentia ſua ornauit:ac iuuit.
Quāta uero utilitas manat q̄ta uoluptas ex cōiugali cōiūctiōe:oēs ī mr̄i-
monio ſūt:facile ītelligūt:Nā cōiugali amore nihil ē ꝑfecto mitius nihil
dulcius nihil ſuauius.Vtilitatis aūt oīa plēa ſūt:quæ mr̄imōiali ꝑcimonia
atq; diligētia adminiſtrātur.Rectiſſime igit̄ utriq; ur̄um ꝓſpectum iudi-

Iulia marucia
Raimundus attendulus

co magnifica uirgo Iulia Marucia & magnifice Raimūde attēdule:quod
ꝑ ſpōſalium iurium ſanctimoniam atque ſplēdorem ſitis hodierno die
mutuo caritatis uinculo coppulādi:quo & uobis ipſis poſteriſq; ur̄is quā
ſaluberrime & maxima ueſtra cum laude cōſulatis. Nec enim præterire

Tria ī nuptiaꝝ bona

uos debet tria eē nuptiaꝝ bona mutuam īter cōiuges fidem prolis nō ſo
lum ꝓcreandæ ſed benignæ alēdæ & īgenue atque īnocēter educādæ ſtu
dium ī primiſq; ſacramētum:quo impollutū cōnubium & omni ſuſpici-
one uacuum ſeruat̄:Ita enim uos faciētes & cæleſti ſatiſfacietis & mūdi
gloriæ:Nam parētum & maioꝝ ueſtroꝝ claritas nō parū īcitare uos de-

Iulia
Baldus marucius
Nicolaus tholentinas
Philippus dux
Veneti
Florentini
Romana ecclesia
Iohannes tholentinas

bet ad omne cōiugii officium ac decus.Es tu ſane Iulia nata ſplēdidiſſi-
mo equite aurato & rerum bellicarum laude celebrādo Baldo Marucio
illius Nicolai tholētinatis filio:cuius illuſtre nomē nullus unquam dele-
bit īteritus.Vnus enim Nicolaus ille tholētinas talis fuit tātuſq; belli dux
ut prīceps ille nobiliſſimus Philippus Maria & patrem appellare eum cō
ſueuerit:& eius fidei ſuam omnem dicionem adminiſtrādam commiſe-
rit.Hūc etiam Veneti:hūc Florētini:hūc Romana eccleſia ſuaꝝ omniū
copiaꝝ imperatorem habuit:Nam de patruo tuo Iohāne tholētinati qui
& præſens ē:& te nō ſecus amat ac filiam:eo loquor uerecūdius:quod ſu
as de ſe laudes nō libēter audit quippe qui ut eſt omni in re modeſtiſſi-
mus:malit haberi & eē laude dignus quam coram laudari.Sed illud ſa-
tis ē dilucidum argumētum excellētiſſimæ ſuæ ſummæque probitatis &
ſapiētiæ:quod ob multas & maximas res ſuas fortiſſime geſtas magna-

Franciſcus ſphortia dux

nimus ille noſter & īclytus dux Frāciſcus ſphortia & hūc ſibi generū aſci
uit:& magnis copiis præfecit:& ī ordine ſenatorio locum ornatiſſimum
obtinere uoluit:& nō ſecus ac filium & carum habuit & periucūdū ſem-
per:dum fuit ī uiuis.Quanti aūt hūc faciat:præſtātiſſimus dux Galeaci-

galeacius dux

us:uidemus oēs.Num q̄ſquam minus eum admiret̄:quem diuina ſapiē
tia tāti prīcipis facit maximi?De te uero Raimūde attādule q̄d multa di

Michael
Italia

cturus ſim:qui natus patre Michaele fortiſſimo illo & laudatiſſimo belli
duce quem uniuerſa ꝓpe Italia ob præclaras ſuas frequētiſque uictorias
habuit ī honore:te omni in re ſimillimum illi præſtas:dignumq; oſtēdis
cognatiōe inuictiſſimi noſtri prīcipis.Quæ cū ita ſint:aliud nihil reſtat:
quā ut ꝑ uerba illa deſpōſionis ſollēnia ad rē ipſam ꝓpius accedamus.

Frãciſci philelfi oratio habita in connubio magnificæ puellæ Margaritæ arcimboldæ & magnifici equitis aurati Antonii cribelli.

c

Vm inter uæhementiſſimos ac maximos animi affectus
tanta ſit uis amoris Illuſtriſſime princeps præſtantiſſimi
patres matreſq; honeſtiſſimæ: ut etiam antiquiſſimus ille — Orpheus
poeta Orpheus idemq; theologus cum non dubitauerit
non modo deum aſſerere: ſed primum quoq; deorũ om-
nium poſt diſcretum atq; digeſtum in ſua membra chaos: quod nomi- — Phanes
nant: apparuiſſe in cælo: ob idq; phanetis appellationem meruiſſe: q̃ ni-
hil ſcilicet ſine amore atq; concordia in uniuerſo mundo conſtare firmi-
us aut diucius poſſit. quid dicemus de ſacratiſſimo ipſo amoris uinculo
ac plane indiſſolubili: quo uiri atq; uxoris animi honeſtiſſimo quodam
nexu inuicem uinciuntur? Quod ſi coniugium prius in cælo fit diuino
iuſſu ac decreto quodam: quam celebretur in terra: quis ambigat quic- — Iheſus
quid ab eo fit: id optimum eẽ oportere? At in primis parentibus matrimo
nium deus ipſe omnipotens mirabili caritate ĩſtituit. Ad hæc Iheſus clæ-
mentiſſimus humani generis redemptor tum in coniugio naſci digna-
tus eſt: tum inuitatus ad nuptias non iuuitus uenit: eaſq; ſua præſentia
non ſolum honeſtauit ſed etiam iuuit. Et q̃q̃ omnis amor delectare plu-
rimum ſolet: is tamen qui ex bono coniugali ꝑcipitur ac manat: tantam
& tam incredibilem uoluptatem præ ſe fert: ut nihil in uita poſſit eẽ iucũ
dius. Ad huiuſmodi autem amoris honeſtatem ac iucunditatem acce-
dit magnitudo utilitatis: quæ quidem tria cum i uniuerſa uita expetun
tur tum in amicicia maxime. Nam quam aliam amiciciam huic neceſſi
tudini caritatique coniugali anteponamus? Non enim coniuges nõ poſ
ſunt rationem habere & augendæ & conſeruandæ rei familiaris cum ob
uniuerſam domũ tũ ob liberos ꝓcreatos uel procreãdos: quorũ uitæ di-
gnitatique conſulere naturæ etiam ductu impellimur. Erat ſanc apud la
cedæmonios iis: qui ad ſenectutem uſque uitam cælibem duxiſſent per
inde atque propoſita quædam ignominiæ nota: quippe qui nihil in po
ſterum propagandæ reipublicæ conſulere uiderentur. Quo factum eſt — Dercyllides
ut generoſi illius adoloſcentis dictum in Dercyllidan improbaretur a
nomine. Nam nec tu mihi qui ceſſurus ſit: genuiſti. Non enim aſſurre-
xit dercyllidæ adoleſcens: neque honorem: quem mors crat a minoribus
præſtari grandioribus natu: ei exhibuit. Et quiſnam dubitet eum: qui ui-
tam ut uiuat actiuam: infamiæ crimine uacare non poſſe: ubi ſine uxo-

re uixerit:cũ uel diuino præcepto creſcere nos ſemper oportet: ac multi-
plicari:& quadam naturæ lege gignere nobis ſimiles. Itaq; non abſurde
ueſtri uobis parẽtes ut ſunt uiri graues & ſapiẽtes:nec inutiliter proſpexe
Margarita runt:cum tibi Margarita arcimbolda pulcherrima:pudiciſſimaq; puella
Antonius tum item tibi generoſe adoleſcens equeſq; aurate Antonii cribelle: quos
non modo nõ aduerſantes:ſed quãmodiſſime obtemperantes uolũtati-
bus adhortationibuſq; paternis hoc laudatiſſimo & optimo ad procreã
dos liberos ſacramẽto inuicem uideam cõiugari. Et eĩm reliqua omnia
ſacramẽta humanæ ſunt & inuẽtionis & inſtituti.Matrimonium uero ſo
lus deus ipſe cõſtituit & ĩ primis parẽtibus:quod modo dicebatur: & ĩ de
litiarum horto:qui a græcis                    paradiſos dicitur.Igitur non
paradiſos ignorare uos oportet:quæ ſint tãti ac tam præclari muneris bona:quæ tri
plicia uiri ſapientiſſimi eẽ uoluerunt.Nam primum poſitum eſt ĩ fide:al
terum in prole:tertium in ſacramẽto.Et ſacramẽto quidem cauetur: ne
diuortium fiat:ſed omnia quæ ad regendum matrimonium ſuſcipien-
doſq; liberos attinẽt:ſancte inocẽterq; ſeruentur. Quod autem munus
ad prolem ſpectat:illud eſſe uolunt:ut & pie ſuſcipiť:& alatur benigne:
& educetur religioſe. Fides uero omnem fugat intemperantiam libi-
dinis:quo uinculi cõiugalis tam in uiro quam in uxore ſanctitas pro mu-
tua dilectione perpetuo cõſtet.Et ne ſim prolixior quam & locus & tem-
pus & perſonarum poſtulet dignitas:iis in præſentia prætermiſſis:quæ ꝓ
rei magnitudine per multa dicenda eſſent:ego uos ſpectatiſſimi coniu-
ges monere:hortari:rogare:obſecrare:obteſtari non deſinam:ut nihil uo
bis potius ducatis q̃ & dies & noctes habere ante oculos deum:ad quem
unum mẽtem omnem cogitatuſq; ueſtros q̃ piẽtiſſime referatis:quo tan
q̃ præſente atq; uidente omnia:nihil omnino neq; agatis neq; dicatis:ne
q; meditemini niſi caſtæ & cõtinenter.Sic eĩm omnia erũt uobis optata:
atq; felicia.Quod autem ſecũdo loco uobis arbitror obſeruandum: ad-
hibete diligentem operam:ut parẽtibus maioribuſq; ueſtris ornamento
Nicolaus arci-boldus laudiq; ſitis. Tu eĩm Margarita nata es Nicolao arcimboldo clariſſi-
mo iuriſcõſulto ac uiro diſciplinarum omnium laudatiſſimarum doctiſ
Vrſina ſime erudito cõſilierioq; ducali ſapiẽtiſſimo & optimo.Matre autem ꝓ-
batiſſima ac nobili Vrſina canoſſa. Nam quid ego commemorem tot
ac tantos uel paterni uel materni ſanguinis nobiliſſimos magnificoſque
uiros:palauicinos:rubeos:ſolianos:torrellos:archenſeſq; comites:cum ĩ
hoc uno Nicolao arcimboldo tanta ſit uirtus:tantus ſplendor:ut cum oĩ
antiquitate poſſit de ſapientiæ & ĩtegritatis laude contẽdere?Tu autem
Guilielmus co-mes Antoni ea cribellorum familia natus es:quæ diuum Guilielmum origi-
ne comitem auctorem generis habens non mediolani ſolum illuſtris ẽ:

& præpotẽs: ſed ĩ uniuerſam Italiam nõ belli minus quam pacis artibus cognita: quoꝝ ego ſingulorum eximias laudes ſi uelim ſingillatim perſe qui: nullam neq; temporis nec loci rationem ſim habiturus. Vt eĩm ſilentio prætercam & Vrbanum tertium ſummum eccleſiæ Romanæ põtificem & alios permultos uel epiſcopos uel belli duces: ad hæc & iuriſconſultos & philoſophos: quibus familia tua eſt iam pridem ſplendidiſſimi celebritatem nominis omnium gẽtium teſtimonio aſſecuta: ſatis tibi ad optimarum actionum imitationem exemplo ſint uel pater tuus uir magnificus Vgolinus comes: uel patrui ipſi duo cũ reuerendiſſimus pontifex nouarieſis Iacobus philippus tum comes Antonius humanitate pru dẽtiaq; inſignis. Prætereo eĩm conſulto affines reliquos atq; propinquos tuos: quorum numerus eſt prope ĩfinitus: ne iudicer q̃ par ſit: ĩ dicẽdo cu rioſior. Tu uelim ad domeſtica exempla quibus debes ad omne ꝓbitatis generis mirifice iſlammari: utaris etiam illa qui ſemper ſoles: bonitate in genii tui. Fac obſecro: ut quam de tua laude expectationẽ cõcitaſti: hanc nõ minus in hoc fauſto & benecõueniẽti coniugio: q̃ in cæteris uitæ par tibus ſubſtineas atq; tuearis. Volat eĩm adoleſcẽtia alis pernicibus & oĩs ætatis flos breui momẽto langueſcit. Sola uirtus ſtabilis eſt poſſeſſio ſola incommutabilis: quæ tãetſi ĩ omni uitæ ſtatu eſt utilis: in matrimonio tum maxime neceſſaria. In hoc eĩm reipublicæ ſeminarium cõſtituitur: quod niſi omni uitio uacauerit: nunq̃ ab bonam frugem ſit peruẽturum Sed de his ſatis. Iam ad ea ueniamus: quæ materno ſermone paucis trãſi genda ſunt. Mediolani. vii. Kaľ. Iulias. M. cccc. lviii.

Vrbanus pontifex

Vgolinus comes

Iacobus Philippus epſ

Antonius comes

## ORATIONES DIVERSAE.

FRANCISCI PHILELFI ORATIO AD PIVM SECVNDVM Ponti. maxi. habita Mantuæ in publico uniuerſaliq; Conſiſtorio pro Duce Franciſco Sphortia die Martis quartodecimo Kaľ. octobres. M. ccccl viiii

c VM ESSEM PATER BEATISSIME NOMINE Atq; iuſſu humaniſſimi pricipis huius mei Frãciſci ſphortiæ ĩclyti Mediolanenſium ducis apud ſanctitatem tuam ĩ tãto hoc & tam florẽti ſplẽdidiſſimoq; cœtu uerba facturus de rebus maximis & clariſſimis & cum neceſſariis tũ xpianis oĩbus nõ mediocriter cõducturis: nõ poteram equidem nõ ſubuereri: ne idem mihi accideret: quod grauiſſimis ac ſummis & oratoribus & philoſophis uſu aliquando ueniſſe tradiť. Nã &. L. craſſus cum paternã ulturus iniuriã apud. Qu. Maximũ foret aduerſus. Gn.

Exordium

Fr. ſphortia dux

L. craſſus

Qu. maximus

Gn. carbo

Tyrtamus theophraſtus carbónem cãm acturus:ne uerbũ quidem pótuit emittere.Et Tyrtamus cognométo Theophraſtus pauca admodum uerba apud Athenienſem
Athenienſes populum dicturus obmutuit.Demoſthenes uero talis ille tãtuſq; orator
Demoſthenes apud Philippum regem Alexandri patrem orationẽ habiturus idem eſt
Philippus rex paſſus.Nam quid dixero de eloquẽtiſſimó uiro eruditiſſimoq; philoſo-
Alexãder pho.M.Tullio Cicerone? Nõ ne in cauſa illa nobiliſſima Titi annii milo
M.Tull.cicero nis fortiſſimi uiri & optime de ſe meriti ita expalluit:ita tremuit:ita de-
T.annius milo fecit:ut ineptius nunq̃ orauerit? Hæc igitur mecum repetens pater bea-
tiſſime animoq; uolutans tum huius loci ornatiſſimi amplitudinem at-
q; maieſtatem:tum incredibilem tuam diuinamq; ſapiẽtiam merito op-
timoq; iure expaueſcebam:nequid incipienti mihi : quod nollem acci-
deret.Sed iam ne plane recreat:ac reficit mitiſſimi tui iſtius uultus atque
Roma animi facilitas ſingulariſq; illa benignitas : quam nuper in urbe Roma
coram ipſe de te expertus maiore cum fiducia ad dicendum uenio. Vt
Narratio ad rem propius accedam:hic optimus priceps meus ut ẽ ſanctitatis tuæ:
& ſacri huius collegii cardinalium uniuerſæq; Romanæ eccleſiæ obſer-
uãtiſſimus:cum uideret:quanto cum ſtudio & diligentia & labore icum
beres ad uidicandam xp̃ianam rempublicam:ex atrociſſima & teterri-
ma ſeruitute turcorum ĩ priſtinam ſuam & libertatem & dignitatem: idi
gnum profecto & iniquum a ſe factum iri exiſtimaſſet:ſi abs te tantope-
re perhumaniterq; accerſitus ad cõſtitam diem minus ipẽ : quamprimũ
ueniſſet in pulcherrimum hũc perilluſtremq; cõuentum tot uenerabiliũ
patrum & dominorum & principum.Intelligebat enim ĩ tanto rerum di
Petrus apl's ſcrimine quo tota religio noſtra fluctuat:celeritate plurima opus eſſe:ne
dum præſtolando conſultandoq; ſerius tempus teritur:diui Petri naui-
cula ante naufragio obruatur:quam tabernaculo fuerit rudẽtibuſq; mu
nita. Itaq; poſthabitis omninoq; prætermiſſis cæteris negociis ſuis om-
nibus quæ circa noui pricipatus ſui adminiſtrationem ĩ tantis huius nó
ſtræ tumeſcẽtis fluctuãtiſq; Italiæ procellis atque tempeſtatibus:neq; par
ua nec leuia eſſe poſſunt:ecce ut uides:nõ inuitus paruit ſalutiferis ad-
monitionibus & ſanctiſſimis iuſſis tuis:quippe qui ut eſt uir non minus
ſtudioſus religionis & pietatis quam & ingenti animo & cõſilio:animad
uertebat te pontificem maximum & ſanctiſſimum non ſine cauſa ĩ tan-
Mantua to itineris labore & ĩfirmitate corporis:& apoſtolico illo ſolio Mantuam
cõceſſiſſe:& uniuerſos xp̃ianæ fidei pricipes ac reges conſultandi feren-
Confirmatio & cõfutatio dæq; opis gratia ĩſtanti neceſſitati litteris ac nũciis cõuocaſſe.Nam quid
magis decet xp̃ianum hominem quam non modo pecunias atq; uires
ſuas pro illius nomine gloriaq; offerre ſed etiam ſemetipſum ſi opus fue

rit: deuouere: qui ut ipſi uita frueremur æterna: cum e domino ſeruus fie ri tũ crudeliſſime & per omne ignominiæ genus mori uoluit. Oh diuinã illam clæmentiam. Oh liberalitatem & munificẽtiam obſtupẽdam. Tu pro nobis xp̃e optime maxime: quo illius originalis delicti & perpetuæ culpæ reos inexpiabili facinore liberares pudẽdam acerbiſſimãq; mortem nõ ſolum non recuſaſti: ſed ultro etiam atq; perlibenter depopoſciſti Nos autem ita ſimus impudentes: ita ĩgrati: ita mentis ac ſenſus inopes: ut facultates noſtras atq; uitam ipſam ſi ſit opus: quam a te uno gratis accepimus: in tanta tui nominis iactura & contumelia tibi repetenti reddere dubitemus? Abſit a regibus & prĩcipibus xp̃ianis tantum dedecus tantum opprobrium tantum nefas. Quid enim reliqui prĩcipes ſint facturi pater beatiſſime: quorum opes ac uires maiores formidabilioreſq; ſunt: quãdo unus hic Frãciſcus ſphortia ne dilectiſſimis quidem & fratribus & filiis parcere decreuerit: modo poſſit aliquam opem ſalutemq; afferre huic ſalutifero pientiſſimoq; operi? Nouit certe princeps prudentiſſimus nos eſſe natos nõ nobis ſolis: ſed bonis omnibus: ſed toti fidei xp̃ianæ. ſed immortali deo xp̃o Iheſu redemptori noſtro cuius ĩnocẽtẽ & ſanctiſſimam ciuitatem pati ludibrio eſſe diritati immanitatiq; turcorum turpiſſimum eſt & dedecoroſum in primis. Eo enim omnis ĩdignitas ducenda eſt indignior: quo ab indignioribus infertur hominibus: ſi homines quidem potius quam afferate prorſus & truculentiſſimæ quædam bælluæ Turci ſunt appellandi: cum nihil in ſe humanitatis habeãt præter hominis figuram & eam ſane ob flagicioſiſſimam turpitudinis fœditatem deprauatam ac nequam. Quis unus omnium turcos ignoret fugitiuos eſſe ſcytarum ſeruos eoſq; paſtores: qui ex ergaſtulis illius uaſti & in hoſpitabilis montis Caucaſi cum in perſida ac Mediam latrocinatum deſcẽdiſſent: nullũq; certum incolerent domicilium præter obſoleta luſtra & horrẽtes ſyluarum latebras: primum Iuſtiniani temporibus ad helleſpontum uſque clandeſtinis inſidiis impetum facientes: eodem ductore & collatrone perditiſſimo Bocchano urbem oppulentiſſimam Boſphorum repentina ui captam diripuerũt. Deide ubi laxius ut homines humiles abiectique negliguntur: contemnunturque: imperante conſtantinopoli Alexio comneno tantum rebus ſuis incrementum fures obſcuriſſimi continuis latrociniis attulerunt: nam quid non conſequatur aſſiduitas? Vt iam auderent aperto etiam marte cum imperio illo orientali de principatu contendere. Vſu enim fieri quottidie uidemus: ut quo quis humiliore ignobilioreque natus genere fortunæ ĩpudentia uſus fuerit: eo ſe arrogantiorem inſolentiorem ſuperbiorem præſtet. Et ne ſim ĩ re minime iucũda narrãdo prolyxior: ubi turci p

Xp̃s Iheſus

Turci

Scythæ

Caucaſus

Perſis

Iuſtinianus ĩperator

Helleſpontus

Bocchanus

Boſphorus urbs

Cõſtãtĩopolis

Alexius cõnenus imperator

Theodorum cãtacuzenum:qui Iohãnem palæologum ut pupillũ & ge-
nerum impius circũſcriptor patrito auitoqꝫ regno fraudarat : ex aſiatica
Myſia in thraciam callipoli ad helleſpõtum tradita perinde atqꝫ ſocii ſũt
traducti:nũc ſocerum nũc generum Horcane ductore fallentes:ut ſũt ad
omne improbitatis genus procliues atqꝫ anhælantes:breui temporis cur
riculo magna ex parte thracia occupata:duce Amoratho Horcanis filio
in triballos:qui nũc ſerui appellant̃:irruere:Quo in loco ubi magna utrĩ
que cæde iam perpetrata Amoratus a Lazaro ſtrenuo atqꝫ fortiſſimo tri-
ballorum duce:qui ſe pro patria immaculatam hoſtiam deuouens cum
duodecim intrepidis commilitonibus in caſtra ipſa ĩtra crudeliſſimi ſce-
leratiſſimique tyranni tentorium impetum fecerat:multis uulneribus cõ
foſſus occidit̃. Huic ubi Baiſetes filius ſucceſſiſſet non re minus fulmen
quam nomine:id enim Baiſetes turcorum lingua ſignificat: non ſolum
theſſalia chriſtianis & Boetia eſt erepta:ſed ipſa etiam noua Roma Con
ſtantiuopolis ita uallata & preſſa diuturna obſidione oppugnationibus
que continuis & tremendis:ut profligato iam ad Nicopolin Sigiſmũdo
rege hungariæ cum tanto & tam rebus omnibus ornatiſſimo exercitu
fortium uirorum ad trecentamillia poſt internicionem tãtæ Gallorum
nobilitatis poſt ludibripſam & barbaram ac ſpurciſſimam cõtumeliam
tot principum tot ducum poſt iam prope extinctum chriſtianum & no-
men & cultum ni repente Chriſtus Iheſus qui ſe de inimicis ſuis cum inĩ
micis item ſuis ulciſci dignatus eſt. Thomyrin maſſagetam cognomẽto
taberlanum quoniam pede altero eſſet claudus:cum inumerabili firmiſ
ſimoqꝫ miſiſſet exercitu:ipſa inquam noua Roma conſtantinopolis ex
illo uſqꝫ tempore & capta ui eſſet & uerſa ĩ prædam. At noluit tum deus
omnipotẽs tãtam paci ĩdignitatem:quin potius perſpicue omnibus gen
tibus declarauit fruſtra eſſe humanos cogitatus omnis qui diuino care-
ant auxilio. Victus ẽ igitur & captus illico a Thomyride tamberlano ful
mineus ille & horribilis Baiſetes nulla pugna nulla cõcuſſione haſtarũ
nulla enſium uibratione ſine ullo prorſus ſagiptarum iactu : Nam ante
uniuerſus Baiſetæ exercitus fugæ turpiſſimæ terga dedit:quam deſcen-
ſum eſſet in aciem. Oh mirabilem dei prouidentiam. Oh incomprenſi-
bilem immenſamqꝫ potentiam. Oh caritatem:qua nos complecteris: in-
finitam. Et nos miſeri nondum reſpicimus? non reſpicimus? captus igi
tur & nõ multo poſt obtruncatus per multam contumeliam ille tam po
tens tam elatus tam formidabilis Baiſetes cum nõ nullos filios reliquiſ-
ſet:cæteris demum deinceps omnibus per Sultanum fratrem ſtrangula-
tis arquus neruo ex quo poſtea cyricis dictus ẽ:ſolus hic ſultanus cyricis
in tyrranida ſucceſſit nihilo quidem minus quam Baiſetes pater chriſtia

Theodorus catacuzenus
Iohãnes imperator
Myſia aſiatica
Thracia
Callipolis
Helleſpontus
Horcanes
Amorathus
Triballi ſerui
Lazarus
Baiſetes
Theſſalia
Boetia
Conſtãtinopolis
Nicopolis
Sigiſmundus rex
Galli
chriſtus Iheſus
Thomyris tãberlanus
Sultanus turcus
Cyricis

nis perniciosus. Nam & Myſos qui citra Danubium ſedent: & ultra Danubium Balacchos & Moldauiam ſubiugauit: adiecitq;: quicquid mari ægeo Ionioq; adiacet præter ſolam pellopõneſum ad illiricos uſq;. Qui poſteaquam animam efflaſſet: ſecutus eſt Amorathus filius ob amorathum proauum ita nominatus. Is omnium primum poſt ſtrangulatum Muſtapham fratrem urbem cõſtantinopolin permagno & acerrimo munitus exercitu obſedit mẽſibus tribus: oppugnauitq; fortiſſime: quo tempore illic me cõtinebam diſciplinæ græcæ cõſequendæ gratia: quam ubi nequiſſet expugnare: agro igni ferroq; uaſtato abiit adortus Theſſalonicam in macedonia: quæ turcorum metu Venetis ſe dediderat. Hanc poſteaquam dies tris continuos oppugnat: tandem expugnat: agitque ĩ prædam. Murum Iſthmi qui pellopõneſum per continẽtem ab ægeo ad ionium pelagus tutabatur: cum cepiſſet per incolarum proditionem: ſolo æquauit inde abacta ingẽti præda. Qui ubi ſæpenumero pugnaſſet cum hungaris & id quidem infeliciter: demum ubi apud Barnam cum iiſdem hungaris manum cõſeruiſſet: eſſetq; unius Iohãnis Vaiuodæ clariſſimi belli ducis calliditate ſummaq; uirtute ſuperatus atq; ingẽti cum cæde in fugam uerſus: factum eſt ſubito audacia atq; animoſitate regis Vladiſlai: ut e uicto uictor euaſerit hungaris cũctis nõ tam fugatis quam per ſubitam animorum cõſternationem ob intolerabilem dolorem quẽ ex interempto rege animo cõceperant: ultro fugientibus. In qua quidem chriſtianorum fuga illud uulnus uel maximum nomini chriſtiano infixum eſt: quod Iulianum cæſarinum ſanctæ crucis cardinalem uirum uero dignum Romana eccleſia hũgari fruſtra a fuga reuocantem crudeliſſime trucidarũt. Amorathum autem hunc nõ multis poſt annis maiores calamitates ĩ chriſtianum populum ærumnaſq; mollietem peropportunæ mors e medio ſuſtulit relicto Mahometo filio uno certe omnium qui ſunt: fuerũt: futuriq; ſunt: impuriſſimo adoleſcẽte & omni immanitate immaniore. De hoc autem tetro diroq; portẽto de hoc ĩquam tam truculẽto tam ſcæuo tam horrẽdo tam funeſto prodigio quid dicẽdum qd ſentiẽdum quid tenẽdum ſit: neſcio. Illud certe ſcio nemiem unquam alterum ex omni hominum memoria extitiſſe: qui breui adeo tempore tãta trepidatiõe atq; terrore uniuerſum prope terrarum orbem affecerit. Et ne id quidem mirum. Quas eĩm calamitates unus hic alter impius & abominabilis mahometus tam paucis annis xp̃iano populo ĩtulit? Nobiliſſimum illud oriẽtalis imperii emporium Nouam Romam Conſtãtinopolin: heu miſeram noſtram ĩfelicemq; tempeſtatem: num latiſſimi illi altiſſimiq; muri craſſiſſimæq; turres: quæ ſingulæ munitiſſimas arces repræſentabant: cũm uiderentur omni adamante ſolidiores: num ulla

Myſi
Danubium
Balacchi
Moldauia
Aegeum mare
Ionium mare
Pellopõneſus
Illarici
Theſſalonica
Macedonia
Veneti
Iſthmus
Hungari
Barna
Iohãnis uaiuoda
Vladiſlaus rex
Iulianus cæſarinus cardĩalis
Mahometus tyrãnus
Noua roma
Cõſtantinopolis

hominum aut īgenia aut uires tutari potuerunt: quo minus a turcis captum & immiſerabilem ac luctuoſiſſimam prædā uerſum omnibus gentibus ſit exemplo nihil eſſe nobis ſuperbiēdum? Nōne paulopoſt Pellopōneſus eodem tacta fulmine periit? Quid enim Triballos quid Illiricorum quid Dalmatiæ reliquias commemorem: quos omnis aſſiduis īcurſionibus & incendiis præmit: ac perdit idem nefarium abominabileque monſtrum? Verum quid triballos memini? Hos enim Mahometus iam omnis ægit in ærumnoſiſſimam ſeruitutem. Nunc ultimo exitio pannoniis imminet. Eoq; faciliorem ſperat de iis uictoriam: quod Spendorobū triballorum emporium expeditum per danubium tranſitum in Hungaros præbet. Hungari uero ipſi etſi ſunt tum animorum ferocia: tum robore corporum pæritiaq; bellandi aduerſus turcos aptiſſimi: tamen quia inteſtinis ſeditionibus aſſidue inter ſe digladiātur: ſunt ad rem tantam tāq; neceſſariam imbeciliores. Quo fit: ut niſi propediem a cæteris xpianis principibus eorum imminēti: extremoq; periculo ſuccurratur: indubitato ſint perituri. Illius autē populoſiſſimi regni bellicoſiſſimiq; euerſio: quod omen deus auertat: quantam ſit cladem cunctis xpianis illatura: quis eſt tam rerum inſcius: qui ignoret? Expergiſcimini ergo: expergiſcimini tādem principes & populi xpiani: ferte periclitātibus auxilium ferte Chriſto Iheſu: ferte uobis ipſis: ferte filiis uxoribuſq; ueſtris. Nolite pati per deum immortalem: nolite pati tantam peſtem tātam perniciem aduerſus xpianam rempublicam diutius inualeſcere: icrudeſcere debacchari. An ignoratis fore: ut ſubiugatis hūgaris: qui nobis clipeo ſunt & muro: continuo uobis ſit de ueſtra & libertate & gloria ſaluteq; pugnandum? Laudatur a uiris ſapiētibus &. L. Brutus & Manlius Torquatus: quod proprios filios uirgis cæſos ſecuri percuti iuſſerint ducti illi quidē ut aiunt: alter diſciplina rei militaris alter ſalute patriæ. Laudatur Curtius: quod ſe in profundiſſimum terræ Hyatum illum periturus præcipitāt: quo metu mortis patriam ſolueret. Laudātur tres decii pater & filius ac nepos: quod in extremis reipublicæ periculis ſeſe deinceps pro patria deuouerint. Laudatur. M. Attilius regulus: qui ut fidem hoſti ſeruaret ad acerbiſſimos corporis cruciatus ad dedecoroſiſſimam contumeliam: ad indubitatam mortem redire nō dubitarit. Laudātur inquam: Laudātur cum alii multi tum phileni & Codrus: qui honeſtam mortem turpi uitæ ingēti animo præferre pertulerint. At hos omnis qua ratione ductos arbitremur? Alia nempe nulla: niſi ut umbratilem & inanem huius ſæculi gloriam uel mortui uiderentur aſſecuti. Nos autem qui ad huius uitæ celebrem gloriam æternam quoque atq; cæleſtem gloriam ſimus aſſe

Pellopōneſus
Triballi
Illiryci
Dalmatia
Pānonii
Spēdorobus
Cōcluſio particularis
L. Brutus
Mālius torquatus
Curtius
Decii tres
M. attilius regulus
Phileni
Codrus rex

cuturi:cunctabimur diutius obuiam ire pulcherrimis glorioſiſſimiſque triumphis. Iam tandem feliciſſima ſigna in barbaram turcorum illam & abiectam ſeruilemq; nationem tollenda ſunt te auctore & duce atque uexillifero pontifex Maxime piétiſſime Pie ſecunde:qui chriſti uices in terris gerens omnia pro animi tui magnitudine & incomparabili ſapientia diuinaque uirtute cõſtitues:geres:moderabere:perficies. Quis adeo ſit a fide chriſtiana alienus:quis ita abhorrens ab omni humanitate: qs tam ſuis rebus ſibique aduerſus:qui in re tam pia tam neceſſaria tã laudabili tam utili beatitudini tuæ parere ſubterfugiat.atque nolit uitam ſuam ſi ſit opus:deo offerre:quo tanto dedecore amariſſimoque flagello chriſtiana reſpublica liberetur. Nam qđ ad Franciſcum ſphortiam mediolanẽſium ducem principem meum attinet:hic eo conſilio abs te accerſitus eo animo huc uenit:ut omnia ſit pro tua & ſacroſanctæ romanæ ecclesiæ uolũtate:iuſſuq; facturus. Non modo enim & uniuerſam tibi ſubſtantiam & exercitum ſuum omnem pollicetur ad hanc rem tantam: tã ſanctam tam deo hominibuſque acceptam ſed fratres etiam ac filios: p̃ſertim cum non ambigat cæteros quoque principes regeſq; chriſtianos idem ſiugulos pro ſua facultate facturos. Ac multo ſane alacrius & libentius ipſemet præſtantiſſimus princeps meus:ut eſt inuicto & excelſo animo religionique deditiſſimus & ſanctitatis tuæ obſeruantiſſimus in tam præclarum tamq; ſalutiferam expeditionem proficiſceretur:ſi p Italicarum rerum conditionem ei liceret.

Concluſio generalis

Fr.ſphortia dux.

Franciſci philelfi ad uiros Papienſes oratio congratulatoria de creatione Iacobi Borrhomæi Vitaliani comitis. f. ad dignitatem & gradum epiſcopalem.

Exordumi

n ON POSSVM EQuidem Viri papienſes & uos cæteri Patres ampliſſimi non uæhementiſſime uobis eccleſiæque ueſtræ gratulari:quod eum tandem pontificem eſtis adepti: cui ad decus & ad gloriam nihil eſt: quod deeſſe inſigne queat. Videtis enim diuina benignitate eum uobis contigiſſe.epiſcopum Iacobum iſtum Borrhomæum præſentem hic coramq; aſtantem:quem eẽ magno ſplendore præditum:magna doctrina magna fide: magna religione non fama uaria: aut dubia. Sed longo uſu: & multiplici experientia didiceritis. Quæ dum mecum ipſe conſydero:tum uobis gratulor: quibus cupio eẽ quamoptime:tum

mihi gaudeo:cui ſecūde res ueſtræ omnes nō letæ eſſe nō debent: Nam
priſtina illa ueſtra maximaq; merita quibus hic iampridem docēs & pu
plice ſum a uobis & priuatim ornatus:nullus unquam obliuionis interi
tus e memoria mihi deleat.Quare cum noua hæc & peroptata præſen-
tis pōtificis creatio communem mihi uobiſcum uoluptatem afferat:quā
tum hodierno die ab immortali deo nobis bonum oblatum ſit:breui ſal

Narratio

tem oratione recēſendum exiſtimo. Cum papienſis pōtificatus ſedes
annos compluſculos iam uacaret:& ingens competitorum numerus ma
ximis opibus & ſtudiis ad tātæ dignitatis faſtigium niteretur:idque per-
ſæpe fruſtra temptatum eēt:quippe quod nō humani ſed diuini potius

Chriſtus op. Max.

fauoris opiſq; indigeret: proſpexit opportune Chriſtus optimus maxi-
mus huic rerum difficultati:qui nō quod ipſi uolumus: ſed quod nobis
optimum fore nouerit:multo ante deliberat. Itaq; eodem fere tempore

Philppus Mari a anglus
Eugenius

& chriſtianiſſimus princeps noſter philippus Maria Anglus & ſummus
pontifex Eugenius:qui Chriſtum in terris gerit:uterq; ueluti diuino quo
dam afflati numine Iacobum borrhomæum reliquis omnibus reiectis
ac repudiatis competitoribus:nihil tale neque petētem nec cogitantem
eadem mēte communiq; cōſenſu epiſcopatui papienſi præeſſe uoluerūt

Diuio trimēbris
Honoſtas
Vtilitas
Iacunditas

Quæ quidem res triplicia mihi bona illa uidetur eſſe complexa:quæ ad
bene beateque uidēdum maxime expetunt̄:honeſtatem.utilitatem.iucū
ditatem. Harum autem pulcherrimarum laudum cāpum quoniā nō
tam prolyxe diſſerere:quam attingere paucis tempus iubet:& ſi cupiebā
ita dicendo explicare:ut non modo fruges & fructus omnis feracitati hu
bertatiq; reſpōderet:ſed nihil omnino relinquerem aut deſertum aut in-
cultum:oratione metiar expedita magis & circunſcripta quam ambienti

Cōfirmatio .i. & cōfutatio

& locupleti. Et ut eodem proſequar ordine:quo propoſui:quoniā ho-
neſtum id ducit̄:quod uirtute conſtat:quid honeſtius papienſi epiſcopa
tui quid pulchrius quid illuſtrius cōtingere potuerit:quam quod eum ſi
bi pōtificem uidet oblatum:cuius uirtutes & multæ ſint & ſingulares in
primis? Cum enim ueluti duo quedam itinera quorum altero ſe
ituros altero peruenturos ad diuinam illam & incommutabilem bo-

Scientia
Sapientia
Actio
Contemplatio
De ſcientiæ p[ar]tibus
Temperantia

nitatem arbitrātur: mortalium animis ſint propoſita ſcientia atq; ſapi-
entia:ita in utroq; Iacobus borrhomæus uel ab ineunte uſq; ætate uerſa
tus eſt & agendo & contemplando:ut ne grandioribus quidem natu ui-
ris eruditiſſimis & eiſdem religioſiſſimis unquam ceſſerit:Nam cum ſci-
ret quibus præcepuis in hac temporalis uitæ fragilitate exerceri ſe oppor
teret:omnium primum ita ſemper temperantiam coluit:ut nullis cupi-
ditatibus uictus:nullis uoluptatum illecebris labefactatus:id aſſiduis ſu
is laboribus laudatiſſimiſq; operibus effecerit:ut nihil ſibi facilius ſit ni

hil uſitatius nihil antiquius uita ſobria & pudica. Quod cum in omni ætatis curſu tum in adoleſcentia difficillimum factu ſit:id magno nobis argumento eſſe debet hunc diuino quodam munere facillime adeo potuiſſe tam indomitas atque effrænatas corporis bælluas uinclis iugoque rationis obtemperantes ſibi & obſeqūetes reddere. In iis autem domandis ſubiugādiſque nō fortitudinis minus quam temperantiæ & moderationis adminiculis uſus eſt:quibus nixus omnes blādientium appetitionum inſidias atq; irruptiones nō modo conſtantiſſime ſuſtinuit:ſed etiā acerrime fudit:ac proſtrauit. Non.n.eſt inſcius probatiſſimus hic pontifex eum qui peſtiferis animi perturbationibus liber non ſit:omni turpitudini ſeruire. Nec ullum eſſe iniuſticiæ genus:cui alacri animo non occurrat:non pareat:nō ſe penitus dedat Quare omni ope atq; opera ſemper ſtuduit:ac ſtudet:ut nihil agat:nec meditetur:nec cogitet quicquam quod a iuſticia ſit æquitateq; alienum. Nec id iuſticiæ munus ducit:ut laceſſenti cuiquam noceatur:quippe quod cum feris cōmune ſit:quæ uix cuiquam nocent:niſi fuerint laceſſitæ:Sed prohibere iniuriam:& prodeſſe omnibus in media iuſticia ſitum putat: Nam prudentiam quæ ꝓpter uarios caſus inopinatoſq; rerum euētus uix ſenectuti omnino concedit̄ ita callet:ac tenet:ut nihil uſquam in humanis actionibus accidere poſſe uideatur:quod uel cōſultando uel gerendo aut icognitum ſibi aut minus prouiſum futurum ſit. Prudentiæ autem omne & iuſticiæ & fortitudinis temperantiæq; officium nō ad aures popularis:ſed ad dei gloriā ſemper refert. Humanos enim fauores omnis ita admittēdos arbitrat̄: quoad huic itineri:quod aditum parat ad deum:impedimento eſſe non poſſint:Nam has omnes uirtutes quibus gentilitas gloriatur: non tam propter ſe cenſet expetendas:quam quod ſapientiæ:quæ ſola perducit in cæleſte ſpectaculum:ueluti proſcænia quædam ſint. Itaq; maxime omnium pietatem colit:Quid enim diuino cultu agere poteſt aut melius aut pulchrius? Nam ſi id eſt bonorum omnium maximum: ad quod reliqua bona omnia quæ ducuntur:referri oporteat:deum ipſum duntaxat noſtram eſſe felicitatem ſiquis ignorat:omnem uim boni naturamq; ignoret. Felicitatem autem omnes uolunt:quam qui norint:ꝑpauci ſūt: Non enim in hiſce terrenis ſordibus ac cœno hominis bonum collocatum eſt. Id omne cælitus eſt petendum. Inferiora hæc omnia & infirma ſunt & inſtabilia & caduca. Quod uero & incommutabile eſt & ſummū & ſempiternum bonum:ſola nobis ſapientia pollicetur: quæ ita rerum caleſtium ueritatem diligenter inquirit:atq; contemplatur:ut non prius conquieſcat:quam ad diuinum ſplendorem illum uſq; peruenerit. In huiuſmodi inq̄ ſapientiæ lumine ſeſe intuens Iacobus borrhomeus liquido

Fortitudo

Iniuſticia

Prudentia

Sapientia

Pietas

perſpicit nihil eſſe humanō generi præſtabilibus nihil magis optandum
q̄ omnes ſuas & actiones & cogitatus referre ad deum:qui ſolus colēdus
Cōfirmatiō .ii. ſit & omni religionis & fidei ſinceritate unice uenerandus. Sed quoniā
& cōfutatio de honeſtatis parte locuti ſumus:iam ad utilitatis rationem noſtra ten-
dat oratio:Nam quanquam id ſolum eſt utile?quod ſit honeſtum: cuiuſ
modi tamen alia quædam ſeparatim utilitas ex hoc pontifice ſit in papi-
enſem epiſcopatum & in uos item uniuerſos emanatura:breuiter cōple-
ctar.Latere uos id nō puto:quod eſt etiam peregrinis luce ut ita dixerim:
clarius:conſueſſe plæroſq; pontifices ſuperioribus iampridem tempori-
bus papienſem eccleſiam permagnis detrimentis afficere : alios quoniā
eſſent inopes:alios quoniam expleri nō poſſent: Quare cum hi nollent
pecuniis abſtinere:nequirent autem illi parcere:ſe utrique pernicioſos in
rem eccleſiaſticam præſtiterunt.Nihil autem huiuſmodi eſſe de præſen-
ti pontifice uerēdum tum eius probatiſſimi mores docent:tum paternæ
diuitiæ ac ſplēdor.Nam quopacto aliena uł auferat uel ſurripiat : qui ul
tro ſua beneficentiſſimeque conferre ſit ſolitus?An eſtis obliti:quanta li-
beralitate ſemper ſit uſus Iacobus borrhomæus:& cum apud uos inge-
nuis artibus ſtuderet annos nō nullos:& cum paucis ante menſibus hoc
ipſo in loco pōtificii iuris inſignibus quampulcherrime ornaretur?Quis
enim omnium dici queat:qui ullo uel humanitatis uel facilitatis uel be-
nignitatis & munificentiæ genere cum hoc uno ſit conferendus ? Quod
ſi & adoleſcens & abbas nihil ſibi laudabilius eſſe cenſebat quam bene-
facere quam æqui & boni noſſe tuerique rationem quid nūc iudicandū
Vitalianus cō- eſt de uiro plane ſapienti religioſiſſimoque epiſcopo?Atqui huius pater
mes uir magnificus & illuſtris Vitalianus comes iis facultatibus atq; opibus
fretus eſt:ut magni putet intereſſe ad decus & ad laudem ſuam:ſi omēs
ſemper intelligant ſuos quoſque aliis nullis quam paternis & ſuis locu-
petatos eſſe diuitiis.Quod quidem cum aliis permultis in rebus tum in
ſacris templis apparatuque diuino quottidie oſtendit non coniecturis &
argumentis quod facere nō nulli ſolent,qui uideri quam eſſe malunt li-
berales ac benefici:ſed magnis muneribus magniſque impenſis.An for-
taſſe neſcimus diui Barnabæ mōaſterium cui noſter hic ampliſſimus pō
tifex in hāc uſq; diem ſua maxima cum laude abbas præfuit:quanta pri
Diui barnabæ mum inopia mendicitateque premeretur?Non fundi omnes prædia om
monaſterium nia ædes omnes ſuperiorum abbatum uel auaricia uel negligentia fœ-
nore rapiniſque perierant? Non hæc omnia uidemus unius Vitaliani
pergrandi auro ſingularique induſtria nō modo recuperata reſtitutaque
monaſterio ſed ita amplificata & in cumulum aucta : ut nunquam eius

cenſus aut maior fuerit:aut expeditior aut liberior?Eſt enim comes Vitalianus pro ſuo ingenti animo eodemque regali non minus ſplendidiſſimis moribus præſtantiſſimiſque uirtutibus quam fortunis ornatiſſimis & maximis.Quare quicquid habet:Tantum autem:habet:quantum alius in Italia unus nemo:id omne cum bõis habet commune:Nam quod in bonis & claros homines beneficium confert:id nõ tam dare quam accipere exiſtimat. Itaque mirari neminem decet:ſi in huius quidem unius hominis uita tanta eſt apud diuum principem noſtrum auctoritas tãtum conſilium tanta fides:ut non tam oret:quam exoret omnia. Quæ certe res quanto etiam uobis omnibus uſui ſit futura:licet uel me reticẽte cognoſcere. Tertius locus erat iucunditatis:quæ quanta eſſe debeat:non ſolum ex honeſtatis utilitatiſque ratione æſtimari oportet:ſed ex ipſa quoque ui propria & natura iucunditatis. Triplex eſſe bonum in animo contemplationis actionis iucunditatis:quam eandem uoluptatis nomine appellant:& alii plures inclyti excellentiſſimique philoſophi & Ariſtoteles locupletiſſimus teſtis eſt.De ſapientia & uirtute antea percurrimus.De tertio autem bono nõ pluribus tranſigamus quam rei atque temporis ratio poſtulat.Per multi ſunt:qui uoluptatem uitio dent:hi nomen magis neſcio quo pacto quam rem ipſam fallaciter expendentes. Sed uoluptatem quam ipſe honeſtiore uerbo ſi quẽ forte uoluptatis nomen offendat:iocunditatem nomino quippe quæ & mente & ſenſum iuuet:quanti fieri conueniat: perſpicue docet chriſtiana etiam ueritas. Quod enim præmium nobis aliud eſt futurum uigiliarum laborumque noſtrorum:quos plurimos & maximos ad ſinceritatem fidei & dies obimus & noctes:quam peremne quoddam & infinitum gaudium : quo in uidenda coramque contemplanda ineffabili dei eſſentia & animo & corpore quãiucundiſſime perfruemur?Nam ſi quis eiuſmodi uoluptatem ſtatuat:quam Sardanapalus ille rex aſſyriorum aut Smindyrides ſybarites ſecutus dicitur:hic non multum differat a pecude.Sed nos eam uoluptatem ponimus:qua bene inſtitutus animus & in hac uita fruitur : & in illa perfruitur.Huiuſmodi autem uoluptatem uos capturos uiri papienſes ex præſenzia & conſuetudine huius ueſtri pontificis non ſum neſcius:Cum enim perſpexeritis humaniſſimi huius patris ſuauitatem : uitæ integritatem ſingularem modeſtiam morum ſanctimoniam lenitatem grauitatem iſignem expreſſamque probitatem:qui uos plurimum & monẽdo & hortãdo & docẽdo & cõſulãdo & ſubueniẽdo iuuet:nõ poteritis affici nõ mira iucũditate. Quæ cũ ita ſint recte uobis lætãdũ ſentio:q talẽ ſacerdotẽ eccleſiæ ueſtræ præfectũ eẽ uideatis:qualẽ poſt illa pria tẽpo

Cõfirmatio .iii & cõfutatio
Triplex animi bonum
Contemplatio
Actio
Iucũditas
Ariſtoteles
Voluptas
Vñ iucũditas
Sardanapalus
Smidyrides
Peroratio

[Syrus] ra diui Syri:in cuius hoc ſacratiſſimo templo hæc a nobis habetur ora-
tio:alterum nunq̃ ullum habueritis.Habetis inquam eum epiſcopum:q
& ſciētia rerum temporalium nemini agendo cōcedat:& ſapiētia cultu-
q; diuino:uiris etiam religioſiſſimis antecellat. Tantam uero ſit uobis
utilitatem iucūditatemq; allaturus:quātum a plæriſq; ſuperioribus pon
tificibus & detrimēti fuerit & ægritudinis importatum.Tu autem pater
ampliſſime Iacobe pōtifex ages omnia gereſq; pro ingenio & cōſuetudi
ne tua hoc ē ingenue īnocenter moderate abſtinenter caſtæ pudice con-
tinēter.Omnia ad religionem refert oīa ad pietatem.Expectationē quā
de tua præſtanti iſigniq; uirtute apud omnes mirabiliter cōcitaſti : hanc
para nō modo ut ſuſtineas atq; tuearis:ſed amplifices etiam:ac exupes.
[Eugenius] Reſpōde Eugenii de te iudicio reſpōde opinioni pricipes noſtri:q te quo
niam bonæ ſpei adoleſcēs uidereris:decimonono ætatis anno abbatem
eſſe uoluit:& hoc tempore nōdum natum annos octo &uigiti:quia cum
ætate ſimul bonitate proceſſeris:ad epiſcopalem dignitatem amplitudi-
nēq; promouit:eo(ut mea fert opinio)animo ac mente:ut ad maiorē lau
dis atq; honoris gradum auſpiciis ſuis:ductuq; perueniās: ſi nō te mino
rem geſſeris epiſcopū : quam fuiſti abbas.Memineriſq; eo tibi maiorem
neceſſitatem additam ad uirtutis & nominis claritudinem quo non infi
mo aliquo & humili genere natus es:ſed Vitaliano patre:qui nō modo
[Vitaliāi unde] maiorum ſplēdore ſed multo etiam magis ſuis laudibus ac meritis: & il-
[Vitalianus rex] luſtrem ſe omnibus & admirādum reddiderit.Nam quāquam Vitalia-
[Iuſtinus rex] norum familia nobilitatis & originis ſuæ Vitalianū regem Iuſtini regis fi
[Diua Iuſtina] lium & diuæ Iuſtinæ patrem qui ex Antenoris troiani poſteritate fluxiſſe
[Antenor] traditur:auctorem memorat:& nōnulli poſt hunc reges ad Attilæ uſque
[Attila] humorum & Totilæ illius in chriſtianos flagelli gotthorumq; procellas
[Totila] Patauii Venetiæq; regni ſucceſſionem geſſere:deinde tamen ut res hu-
[Gotthi] manæ plæræque omnes labiles caducæque ſunt paulatim præclarum il
[Patauium] lud & præpotēs Vitalianorum nomē ſimul cum opibus & fortuna exte-
[Venetia] nuatum in id calamitatis iciderat:ut nō lōge abeſſet ab iteritu.Itaq; diui
[Vitalianus] na quadam ope immortaliq; beneficio Vitalianus hic ſplendidiſſimus
Pater tuus quaſi ſol quiſpiam Vitalianis omnibus iam prope obſcura-
tis tempeſtiue illuxit:qui noctem late omnia occupantem ſuis radiis tol
leret : incubantibuſque tenebris altius fulgens ſerenitatem lucemque i
[Cicero] ferret. Quare quod in ſuam laudem Cicero iactare aliquando con
ſueuit: maioribus ſe ſuis præluxiſſe : id de ſe Vitalianus iure profi-
teri meritoque poſſit. Igitur non mediocris tibi opera danda eſt : ut
quod perpulchre facis & laute tui patris uiri optimi & hominis ma-
gnifici diſſimilis nō ſis.Nō eni minor ei ī te uno ſpes repoſita eē debet q̃

in fratre tuo uiro clariſſimo Philippo ipo borrhomæo paternæ gloriæ atque uirtutis æmulo & repoſitam uidemus & conſtitutam. Voluta præterea tecum animo: quantum munus ſuſceperis: qui & ſis & nomineris Epiſcopus: Quoquidem nomine idcirco ab homero iuterdum hectora honoris gratia appellatum inuenimus: quod & rex eſſet: & ſpeculator: & tutor: & altor. Rege igitur etiam tu Chriſti hunc opimum & ampliſſimũ gregem tuæ fidei & tutelæ commiſſum pro tua integritate & excellenti iuſticia diligenter ac ſedulo. Quid agendum obſeruandumque ſit: & dies tecum ſpeculare & noctes. Bonos omnis quam ſtudioſiſſime tuere: conſtantiſſimeque defende. Qui ſe flagitii & facinoris quam probitatis maluerint pietatiſq; participes: digna cenſuræ ultione compeſcendos cura. Hæc ſi pro tua ſingulari grauitate atque uirtute feceris: nõ modo pulcherrimo tuo nomini & muneri ſatiſfacies: ſed omnipotenti etiam deo te gratiſſimum reddes & cunctis hominibus acceptiſſimum.

Philippus borrhomæus

Epiſcopus qd ſignificet

Chriſtus

M.ccccxlvi. ſeptimo Kal. octobres papiæ:

Canzon morale di Franciſco philelfo a dio omnipotente in commendatione & raccommendatione dil Ill. principe Philippo maria anglo a lintrata dil ueſcoue di pauia Iacobo borrhomæo.

Ignor che pur di nulla fatthai il tuto
f I ciel col ſolo inſieme e lauree ſtelle
Tra laltre coſe belle
Che prodeceſti p tua gratia e duono
Sel mio iudicio. e. buono:
Non mi par la minor ne di men frutto:
Che un tal lume al mondo habbi produtto:
Il qual ſi aduanza di uirtu e di honore
I prencipi e gli re e ciaſchun ſire
Per le ſue opre mire:
Come fa il ſole o moſtra il ſuo ſplendore
Tra gli ſpecchi piu chiari
Di lethereo pol: o ſon men rari
I lampeggianti lumi el gran fulgore.
Queſte quel gran ſignore:
Che per mare e per terra e il piu nomato:
Chalchunaltro: che ſia in uita pregiato

Quando la terra ſſorzandoſi uolle
Produr di ſe il glorioſo parto:
Premendo ciaſchunarto
Acioche non naſcieſſ coſa molle
Ma dura e fiera e folle
Partori di giganti il grieue ſtuolo
Per dare affanno e duolo
Achi laueua brugiata e pria ſomerſa.
Ma gioue per ſentita la ſciocheza
Ela uana baldeza
Di lorgoglioſa terra:hebbe diſperſa
In brieue ſpatio lira
Digliabbattuti corpi:in cui ſaggira
La diuina uendetta in lor riuerſa.
Ben fu punita e perſa
La terrena audatia el uan conſiglio:
Che uolle icõtra il ciel drizar ſuo artiglio

Ma il cielo in cui mahgior ſaper ſe ſtende
Per ſua gloria monſtrar con uero effetto
Quanthauea dentro al petto :
Tutto per humilta col uiſo chino
Al ſommo amor diuino
Nulla occoltando ſcuoure:o piu facẽde
Dimandando merze: il perche prende.
Giuſta licenza e gratia al parto occolto
Di darci quello triumphal monarcha:
Il cui intelletto uarcha
Tutti li ſenſi humani:peroche tolto
Dal celo:oue piu alto
Labitacol diuin lempyreo ſmalto
Donque il ſydereo globo in ſe racolto
Partori il nobil uolto
Di philippo Maria anglo poſſente
Pregio & honor di tutta humana gente.

Heroica ſtatura in coſtui ſorge
Celeſtial ſaper ingegno & arte
E come gioue e Marte

Sempre in piacere e tranquillo ripoſo,
Eſtato glorioſo
Se regge.e ſerba.e degna pena porge
A ſuoi nimici:qualunque ſaccorge
Hauer cuor di gigante a ſe rubello:
Coſi a tutto prouede il mio ſir giuſto
E comel buono auguſto
Igiuſti exalta e deprieme ognom fello
E ſol per pace hauere
Soſtene ogni fatigha al ſuo potere:
Amando il ſeruo come car fratello.
Qual Cleobis qual Tello
Non.e.remunerato di ſuoi affanni:
Sien di coſtui infiniti igiorni e glianni.

Alegrar donque o popolo paueſe
Col cuor giocondo e con lauiſta lieta
Te puoi:quando tal pieta
Vedi il tuo ſire il tuo padre benegno
Hauer di te:che degno
Tha giodicato in cui lui ſia corteſe:
Vedere ben puoi:ſel duca milaneſe
Ama la tua quiete il ben.la pace:
Quando di tal paſtor tha honorato:
Il cui ingegno.e.ornato
Di doctrina e uirtu e fede uerace.
Figliol dil ſuo buon ſeruo
Conte Vitalian:cogni ſuo neruo
Metter per gliſuoi amici mai li ſpiace.
Qual donque.e.quel che tace:
Che meco iſieme al ſõmo dio non facia
Per coſtui preghi con le ſteſe braccia:

Omnipotente dio
Che tutto uedi.e regi.e ben gouerni:
Per gli tuoi imperii eterni
Con humilta te ſupplicamo tutti:
Che ferui.e guardi il noſtro ſignor pio
O dolce ſignor mio.

Per quegli amari e ſaporiti frutti
Morendo e riſorgendo
Riceuoti da te uero miſſia
Sol per riſtuor di noſtra colpa hauēdo
Pieta di noi che eſſendo:
Il delitto impunito
Ciaſchunera nel ſuo ben far perito.
Degnati il tuo Philippo Anglo Maria
Guardarlo dogni inciampo e ſorte ria

Eodē anno & die & loco

Franciſci philelſi oratio de laudibus Lazari ſcarāpi epi̅ ad cōmenſes.

Lazarus ſcarāpus

Epiſcopus & Rex

Homerus.

Hector

Epiſcopus qd Græci

Euangelium

i Nſtitucti mihi uiri commēſes uerba apud uos facere cum de epiſcopali dignitate tum de ip̄o ueſtro epiſcopo Lazaro ſcarāpo:quē præſentem hic corāq; uidetis:haud equidē facile dixerim:uter maior dicēdi labor de dignitate ne an de homine ſit oblatus.Vtraq; ſane res tanta eſt & tam nobilis tam magnifica tam excellens:ut uix ulla ingenii ui:ulla orationis copia uideatur eſſe cōtenta.Scimus enim ut hic primum aggrediar: ab heroicis uſq; temporibus eodem epiſcopum eſſe nomine regēq; appellatū: id quod apud Homerum de hectore licet animaduerti. Et ne id quidem abſurdum.Quid eim̄ aliud Epiſcopus ſignificat apud græcos:quam inſpectorem:ſpeculatorem:cuſtodem:cōſultorēq;:& ultorem:ac ꝓpoſiti cōpotem? Rex enim omnia diligenter inſpicit:omnia prouidet:quæ ad tutandum regnum & amplificandum attinēt:ſuis præmiis bonos ꝓſeq̄ns: ac dignis animaduerſionibus malos afficiens.Et quoniam nihil agit incōſulto:nihil imprudēter:quicquid ꝓpoſuit efficit.Hæc eadem certe mēs idem animus epiſcopo in eccleſiam eſſe debet:& eo ſtudioſior atq; propenſior:quo humanæ res cūcte ne cum minima quidem alicuius diuinæ rei particula cōferri poſſunt. Enimuero quis fidelis atq; doctus xp̄ianus minus nouit a xp̄o optimo maximo eſſe epiſcopos quaſi reges ſuis eccleſiis iſtitutos.Ipſe enim cum adhuc eſſet i terris manum apoſtolis ſuis imponens eos ordinauit epiſcopos:iuſſitq; ut irent i mundum uniuerſum:& omni creaturæ euāgelium prædicarent ac dicerent regnum cæleſte appropinquaſſe.Ad hæc ut curarent:ſanarētq; infirmos:mortuos ſuſcitarent:mundarēt leproſos:dæmonas eiicerent:perml̄taq; alia i ſuo nomine facerent:quæ naturæ diuinæ ſunt:non humanæ.Iheſus inq̄ ſalua-

tor noſter huiuſmodi præſules inſtituit:id quod Apoſtolus paulus ſpiri- tui ſancto aſcribens ait. Attendite uobis & uniuerſo gregi : in quem uos ſpiritus ſcũs poſuit epiſcopos regere eccleſiam Ieſu chriſti. Atq; talium ſa cerdotum tanta eſt amplitudo & ita ſublimis gradus:ut eos angelorum nomine ĩ Apocalipſi appellatos inueniamus. Accipimus enim epiſcopũ munus a primis inde tpĩbus illud in catholicis eccleſiis extitiſſe:ut pplˀos docerẽt:ipſiſq; ea annũciarẽt:q̃ ad gloriam pertinẽt ſempiternam. Qua- re cũ in apocalipſi iubentur angeli pœnitentiam agere:nõ de iis ſermo ẽ angelis:qui & in corporei ſunt:& quorum alteri ob efferatam ingratitu- dinem peruicacẽq; ſuperbiam æternis ſuppliciis ſunt addicti:alteri humi les & accepti memores beneficii longe abſunt a terrena contagione : ſed de hominibus potius:q q̃diu in uita ſunt:obnoxii ſunt peccato. Nec eĩm epiſcopi qui humani quidam ſunt angeli:quoniam diuina præcepta ac redemptoris noſtri Chriſti Iheſu uolũtatem nũciant:ſine peccato eẽ ullo pacto poſſunt. Atqui põtifex ipſe quem præcipui honoris cã ſummũ uulgo appellamus:aliud quicq̃ nihil habet egregium:quã quod epiſco- pi eſt proprium. Quis enim eſt alius ſummus põtifex quam eccleſiæ Ro- manæ epiſcopus? Et ſingularum quidem urbium epiſcopi dici pontifi- ces & poſſunt & conſuerunt:qui quãquam in ſuis eccleſiis ſunt maximi ac ſummi:eo tamen minus dicũtur:ut quem cæteris pontificibus lex præ eſſe uoluit:is honorificẽtiore epitheto ornaretur. Sed quoniam paucis oſtendimus eundem eẽ in eccleſia dei epiſcopum:quem & regem & an- gelum uocamus:reliquum eſt:ut de hoc ipſo Lazaro ſcarampo:qui felici quodam diuinoq; auſpicio epiſcopus uobis contigit:non quæ dici lau- dando poſſent:ſed quæ non dici iniuſtum ſit:breui oratione perſtringa- mus. Vidi plerũq; nonnullos qui cum maxime ſtudent aliquem lauda- re:eas potiſſimum laudes cõquirunt & conſectantur:quæ alieni ſunt iu- ris:nec præſtari a nobis poſſunt. Nam patria & parentes: quæq; alia uel fortunæ uel corporis ſiue bona ſiue commoda ſint dicenda quamcun- q; merentur laudem:propterea ſcilicet mærentur:quod iis moderate pru denterq; utamur:quãdiu adſunt. Fragilia enim & caduca ſunt:nec ĩ no- ſtra poteſtate poſita. Aliud profecto nihil præter uirtutem & rationem af ferre poſſumus:quo de certi quicquam habeamus magnũq; polliceri. Bona animi noſtra ſunt:quæ fortunæ omni contempto impetu nullam uim morbi nullam temporum mutabilitatem nullum ĩcommodorum turbinem contremiſcũt. Itaq; uera omnis ac perfecta laus poſita eſt : & collocata ĩ ſola animi præſtantia. Quid eĩm memorem Lazarum epi- ſcopum eſſe nationem ligurem:familia uero ſcarampum. At Ligures ĩ Italia quales ſint:qualeſq; ſemper fuerint:nemo ſane rerũ paulo peritior

Paulus apľs

Angeli

Apocalipſis

Ligures

ignórat.Nam ut tempóri obſeqns ſilentió prætercam:quæ præclara quã
ꝗ permulta facinora tempeſtate noſtra ligures ſæpe geſſerint:& nũc etiã
gerant:tradũt nobiles nõnulli rerum ſcriptores tum latini tum græci ab-
Aborigines
origines extitiſſe:qui maiore ex parte imperitarent Italiæ:cum ĩ eam tro
Italia
iani primum ueniſſent ænea duce.Aborigines uero alios nullos eẽ quã
Troiani
ligures:ita nominatos:quod montani ſint populi.Horos eĩm græce mõ-
Aeneas
tem ſignificat.Nam liguria prope tota mõtuoſa eſt & ardua ob idꝗ ge-
nus hominum acre atꝗ bellicoſum. Inter ligures autem ſcarampi pro
ceres ſemper habiti ſunt illuſtres:& id quidem in omni laudis ac probi-
tatis genere.Quot iurecõſulti:quot in omni doctrina magnitudine eru-
ditiſſimi & eloquentiſſimi uiri:quot equites aurati e ſcaramporum fami
lia prodiere? Quid eĩm repetam in præſentia priſcum illum & iclytum
auctorem huius generis ac nominis ſcarampum:qui ex Aragonum re-
Italia
gia in Italiam profectus poſt res ſplendidiſſime geſtas in liguria cõſedit:
cum floruerit ſemper ſcaramporum domus & fortiſſimis belli ducibus:
& religioſiſſimis plæriſꝗ atꝗ ampliſſimis nobiliſſimarum Vrbium pon-
tificibus.Itaꝗ mirandum non eſt:ſi ſcarampis proceribus cum præſtan-
tiſſimis prope omnibus primariiſꝗ familiis non ligurum & Inſubriũ mo
do:ſed totius huius galliæ ciſalpinæ affinitas ac ſumma neceſſitudo cõ-
Ligures
tracta eſt.Omitto reliquas clientelas amicitias uires facultates:qbus ſca-
Inſubres
rampi proceres plurimum pollent.Prætereo conſulto ĩ medium afferre
Gallia ciſalpĩa
uel Antonium huius auum:uel Rainaldum patrem.quorũ uirtus & do-
mi & foris tanta eſt habita & tam celebris:ut eorum nomen nulla ſit anti
Antonius
quitas deletura.Satis enim hic unus Lazarus epiſcopus ſuperque eſt:qui
Rainaldus
omnem de ſe laudem queat profiteri.Non is ꝓfecto eſt Lazarus:qui ſuũ
Lazarus
iactet clariſſimum genus:qui aliena laudet:cum ſemper ſtuduerit non
aliũde ſed ex ſeſe ipſo potius deoꝗ pendere. Nam quid de hoc tã ſan-
cto & ſapienti præſulæ ueſtro Viri comẽſes primum ducamus laudandũ
Num eximiam formæ bonitatem?Quæ tanti fieri in principibus conſue
Priamus
uit:ut non dubitauerit tragicus ille de Priamo loquẽs ita affirmare. Pria
mi quidem ſpecies meretur imperium.Quod ſi materia ſequitur formã
natura:quis ambigat animi præſtantiæ debere corporis excellentiã oẽm
reſpondere? At fit ſæpe malo hominum more:ut naturæ probitas depra
uetur.Eo igitur maiore admiratiõe dignus ẽ Antiſthes hic ueſter: quod
omnia fit ſemper natura duce pro animi ratione non minus féliciter cõ
ſecutus:quam diligentiſſime ſecutus. Omnem inquam corporis di-

gnitatem omne robur:omnem ualitudinem cum animi ſanitate:& ui: atque pulchritudine cōformauit. Quare cum intelligeret ad tantam naturæ bonitatem accedere opportere bonam quandam præſtantemq́ doctrinam:hanc tanto ſtudio:tanta induſtria:tanta diligentia eſt amplexus: ut non diuina poetica:non regina humanarum rerum oratoria: nō optimarum omnium artium procreatice philoſophia contentus ſeſe penitus ſacrorum librorum lectioni Theologiæque dediderit.quibus in rebus tantum ualet:ut omnium opinionem ſuperarit.Nec ſibi aliud quicquam boni propoſuit unquam ī uniuerſa uita: q̄ quod ipſa ueritas quæ ſolus eſt deus:deſinierit. Nam per huiuſmodi ſapientiæ genus ſe facile aſſecuturum exiſtimabat quod uerum & incommutabile atq́ ſempiternum foret. Quid enim uerecundos eius memorem continentiſſimoſq́ mores:cum nulla ſit omnino uirtutis pars:cuius aſſidua conſuetudine priuatum ſe uoluerit? Præ cæteris autem iuſticiam atq́ pietatem præcipua quadam cura & ueneratione proſequitur. Solebant priſci illi gentileſq́ philoſophi qui dicuntur: uirtutem ſequi non tam uirtutis gratia:quam ut inanem hominum gloriam uenarentur. Itaque ſtudebant: quod eſt ſimulationis proprium: magis uideri boni quam eſſe.

Theologia

Omnes eorum uigilie atque peregrinationes qui ſeptem exiſtimati ſunt ſapientes in græcia: referebantur ad humanæ gloriæ nebulam. Idem ſtoici: idem Academici:& peripatetici:reliquique ſocratici faciebant. Quæ nam mens uel pythagoræ ſamio: uel agrigentino Empedocli fuerit: tum illius auratum femur: tum huius inhiatum ætnæ præcipitatio dilucide declarat. Nam Romani quod aut pro patria ſe deuouerint:aut filios interemerint: aut tot tantoſq́ labores exanclarint: uel acerbiſſimos cruciatus morteſque pertulerint: quid aliud quam nominis immortalitatem apud homines affectabant? Non enim ullam ii ſibi omnes: ſi recte uelimus iudicare: certam uirtutem expreſſamque proponebant: ſed adumbratam quandam ac fucatam uirtutis imaginem. Nam uera & indubitata uirtus ſuis nixa hærenſque radicibus nihil habet ſupra ſe maius nihil præclarius nihil præcioſius: quod aut bonum aut expetendum cenſeri oporteat. Quo fit: ut ſolus deus ea ſit: atque ſola uirtus: a qua tanquam abundantiſſimo & perenni atque inexhauſto totius uirtutis fonte noſtri omnes & cogitatus & actiones debent emanare eoq́ referri. Nec enim in terris ulla eſt hominis gloria præter eam:quæ cum cæleſti gloria ſit coniuncta. Qua

Iuſticia
Pietas
Gentiles philoſophi
Sapiētes
Stoici
Academici
Peripatetici
Socratici
Pithagoras
Empedocles
Aetna
Romani
Virtus

Lazarus ſcarā-pus

re cum Lazarus ſcarampus ab uſq; puero ī eo ſe uirtutis genere accurate
ac ſummo cum ſtudio exercuiſſet:quod ī agēdo uerſatur:mox ieūte ado
leſcētia ad ueritatis perſpiciētiam animum cōuertit.Intelligebat eīm ge-
neroſus adoleſcēs īferiora hæc oīa & mutabilia eſſe & obnoxia īteritui.
Sola ea quæ ī cælo diuiaq; ſunt:nulli caſui ſubiecta eſſe:planeq; ſempiter
na.Itaq; ab aſſidua exercitatiōe ſciæ ad ſapiētiæ ſtudium ſeſe cōferēs:tā-
tum ea ī re breui tempore profecit:ut cum maxima ſui nomīs claritudīe
iuris pōtificii ornaretur īſignibus.Et qm̄ noſſet nō idcirco diſcēdum eſſe
ut quæ pulcherrima optimaque ſunt:ſciamus dūtaxat:ſed multo etiam
magis:ut ſecūdum ea:quæ didicimus:operemur:quicquid egregii & cō-
ſpicui tot laboribus & lucubratiōibus ſuis per diſciplinam fuerat aſſecu
tus:id ita uſu quottidiano ſibi fecit familiare:ut oībus ambiguum reddi
derit:utra præſtātior iudicādus eſſet actiōis ne laude an cōtemplatiōis.
Vtraq; certe uæhemēter excellit:adeo ut nemini cōtēdēdi ſecum ī hac oī
gallia ſpem reliquerit tāta eſt eius dicēdi facūdia:tāta legum & ſacrorum
canonum memoria:tāta rerum uariarum & laudatiſſimarum ī diſſeren
do ſubtilitas. Mirari ergo neminem decet:ſi ī tot ac tātis & externis &

Pius pont.

ſuis bonis Lazarus Scarampus eſt a ſummo pōtiſice Pio cæteris omibus
in electiōe comēſis epiſcopatus ſine ulla cōtrouerſia prælatus:qui & mul-
ti & grauiſſimi uiri nō mediocri īter ſe cōtentione ad id ſplēdidiſſimi mu
neris ferebātur.Nō enim erat ignarus pater ſapiētiſſimus nemīem opor-
tere aliis præeſſe ī eccleſia dei:qui ſit ullo genere laudis iis īferior: quibus

Fr.ſphortia

præeſt.Accedebat ad rem quod nō ſine cauſa tāti hūc fieri ītelligebat: a
præſtātiſſimo prīcipe noſtro Frāciſco ſphortia:cuius animi magnitudo:
cuius ſplēdor īgenii:cuius tāta eſt uirtus:ut omni pœne antiquitati uide
atur anteponēdus.Quid enim humaniſſimus prīceps noſter hūc minus
diligat:minus amet:quem norit nō modo eſſe obſeruātiſſimum ſui re-
rumque ſuarum ſed plane talem:quem oīs honos & oīs dignitatis gra-
dus debeat cupere atque exoptare?Quamobrem ut & prīcipi noſtro quā
optime de ſe merito gratificaretur pater beatiſſimus:& eccleſiæ ueſtræ ui

Comēſes
Lazarus ep̄s

ri Comēſes cōſuleret ſaluberrime:hūc uobis Lazarum delegit epiſcopū:
qui & uobis ānunciaret:quæ dei ſunt:& eam doctrīam traderet:quæ ad
ueſtræ ſalutis atquæ cæleſtis gloriæ rationem attinet. Veſtrum igitur
munus erit:ut hūc cum omni fide ac pietate audiatis:& eius ītegerrimis
paterniſque inſtitutis diligentiſſime obtemperetis:ſi cupitis uobis atque
ueſtris omnibus bene & perbeate conſultum iri.Habetis enim præſulem
eruditum.eloquentem.ſobrium.pudicum.facilem.benignum.affabilem
omni præditum humanitatis officio.omni bonitate inſignem:cuius ad-
monitionibus parere honorificum eſt. Tu autem pater ampliſſime etſi

minime uereor fore:ut omnia regas atq; adminiſtres moderate & ſapien ter:tamen pro mea erga te obſeruantia non deſinam dignationem tuā monere:hortari:obſecrare:ut cogites etiam atq; etiam:qu itam ſimul cū hoc ipſo auguſto epiſcopatus faſtigio molem ſubis:cum ſit epiſcopus nō minus operis atq; honeris q̄ honoris nomen. Quid eīm aliud in eccleſia eſt epiſcopus quam rex in Chriſto Iheſu? Exerce igitur officium regium. Quid enim inter regem atq; tyrannum itereſt? Illud nempe ſecundum Ariſtotelē: quod tyrānus:ut eſt cōis quidam bonis omnibus: teterrimuſq; hoſtis:omnia refert ad utilitatem cōmodumq; ſuum. At rex quaſi animus reipubli. quoniam omnia ſibi cum ciuitate ducit eē communia: nihil ſibi priuatim quærit:nihil uult:nihil admittit:quod idem cūctis ciuibus non ſit ueluti proprium. Ita etiam tibi faciundum cenſeo. Cura:quæ ſunt eccleſiæ. Huic uni ſtude. Huic inuigila. Ad huius emolumentum & dignitatem cogitatus tui omnes referēdi ſunt. Ita enim præeſſe debes ut proſis:quibus te præeſſe uoluit deus. Paſce oues meas:præcepit dominus. Quod uni Chriſtus iuſſit epiſcopo:id eſſe & tibi & epiſcopis cæteris iuſſum exiſtimato. Qui eīm rex in eccleſia & angelus diceris: gere etiam te paſtorem. Neq; id tibi turpe ducendum eſt: cum nobiliſſimus poeta homerus appellet etiam Agomemnona ſæpenumero paſtorem populorum. Vt enim paſtor ouibus ſuis a lupo metuens ex aliqua ſpecula oculis attentiſſimis luſtrat circunquaq; omnia:nequid detrimenti per iſidiatorem ſuum īportetur:ita etiā tibi acerrimo īgenio iter & iter ſpeculādum eſt: ne fruſtra ſis nominatus ſpeculator hoc eſt Epiſcopus. Nam qd̄ ſit diligentis paſtoris officium Iheſus ipſe docet ī Euāgelio:cum ait ſe eē paſtorem bonum & non mercenarium:qui cum paſtor non ſit is: cuius ſunt oues propriæ:cum primum uiderit lupum uenientem:illas dimittit ac fugit. Lupo relictis ouibus rapiendis diſpgendiſq;. At paſtorem bonū cuius ſunt oues:facere ſecus omnia. Nam quia nouit eas ſua intereſſe: ne animam quidem ſuam pro illis ponere uereri. Inſpice igit̄ quam accuratiſſime omnia:quæcūq; ſint eccleſiæ commenſi conductura:nullum detractans laborem:nullūue uitæ quidem periculum reformidans. Nam ſicut nihil eſt ut inquit Ambroſius:Epiſcopo excellentius:ſic nihil miſerabilius:ſi oues ſibi commiſſas neglexerit. Paſce igitur oues Chriſti. Earum ſaluti proſpice: quibus cuſtos quibus ſpeculator es datus. Quod ſi tu illa omnipotentis dei:quam ſub prophetæ Ezechielis perſona epiſcopo ipſi quid obſeruandum ſit:præcipiunt:uerba quæque conſyderaueris:nunquam errabis. Speculatorem inquit dedi te domui Iſrael. Audiens ergo ſermonem ex ore meo annūciabis eis ex me. Si autem

Rex
Tyrannus
Ariſtoteles
Deus
Iheſus
Ambroſius
Ezechielis
Iſrael

uideris gladium uenientem:& tu non annunciaueris:ut reuertatur impius & a uia ſua:ipſe quidem in iniquitate ſua morietur:ſanguinem uero eius de manibus tuis requiram. Si autem annunciaueris: & ille non fuerit reuerſus:morietur ipſe quidem i iniquitate ſua. Sed tu animam tuam liberaſti. Satis enim tuo officio pater integerrime fungaris: ſi populo Commenſi ac reliquæ tuæ eccleſiæ:quæ iuſſit dominus pro ſingulari tua eruditione annūciaueris:ſi quæcūq; ad animarum ſalutem pertinēt: grauiter eloquenterq; docueris:ſi operam quantum in te fuerit:dederis: ne relicto calle cæleſtis patriæ in miſeriam deruant ſempiternam. Ad quæ quidem omnia quoniam liquido ac perſpicue animaduerto tua te ſponte mirifice incitatum:nihil eſt:quod oratione ſim longior. Noui enim inocentiam tuam. Noui ſanctimoniam uitæ. Noui magnitudinem & altitudinem animi. Noui prudentiam & conſilium. Noui iuſticiam. Noui pietatem. Nunc exprome:quæſo:recōditos theſauros tuos iuſtos non pecuniarum:quibus unus omnium liberaliſſimus es: ſed ſapientiæ cæterarumq; uirtutum:quibus es omnibus admirandus. Scis eum fidei: & religioni tuæ populum eſſe prouidentia diuina commiſſum: quo uix alius in uniuerſa Gallia ciſalpina eſt nobilior:utpote quod ab eadē olim Gallorum gente Comum eſt conditum:a qua & Mediolanum & Bergomum & Brixiam Veronamq; & Tridentum aliaſq; nonnullas urbis clariſſimas ac maximas priſci rerum geſtarum ſcriptores conditas tradidere.

Dominus

Comum
Mediolanum
Bergomum
Brixia
Verona
Tridentum

Quæ quidem oratio habita eſt ab eodem Franciſco philelſo Comi in eccleſia Cathedrali. xvi. Kalendas decembres anno a Natali Chriſtiano milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

## Franciſci philelfi oratio pro Theodoro plato Iureconſulto.

ſ Verat profecto æquum & ab omnibus mea ſententia plane concedendum Illuſtriſſimi principes & uos reliqui patres grauiſſimi:ut qui in dicendi acie miles haberi poſſem non modo ueteranus:ſed iam omnino emeritus huiuſmodi omni oratorio munere uacarem in tanta præſertim doctiſſimorum & eloquentiſſimorum hominum repub. Eſt enim hoc officium iuuentutis:& robuſtioris cuiuſdam feruentioriſque ætatis. Non ingenio dumtaxat ad orandum non eruditione: non exercitatione eſt opus:ſed facili quadam atque expedita linguæ mobilitate:& in celerita-

te uerborum uoce tum clara & ſublimi tum ſonora & piucũda. Quare ſiqua mihi ad dicendum adiumenta: uel natura uel diſciplina uel induſtria attuliſſet: quæ tamen corporis ſunt non animi: hæc in homine ſecũdum & ſexageſimum annum iam nato non eſſe eadem quæ in iuuenæ fuerunt: & ipſe intelligo: & alium fugere puto neminem. Itaq; ſi de laudibus huius præſtantis & perdocti adoleſcentis. Theodori plati cum pauca breui oratione perſtrinxero minus fortaſſis aliqua ex parte ſatiſfaciã expectationi de me ueſtræ: erit manſuetudinis ueſtræ: atque ſapientiæ: id quicquid deterius fuerit non tam negligentiæ a qua ſemper omnium maxime unus aborrui q̃ ætati ipſi aſcribere. Namque hoc omne quicquid ẽ oneris potius quã honoris non tã adiui q̃ admiſi: quippe q neque Theodoro ipſi deeſſe poterã: quo tempore uirtutis ſtudiiq; ſui pulcherrimis donaretur inſignibus: qui eẽt a me antea inſtitutus oratoriis ſocratiſciſque ornatus neq; huius patri clariſſimo & ſapientiſſimo iuriſconſulto Georgio plato de me perſæpe quãoptime merito i tanta eius lætitia obſequi nõ debebam. Sed quoniam hæc oĩs laudatio a legũ ac Iuris & ciuilis & põtificii ſapientia proficiſcit̃ pauca primum de initis ꝓgreſſuq; huius rei in mediũ referam. Qui primus leges inter mortales iuenerit iſtituerítq; iudicia nõ eadem oĩum eſt opĩo. Hebrei hunc Moſen fuiſſet uolunt. Atheniẽſes Cecropa. Argiui Phoroneum: a cuius noĩe forum nõ minus commode acceptũ reor q̃ ob eam rem ita noĩatũ quod eo lites cõtrouerſiæq; ferãtur. Cretenſes Minoa atq; Rhadamantum Lacedæmonii lycurgum. Aegyptii Mercurium nili filiũ cui uulcanus ſucceſſit i regnum. Perſæ uero zeroaſtrẽ. Nam latini quo ĩ legibus ferendis: quo iuniores extiterunt eo cæteris hoĩbus in hoc doctrinæ genere mirifice oĩbus præſtiterunt. Quod aũt ad Moſen attinet: hunc alii legũlatorem: ut philo iudæus ẽ locupletiſſimus teſtis: alii ſacrarũ legum ĩterprætem prodidere. Claruitq; eadem tẽpeſtate apud ſuos qua cecrops apud Atheniẽſes: quos cecropidas ab ipſius & conditoris & legumlatoris nomine appellatos eſſe conſtant. Et id quidem annis a mundi creatione ttibus millibus ſex cẽtis quinquaginta. Et Phoroneum qui inacho natus regnauit argis ſecundus annos circiter trecentos poſtea legibus argiuos ac iudiciis muniſſe. Nam Rhadamantum & huius fratrem Minoa qui Ganymedem rapuit. Europa & Aſterio natos fuiſſe longe his tribus poſteriores. Lycurgum uero quas leges lacedæmoniis tradidit a cretenſibus accepiſſe.

At Zeroaſtres rex battrianorum qui primus omnium magicam illuſionem repperit: quibus fuerit tẽporibus ſatis ea rõne patet. quod aduerſus eũ Ninus rex aſſyriorum dimicauit. Et ne ſim narrãdo ꝓlyxior neminẽ i-

Theodorus platus

Georgius platus

De legum iuẽtore

Moſes

Cecrops

Argiui

Minos

Mercurius

Zeroaſtres

Philo iudæus

Phoroneus

Ninus rex

terlegũ latores inuenio:quē antiquitate Mercurio comparē. Hunc aliis oibus legumlatoribus ꝙ longiſſime ſuperiorem:Idcirco Ioue Maiaque natum poetæ cecinere:ꝗ & mentis acumine iuguerit & prudentiſſimus fuerit. Mercurium enim auctorem fuiſſe affirmant eloquentiæ:quæ ex itellectu gignitur & prudentia eundemq; & palæſtræ & liræ & præſtigiorũ peritiam primũ tradidiſſe. Sũt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Eaco Achillis auo:cuius filium Peleũ eum argonautis aduerſus Cholcos nauigaſſe oñdit Orpheus. Quãplurimos præterea legimus: q cererem oĩum primam extitiſſe arbitrentur ferẽdæ legis auctorem: qđ eo argumento refelli põt quod cererem fuiſſe conſtat annis ab initio mũdi tribus millibus ſeptingentis octoginta:Sed q omnem illam ſuperiorẽ antiqtatem legalis ſapientia gloria ſuperarit. Solona fuiſſe contendunt: q antiquatis oibus Draconis legibus præter eas quas de cede tuliſſet:ipe leges Athenienſibus dedit:quos ob eam rõnem axes nominauit: qm̃ in ligneis axibus ſcriptæ eſſent. Et floruit qdem ſolon inter ſeptem græciæ ſapientes Olympiade quadrageſimaſeptima:uel ut alii phibent qnquageſimaſexta Piſiſtrato Athenis regnãte. Huius aũt unius philoſophi leges adeo apud omne penc hoium genus illuſtres atq; præclaræ ſunt habitæ:ut ne Romanos qdem puduerit poſt exactos reges eaſq; leges omis penitus ſublatas quæ prius ab ipo uſq; Romulo latæ fuerãt athenas mittere decem legatos:q inclytas leges Solonis peterent:qbus romana reſp. fundaretur. His in decem eburneas tabulas perſcriptis in Vrbemq; allatis & pro roſtris ad apertiorem uolentium pceptionem poſitis: propterea duæ poſtea tabulæ Hermodoro epheſio auctore in annum pximum ex publica poteſtate adiectæ ſunt:qm̃ ad tantæ ciuitatis iperium pluribus legibus eſſet opus. Et ita leges ſunt duodecim tabularum appellatæ. Deinde ſecutum eſt ius ciuile. Legis actiones. Ius elianum. plebiſcita quæ poſtea lege hortẽſis pro legibus hita obſeruataq; ſunt. Poſt hæc ius id additum neceſſario eſt quod ſenatuſconſultum noiatur. Deiceps adiecta oportune ſunt edicta prætorum:a quorum honore ius eſt appellatum honorarium. Ad poſtremum aũt principe conſtituto accepto ue illud ẽ ius introductum:quod ab unius principis uolũtate manans principale uocatum eſt:Quid.n.ſingillatim memorem aut de publicis aut de priuatorum legibus quæ priuilegia dicuntur?qd de conſularibus & tribunitiis? qd de ſatyra?qd de iure militari?qd de iure quiritiũ?quid de conſtitutionibus?qd de prudentium reſponſis?Nulla eſt prorſus neq; legis nec æquitatis nec iuris pars quam Romani aut legumlatores aut iurecunſulti intactam idiſcuſſamq; reliquerint. Non.n.in tot corũcanis.brutis. ſceuolis paulis.labeonibus.pomponiis.trebatiis.tulliis atq; aliis ppe infinitis unũ

Eacus
Achilles
Olympias
Romulus
Romani

aut Lycurgum aut Solona īuenias. Quam.n.nunq̃ in uniuerſo terrarũ
ocbe remp.excelluiſſe meminerimus:quæ cum ī oīs laude uirtutis: tum
maxime ī ſplẽdore iuſticiæ cum romanoꝝ imperio cõparari queat? Hæc
autem nõ natura ſed diſciplina primum acqritur:& ea qdem diſciplina:
quam nobis legum & iuris ciuilis & ſciẽtia ſubminiſtrat.Hæc ſane ea eſt
iuſticia quam ait Euripides Heſpero atq; lucifero magis eẽ mirabilem.
Hæc īquam una uirtus ita cũctis uirtutibus antecellit:ut q eam adeptus
ſit ſolus:bonitatis cognomẽtum adeptus exiſtimetur.Quare cum orna- Theodorus
tiſſimus adoloſcẽs.Theodorus platus ab ipſa uſq; puericia quodam na- platus
ture ductu bonitatem arderet:audiretque quottidie hãc per īſcitiam po-
tiſſimum comparari ab eloquẽtiæ ſtudio qua nõ mediocriter ualebat ad
legum & iuri s ciuilis ſciẽtiam quaſi ſulpitius qdam animum cõuertit.Et
citabat eum præterea uel paterna uel maiorum ſuorum gloria: quorum
ſe diſſimilem fore mõſtri ſimilimũ ducebat.Nõ enim erat ignarus plato
rum familiam quæ nũc uocat̃:nam priſcis temporibus platonica dicta ẽ
a platone philoſophoꝝ oīum maximo & grauiſſimo duxiſſe originem. Plato
Platonem uero ipſum q ſuo proprioq; noīe Ariſtocles dictus ẽ referre pa Ariſtocles
ternum genus in codrum regem Melanthi filium:maternum aũt ī dropi
den poetam ſolõis fratrem.At ſolona & dropiden ī nileum heroa.Hic ui-
dere licet uim ſolertiamq; naturæ nõ abſurde in poſteros etiam propaga
ri.Vt enim Theodorus ad legalis excellẽtiæ laudem raptus ẽ Solona ſcili Petrus ãtonius
cet imitatus.Ita huius frater Petrus Antonius diuino īgenio adoleſcẽs ad Platus
oratoriæ poeticæq; præſtãtiæ gloriam impulſu quodam & tanq̃ neceſſi-
tate naturæ:quæ a Dropide fratre ſolonis flueret:tanto ſe ſtudio cõtulit:
ut iam natu maioribus illiſq; doctiſſimis coæquandus iudicetur.Scimus Dropides
enim Dropiden eẽ ab omnibus poetam eloquentiſſimum & grauiſſimũ
habitum.Nam nileus adeo claruit rebus bellicis ut inter heroas numere
tur:quem etiam ipſum q̃ Petrus antonius perpulchre emuletur nouiſtis
omnes.Sed ut eo unde diuertit noſtra reuertatur oratio:qualia quantus Solon
que legumlator ſolon fuerit ex iis ſatis ſuperquem patere arbitror:quæ a Libri.x.de rep.
me modo narrata ſunt.De platone uero quid attinet prædicare?cuius li Libri.xii.de le-
bri decem de rep.& duodecim de legibus locum nullum prætermiſere: gibus.
quẽ ad oẽm iuſticie iuriſq; rõem ptinere uir ſapiẽtiſſimus iudicaſſe.Quã
uero Theodorum oporteret uæhemẽter accendi atq; inflamari ad eam
quam naturæ ſuoque inſtituto tantopere cupiebat ſciẽtiam conſequen- Georgius pla-
dam Georgii patris nomen atque honos erat in cauſa:quem uidebat in tus
mediolanenſi rep.præſtantiſſimis etiam iureconſultis doctrina & innocẽ
tia plurimum anteire ob eamq; rem adeo ualere & auctoritate & gratia Fr.ſphortia
apud diuinum principem noſtrum Frãciſcum ſpbortiam:ut de nemine dux

melius ſentire uir prudētiſſimus ſummuſque uideatur. Quam obrem cū primum ſe Ticinum cōtuliſſet id ſtudii cuius gratia profectus eſt tāto labore tāta cura tāta aggredit᷑ diligētia ut intra tertiū annum ī publica repetitione: quam uocāt ſcholaſtici: eam de ſe opinionem ī omnium aīmis collocarit: ut nulla ex parte maioribus ſuis inferior futurus cenſeretur. Videmus ſane apud nō nullos uſu plærunque fieri: ut qui adoloſcentes aſſeruatione aſpectu ꝗ̄ ſuorum liberi ſunt licentia ea oī: quam habēt: nō tam uitantur quam abutātur. Nam quod tempus in audiēdo debet legē doqꝫ conſumi: id aut in ludis aut ī comeſationibus teritur cū magno ipſorum dedecore ingētiqꝫ detrimento rei familiaris: At iſtorum talium diſſimillimus Theodorus ne pūctum quidem temporis omittebat quominus aut eruditiſſimos honeſtiſſimoſqꝫ doctores audiret: aut legēda tractaret: aut quæ legerat & tractarat litterarum monimentis commendaret Eorum autem æqualium & cōdiſcipulorum ſemper cōſuetudine uſus ē: qui aut docti & boni eſſent aut cuperēt tales effici. Sciebat enim probos adoloſcētis: ubi etiam minus improborum cōſuetudine a recto animi inſtituto flecterētur: ſuſpicione tamē deprauati moris nō uacare omnino. At eos omnis qui cæteris aut auxilium ſint aut cōſilium allaturi nō mīus famæ quam Iuſticiæ atqꝫ integritatis rationem habere oportere. Conſultoribus uero in omni quæſtione æque facillimum atqꝫ ſubtiliſſimum ſe præſtabat. Quod autem ipſe uel di cēdi uel diſſerēdi gratia quæreret: ut acute īuenerat: ita modeſtiſſime ꝓponens mirabili artificio: ad quem finem ītenderat: deducebat. Et peruicacium omnem exoſus id ſolum qđ ueritatem ſaperet: ſequebatur. Spectatiſſima. n. ingenia mendacium nullum admittūt eamqꝫ ſibi in diſſerēdo uictoriam propōi uel maximam arbitrātur: ſi a ratiōe nuſq̄ diuerterint. Præterea quod tempus uix aliis in audiēdo ciuili iure ſatis eē cōſueuit: id Theodorus platus in utroqꝫ iure penitus perdiſcēdo lōge prius abſoluit: Et ne id qdem mirū. Nō enim otio ſe debebat nullas illecebras ſectabatur. nullam᷈ faciebat ītercapedinem: totus erat ī audiēdo. totus ī legēdo. totus ī ſcribēdo. totus in diſſerendo: Quo factum ē: ut cum quarto ſtudii ſui āno docere ꝙ didicerat publice ī maxima audiētium frequētia cepiſſet. Ecce cum īcredibili admiratione oīum āno ſeptimo ex quo primum ticinēſem: ut ita dixerim: ariopagum ex noſtra mediolanēſi academia petiiſſet ab oībus ſit: ut uidetis: digniſſimus iudicatus quem utraqꝫ īſignia decorēt. Sed iam me locus ipſe atque tēpus admōet: ut poſteaq̄ de legibus ac iure ciuili locuti ſumus: paucis ꝑcurramus de iure pōtificio. Id aūt q primus apud romanos īuenerit quē nūc Pompilio anteponā: habeo neminē. Nā apud alias natiōes atqꝫ ciuitates ut uarii dii ī honore ſunt hīti: ita uarii ſupſtitiones ritus iuraqꝫ fuerūt adeo ut ēt dæmones pro diis haberent᷑. colebat eīm ſtulta illa gētilitas

Theodorus platus

Gentilitas

& bonos quos opinabat̃ & malos deos. At malos qdem ne obeſſent: bonos aũt ut ꝓdeſſent. Sed ut reuertar ab Numã. Is genere ſabinus: cũ Romulo ſucceſſiſſet ĩ regnũ: uideretq; Romanũ populũ lõga bellãdi cõſuetudine efferatũ aliud nihil malle q̃ uaſtationẽ q̃ prædam q̃ interitũ: quo illum tãdem ab ea ĩmanitate aĩ diritateq; aueteret ius põtificiũ ĩtroduxit p tripudia & ſaltatus ludoſq; ſolẽnis adhibitis ſacrificiis & carminibus: q bus placari numina ꝓpitiaq; reddi maximo ſtudio rex callidiſſimus perſuaſerat. Quæ qdem ſupſtitio ubi ſimul cum ĩperio ĩ dies magis magiſq; augeſceret: ea demũ p aduẽtum ueri & oĩpotẽtis humani generis redemptoris chriſti optimi maximi radicitus exciſa corruit. Eſtq; tempeſtiue nouum ius põtificiũ ĩpolutũq; oblatũ q a ſacris libris grauiſſimiſq; ſãctionibus cõflatũ decreti atq; decretaliũ uoluminibus ſãctiſſime continetur. Quæ certe oĩa Theodorus platus nõ audiuit & didicit ſolũ ſed etiã q̃acutiſſime edidicit: & alios q̃ſubtiliſſime & quã elegãtiſſime ſũma cũ laude docuit. Quæ cũ ita ſint: Reliquũ ẽ præclare adoleſcẽs Theodore plate ut quæ tibi humãi diuiniq; iuris ornamẽta ĩ hoc ſacratiſſimo tẽplo ĩ hoc religioſſiſſimo die ĩ hoc tãto & tam illuſtri ãpliſſimoꝝ hoĩum cõuentu ex ſũmi atq; uniuerſi magiſtratus auctoritate corã parata ĩtueris: accipias ea mẽte: eo aĩo: eo cõſilio: ut̃ oĩa ſemp & dicas & agas: & modereris pro dignitate tua maiorũq; tuoꝝ. Nec.n. ſatis eſt qđ iuſtitiã pietatẽq; didiceris: niſi eas ĩ oĩ actiõe repræſentãs & iuſtiſſimũ te præſtiteris & ĩtegerrimũ & hoĩbus deoq; cariſſimũ. Verſet̃ tibi aſſidue ante oculos ſciẽtiſſimus hic & cõtinẽtiſſimus iurecõſultus Georgius pr̃ tuus. Verſet̃ Plato ipc. Verſet̃ Soloni. Verſent̃ quotquot a Codro rege athenaꝝ & ab heroe Nileo magni & egregii uiri in oĩ genere & uirtutis & gloriæ. Ad hãc uſq; ætatẽ emanarũt. Et ut breuitatis gr̃a præctereã ĩnumerabilis fere nõ ſolũ utriuſq; iuris eruditiſſimos uiros ſed ẽt eqtes auratos & fortiſſimos belli duces & urbiũ dños ac põtifices: qbus polluit clariſſima domus tua: Repete memoria Maſeũ muzanũ auũ maternũ uirũ illũ grauiſſimũ planeq; humaniſſimũ cuius prudẽtia cuius eloquẽtia tãta fuit ut eius opera & ĩduſtria excellẽtiſſimus prĩceps nr̃ relicto ĩ apulia tot urbiũ tot populoꝝ opulentiſſimo prĩcipatu ad magnanimũ illũ ducẽ diuũ Philippũ uenerit: cuius aduentũ diu cõcupitũ atq; exoptatũ q̃ti philippus fecerit: nõ obſcure nec diſſimulãter oſtẽdit. Nã Maſeũ q eẽt cõſilii iuſticiæ ſecretarius ordini ſenatorio q̃ primũ aſcripſit: tãtoq; ſemp hũit ĩ honore ut ĩ maiore neminẽ Nam qd ego memorẽ: q̃ta de tua & eruditiõe & ꝓbitate ſit expectatio cũ apud alios uniuerſos uiros claros & præpotẽtis tũ apud nobiliſſimas primarias familias: quibus cũ tibi ẽ affinitas: quorũ certe oĩum opinioni tibi nitendũ ẽ non modo ut reſpondeas: ſed ut ea mirabiliter ſuperes. Verum ne ſingula perſequar quãta nunc tibi ad bonas actiones neceſſitas quãtum

Georgius platus
Plato
Solon
Codrus rex
Nileus
Opera Maſei muzani Frãciſcus ſphortia uenit Mediolanum

Blanca Maria dux
Galeacius Maria
Hippolyta
Latona

calcar eſt additum: quòd regina hæc noſtra diua Blanca Maria ſimul cũ ſplendidiſſimis regulis Galeacio & Hyppolita quaſi latona quædã phœbo dianaq́ꝫ omnia coruſcãs ſua te præſentia honorat. Quæ ſane res una lõge eſt: & præcioſior & illuſtrior q̃ ciuilis pontificiiq́ꝫ iuris aureũ omne gemmatumq́ꝫ diadema.

Quæ quidem oratio habita eſt ab eodem Frãciſco philelſo Papiæ in eccleſia cathedrali tertio Nonas auguſtas anno a Natali xp̃iano Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo.

Franciſci philelfi oratio habita Mediolani ĩ prĩcipio ſtudii.

Galeacius Maria dux
Italia

[T]Anquam eloquentiæ & illuſtrium diſciplinarum ſtudia ad triarios ſint redacta: reuocatur miles emeritus poſt quĩtum & uigeſimum annum ĩ aciem docendi & ne is quidem ĩuitus: cum intelligat huiuſmodi benignitatis munere ſe rẽ facturum excellentiſſimo ſuo principi Galeacio Mariæ non gratam ſolum uerum etiam periucũdam. Si ita inſtituerit florentiſſimæ huius reip. iuuẽtutem: ut & dicendo & iudicãdo iure poſſit cum uniuerſa Italia de gloria contẽdere. Non igitur cuiquam obſcurum eẽ debet uiri clariſſimi & quod ſit noſtri ſapiẽtiſſimi principis cõſilium: & quod item meum inſtitutum. Cæterum ea mihi moleſtia: quod non eadem uis: ac uigor tuetur: atq́ꝫ corroborat corporis huius inſtrumẽta: quo ingenium ip̃m meũ ĩtellgẽtiaq́ꝫ munit̃: ac pollet. Vbi eĩ priſtinus ille uocis uł ſonorus cõcentus uł tẽpeſtiua cõtẽtio? Vbi firmitudo lateꝝ? Vbi linguæ ĩ oẽ motũ uel celeritas uel facilitas? hæc oĩa ſunt una cũ ætate magna ex p̃te facta debiliora. At uolũtas certe bene ꝓmerẽdi eadẽ ẽ: q̃ prius: & ſapiẽdi ſtudiũ lõge uæhemẽtius. Aĩus uero tũ ĩfractus tũ nulli neq́ꝫ ignauiæ neq́ꝫ deſidiæ ſeruiẽs. Nec Dareti cedebat Entellus. nec Annibali Fabius: & bos quo laſſior ẽ: eo magis cauet: & firmioribus nitit̃. Eniuero quãto pulchrius ẽ didiciſſe quã diſcere: tãto aĩus ſenis quam aĩus Iuuenilis plus & uiget: & ſapit. Quo fit: ut & cõſulẽdo & iſtituẽdo ſenilis grauitas ueneratiõi habẽda ſit ſemp perinde atq́ꝫ iuuẽtutis: & dux & gubernatrix. Quibus ipſe ductus rationibus non ſum ueritus tertium iam & ſeptuageſimum: agens ætatis annum docendi arma reſumere: & tanquam Neoptolemus quidam in aciem deſcendere aduerſus iacula ſagittaſq́ꝫ ignorantiæ & iſcitiæ: breui futurum ſperans: ut gratificando humaniſſimo noſtro principi: & huberrimos & honorificoſ fructus his omnibus pariam: qui ſe cum doctioris: tum etiam melioris mea induſtria reddi non detrec-

Dares
Entellus
Annibal
Fabius

tauerit.Quare qui modeſtiſſimi adoleſcẽtes ĩ hũc locum diſcẽdi ſtudio cõueniſtis:ad audiẽdum aĩmos parate.Vos autem cæteri uiri grauiſſimi qui nõ ut aliquid diſcatis:ſed uel iudicãdi uel mei honorãdi gratio hic adeſtis.Si æquo animo ac placide tuleritis quæ a me paucis diſſerẽtur: permagnas ſim profecto uobis & immortalis gratias habiturus.Nũc uero ne ſimus dicẽdi prolyxiores quam uel perſonarum dignitas uel temporis breuitas patitᷣ:ad eorum declaratiõem noſtra oĩs ſe cõuertat oratio quæ ĩ politicorum libris ab Ariſtotele eruditiſſimo eloquẽtiſſimoq́ philoſopho tractata diuinitus atq́ perſcripta ſunt.

Frãciſci phileſi oratio ad Siſtum quartum pont.maximum.

q Vam mihi profecto mirificam animi læticiam affert cõcupita diu atq́ exoptata ſancttitatis tuæ præſentia pater beatiſſime:hãc nõ mediocriter offendit importuna hæc uocis raucitas:quam partim itineris difficultas partim aſperitas hyemis ĩrulit homini ſeniutpote iam agẽti ſeptimum atque ſeptuageſimum ætatis ãnum.Qua quidem ĩcommoditate fit:ut quo ut me oportuiſſet ĩ agẽdis tibi gratiis ornatu dicẽdi pro tãta tua ĩ me beneficentia:qua ſim accerſitus ĩ hoc domicilium orbis terræ: quo reliquum uitæ meæ exerceam ĩ laudem omnipotẽtis dei ac tuæ beatitudĩs:eo ĩ præſentia cogar abſtinere.Sed recreat me: ac bono animo eſſe iubet ſingularis tua ſummaque ſapiẽtia:qui nihil temere nihil ĩconſulto ſed omnia potius pro ratiõe & recto animi iudicio metiaris:cõſyderes:modereris. Quo factum iri exiſtimo:ut eum etiam imiteris:cuius expreſſum quoddam & uiuum es ſimulacrum:eiuſdemque uices ĩ terris ſanctiſſime atque ĩnocẽtiſſime repræſentas.Vt eĩm ille ſeipſum donãs ſola beneficẽtia:cuius partes ſecũdum Ambroſium beniuolẽtia liberalitaſque ſũt redemit uniuerſum humãum genus:quod perierat:ita etiam tu pater beatiſſime pro caritate diuinitus tibi ĩgenita ac benignitate põtificali cum me mihi reſtitues:tum uocem illam priſtinam ac ſonoram efficies etiam clariorem. Pro autem tali tãtoque bñficio:quas tibi tãdem gratias ſim acturus?eas certe quibus tibi ſapiẽtiſſimo reipublicæ chriſtianæ antiſtiti gratias offerri nihil queat. At quas denique?alacrem atque ſyncæram aĩ gratitudinem?: quæ una uirtus quam ſit pulchra quãtique faciũda:uel eo probatur argumẽto:quod primus ille angelus impietatis filius ſola ingratitudine corruit præceps ex illa cæleſti ſublimitate in tenebras ſempiternas: Nam ſi gratus eſſe uoluiſſet:ſi accepti memor beneficii:neque inuidiſſet creatori ſuo:nec in diram illam ſceleratamque ſuperbiam exarſiſſet. Mea uero

Angelus

Superbia

animi gratitudo ea futura ſit:ut tuum diuinum nomē quod ſua natura ſplēdidiſſimum eſt:ſplendore etiam orationis tam græcæ quam latinæ eodemque & carmine & oratione ſoluta:id quod alius ex hominibus noſtris præſtare nemo poteſt:quātum uel anniti īgenio:uel doctrina efficere diligentiaque potero:tranſfundam in omnem poſteritatem:& ita trāſfundam:ut nulla ſit hominum ætas illud obſcuratura.Non enim ea humana gloria appetenda non eſt:quæ per optimas actiones ſe diuinæ gloriæ ſimilem reddit:tum omnia hominum bona a diuinis bonis profluāt ſit neceſſe.Interea uero temporis clæmētiam tuam rogare orare obſecrare obteſtariq; nō deſinam:ut hūc humillimum ſeruum tuum ut omni fide & obſeruātia tibi deditiſſimum ita commēdatiſſimum habeas: ſiquidem putas nullum apud me beneficium tuum itermoriturum.

Franciſci philelfi oratio habita in principio Quæſtionum tuſculanarum M.Tull.Ciceronis in ſtudio urbis Romæ.

Tirenes

q

Vi tirones primum in caſtra uenerint:ne rerum bellicarum impetiti omnino poſſint exiſtimari:conſuerunt ea ītra uallum repræſentare:quæ in dimicandi arte didiciſſent. Et ita cum mira quadam corporis agilitate nunc exilientes reſiliēteſque nunc procedentes audentius:nūc in pedem ſe referentes per omnem motum geſtumque membrorum aut enſem in uarias iubrando corruſcandoque partis:aut haſtam ultro citroque in multiplices ictus concutiendo perſpicuum afferre argumentum cum uirium ſuarum ad alacriter ſtrenueque pugnandum tum etiam fiduciæ ad uincendum.At milites ueterani uiri clariſſimi qui in hunc locum cōueniſtis honorandi mei potius:ut exiſtimo:quā audiendi gratia:ut ſunt diu ac multum exercitati fortiſſime per pulcherrima quamplurimaque facinora:nihil huiuſmodi facere aggrediuntur:ſed tantiſper quietem agunt: donec deſcendatur in æciem:Quo ubi uentum eſt:& itur in pugnam : nō ſecus ac leones marmarici qui uocātur in haſtem obuiam illico feruntur tāta ui tāto impetu tāto robore ac turbine:ut nuſquam niſi parta uictoria cōquieſcant.Idem mihi quodammodo ii facere ſoliti uidētur:qui nuper in docēdi quaſi aciem profecturi prius quam de rerum magnitudie atque ſplēdore:quarum ſe īterpretes haberi uolūt:quicquam laude dignum in medium efferāt:tempus fere omne cōſumunt:ut ſunt Iuuenes:ī elegātiſſimo quodam orationis apparatu:De rebus autem ipſis uix aliquid pro auditorum utilitate attingētes. Quam ego cōſuetudinem etſi minime repræhēdo:cum ſit tum ea ætate tum prima exercitatiōe minime īdigna

Conſuetudo
Exercitatio

nõ ſatis tamẽ eos cum illis cõuenire ſemper exiſtimaui:qui i dicẽdi docẽ-
dique curriculo quam diutiſſime uerſati rerũ debẽt grauiſſimarum po-
tiuſquam fucatæ cuiuſquam oratiõis ad demulcẽdas audiẽtiũ auris ha-
bere rationem.Quod ſi alteri cuiquam eſt cõſyderãdum tum mihi potiſ
ſimum qui ætatis iam ãnum agens ſeptimum ac ſeptuageſimum : tãdiu
ſum i omni oratiõis genere per uniuerſam propemodum exercitatus Ita
liam ĩ maximis & ampliſſimis ciuitatibus eiſdemq; primariis:ut dici iu-
re poſſim i huiuſmodi ſtudiorũ certamie miles nõ modo ueteranus ſed ĩ
dubitato etiã emeritus & ita emeritus:ut muſarũ tẽplo arma uictricia per
ide quaſi Romulus qſpiã Ioui feretrio iãpridẽ obtuleri.In præſentiauero
tãquam i aciem accerſitus atque reuocatus a Sãctiſſimo & eodem ĩ om-
ni laude nobiliſſimæ diſciplinæ & exquiſitiſſimæ eruditiõis ſapiẽtiſſimo
Domio noſtro Siſto Quarto totius reip.chriſtianæ põtifice maximo atq;
optimo ad Iuuẽtutem iſtituẽdam i hoc domicilio orbis terræ humãitatis
artibus:quæ aliud nihil eſt quam totius uitæ morumq; diſciplina :quem
omnium magis imitari debeo quam tãti põtificis ſummam ſapiẽtiam ?
Ex illius enim ore nihil prodit omnino:quod minus ſit quadam mirifica
grauitate excultaque doctrina præceptiſque iis refertum:quæ tam ad be
ne beateq; uiuẽdum quam ad omnem honeſtatem & dignitatem perti-
nent.Accedit ad rem quod eẽ Romæ nõ nullos audio:qui uiri diſertiſſi-
mi nullum quottidie prætermittũt luculẽtiſſimæ dictiõis ornatum : quo
& delectent eos:qui audiũt & agãt ad omnem animorum aut motũ aut
etiam quietẽ .Quæ de tribus reliqua tribus pars i docẽdo uerſatur: quæ
que & meæ eſt dignitatis:& ad iterpretationem quæſtionum tuſculana-
rum.M.Tull.ciceronis ſpectat maxime i ea tractãda nullum meũ:ut ſpe-
ro:deſyderabitis officiũ.Quare ad audiẽdum animos parate : De rebus
enim altiſſimis & cognitiõe digniſſimis i his quinque libris quos ſumus
expoſituri:quam cumulatiſſime ſimul & quãdiligentiſſime ſcripſit cice-
ro.Romæ pridie idus Ianuarias.M.cccclxxv.

Romulus
Iupiter fe-
trius

Siſtus quattus
pont. max.

M.Tull.cice.
Quæſtiones
tuſculanæ

Fraucifci philelfi oratio de ſuo in urbem reditu ad Siſtum Quar
tum pontificem maximum.

q

Vãta ſit i obſeruatiõe promiſſæ fidei grauitas quãta uenera
tio cõſtituta:põt uel eo argumẽto nõ difficulter animaduer
ti pater beatiſſime:quod religio uniuerſa & ſãctimonia chri
ſtiana in ſola fide fundata eſt:& eam quidem fidem quæ in
conuentis atque promiſſis conſyderatur: idcirco arbitran-
tur uiri docti & diligentes hoc appellatam nomine : quoniam per il-

Fides

lam quæ promiſſa fuerint:fieri oporteat.Non igitur abſurde quo fidem
Mediolanum eam impollute ſeruarem:qui hinc Mediolanum repetẽs adducẽdæ fami
liæ meæ gratia me obſtrinxeram tuæ beatitudini:ecce ut uides:redii con
temptis cæteris rebus omnibus & publicis & priuatis.Fateor equidẽ ſeri
us me rediſſe quam putaram.Quod certe nulla mea uel negligentia uel
culpa alia factum eſt:ſed aut diuina quadam prouidentia:cui aduerſari
nemini licet:aut malignitate fortunæ:ſi quã tandem fortunam eẽ dixeri
mus:quæ quod nefas eſt credere:potior ſit diuino iudicio nobis ſane oc
culto:ſed eo plane & incommutabili & oĩ certitudine certiore. At auſim
affirmare pater clæmentiſſime ꝑmulta mihi fuiſſe ĩpedimẽto:quo ſerius
fungi officio meo quiuerim:& primũ quidẽ repẽtinus:ut cætera miſſa fa
ciam:duoꝝ meoꝝ liberorum caſus mihiq; pro humanæ ĩbecillitatis con
ditiõe admodũ moleſtus:quippe q̃ p dieꝝ paucoꝝ ĩteruallũ uitã deſerue
re præclaræ illi q̃dem ĩdolis ĩfantes & magnæ ſpei.Agebãt eĩm ætatis an
num alter ſeptimũ alter octauum:cũ & uigerẽt:& ſaperẽt lõge magis quã
pueri.Ex quorum iopinato celeriq; obitu miſera mater mihiq; cariſſima
Cæſar tãtum aĩo dolorẽ mærorẽq; cõcepit:ut ĩ uæhemẽtiſſimã ægrotationem ĩ
Fredericuſ aga ciderit.De cuius breui recuperãda ualitudine cũ eruditiſſimi prudẽtiſſi
thus miq; medici mihi ſuaderẽt:coactus ſum euẽtũ rei expectare: ut nõ ĩanis
Laura magda oĩno reuertiſſe Mediolanũ poſſem exiſtimari.Quæ eĩm alia cã eo me re
lena uocarat:quã ut uxorẽ & filios reliquãq; familiã mecũ ad urbẽ ducerem:
Siſtus quartus ubi ſub Chriſto meo Siſto quarto põtifice Maximo:uitam oẽm eẽ actu
pont.max. rus? Sed oh quã uarii quam ĩcerti quã mutabiles ſunt caſus humanæ hu
ius naturæ:quã miſerabilis cõditio noſtra oĩs.Cũ uiſa iã foret uxor cõua
luiſſe:meq; itineri accigerẽ:uel potius iã eſſem ĩ itinere: noua calamitas
ſupuenit.Illa eĩm exceptis ĩtra præcordia penitus acerbiſſimis illis filioꝝ
amiſſoꝝ uulneribus cũ diutius ea ꝑpeti nõ poſſet:repẽte ꝑ abortiuum
partũ:quẽ ante illoꝝ obitũ paſſa fuerat:ita uexata ita exaĩmata ẽ:ut mor
ti ĩpi prope cõcederet.Quæ q̃dẽ oĩa aliaq; quãplurima mecũ ĩpe uolutãs
aĩo ſtatui potius eẽ redire ſolus:ut antea ſolus uenerã:quã ſi diutius dif
ferẽ:aut irã diuinã aduerſus me cõcitarem:tanq̃ oĩa uellẽ pro meis opta
tis cõſeq:aut tuæ ſummæ ſapiẽtiæ ſuſpicionẽ afferrem uiolatæ fidei: qua
ĩpa apud me nihil ẽ nec antiqus nec ſanctius.Adſum igitꝰ pr̃ beatiſſime
ea facturus oĩa:q̃ uel ipſe iuſſeris:uel tibi grata fore aĩaduertero. Nam
ego tibi & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ me & uiuũ & mortuũ dedicaui
ac deuoui.

**FRANCISCI PHILELPHI** ad iacobum Antonium Marcellum patri-
cium Venetum & equitem auratum de obitu Valerii filii cōſolatio.

VPIENti mihi aliquid ad te ſcribere iacobe Antonii Mar-
celle quo tuus acerbiſſimus mæror ille quem ex inopina-
c to & immaturo obitu Valerii dilectiſſimi filii aio cœpas:
aut tolleretur omnino:aut magna ex parte leuaretur: eo — Iacobus Antō
difficilius cōſolationis genus eſt oblatum:quod paris æ- — nius marcel.
gritudinis ſocius accedens non minus ipe cōſolādus uidear:q̃ te conſola
turus.Quod eim cōſilium cuiquam ſit daturus: qui ſibi uix poſſit? Qua
ſpe alteri medeat̄:qui ipſe i morbo ſit?Ium equidem eodem quoq; tranſ-
fixus uulnere:quo te uideo laborare.Erat enim mihi puer mirabili indo
le Olympus Gellius:qui.nato tertio Idus apriles āno a natali xpiano mil
leſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio cū nōdum ipleſſet c&a
uum annum:ea & loquebatur:& ſapiebat:quæ uix adultæ:aut etiā gran
dioris ætatis ſolent.Nihil leue præ ſe ferebat.Nihil cōtemnēdum. Vrba-
nis erat & compoſitis moribus.Ingenio acri & fæcūdo & ſplēdido.Ligua
ad oēm celeritatis ad oēm motus cōuenietiam expedita.Voce clara faci
li & ſonora.Aſpectu miti & grato.Ea cōpactione aptitudineq; membro-
rū:quæ & ſtrenuitatem referret & robur.Et ne curioſius cuncta ſingillatī
perſequar:talis erat Olympus meus:ut in eo oia naturæ ad probitatem
adminicula ineſſe uiderent̄.Quid enim memorem:qua eſſet in me ob- — Olympus gel-
ſeruantia?quo cultu?Qua pietate?Quam oibus in rebus ſtuderet pater- — lius.
næ uel inſtitutioni uel uolūtati non minus obſequi q̃ parere.Hic mihi io
cūdiſſimus tantæq; ſpei filius nuper ad octauum Idus Martias depoſitū
quod acceperat uſurariū:repetenti deo optio maxio nō mō reddidit:ſed
ita grato aio ita libenter reddidit:ut nō uita excedere ſed in ſempiternæ
atq; beatæ uitæ domicilium ſeſe commigraturum & cōſtanti ſermone &
uultus tranquillitate hilaris quodammodo ac lætus certo credere ſigni-
ficaret.Quid animi tum mihi fuiſſe putas:cum repente illum inter lo-
quēdum ſimul cum uoce ſpiritus defecit? Non potui equidem quod
fragilitatis eſt naturæq; humanæ:in tam recenti:tamq; inopinata luctus
acerbitate non commoueri animo:cum eodem temporis puncto quem
tam uæhementer diligerem: & uiuum intuerer & mortuum. Itaq; ubi
cogitabundus ac ſubtriſtis aliquamdiu ſiluiſſem:tandem non ſine gemi
tu erupi in hæc uerba. Quam miſerabilis eſt humana cōditio. Quam
ridendi cogitatus noſtri. Quam ſtulta conſilia. Quam uanitatis ple-
na ſunt omnia.Nihil eſt certi i hominum uita nihil cōſtantis:nihil diutur
ni:ois ſpes noſtra ianis ē.Oē uotū fruſtra.Quid de te mihi fili du ciſſime

non ꝓponebã? non pollicebar? non futurum existimabam? Gratiſſima tua præſentia iucũdiſſimoq̃ affatu lauabam curas:oblectabam animũ: meq̃ ipſe mihi totum uẽdicabam. Quem ſenectututis meæ bacchulum ac præſidium fore arbitrabar:en exanimum ſubito nullũq̃ aſpicio. Heu me miſerum atq̃ infelicem. Sic me Olympe dilectiſſime deſeris? Sic deſtituis patrem ſenem. O incuitabilem noſtram neceſſitatem. O ferreum atq̃ inexorabile humanæ legis iudicium:quod nullis præcibus nullis p̃miis:nulla ui neq̃ mutari nec flecti poteſt. Hæc paucis queſtus illico rediens ad me totus cœpi me tacitus mecũ cogitare:ac me paulatim leuitatis arguere quod ea eſſem ĩprudentia:ut neſcirem:& qua lege nati eſſemus omnes & quãtum quodq̃ dolẽdum foret:aut nõ dolendum. Continuoq̃ ita cogitãti mihi ea uenerunt in mẽtem:quæ græcæ apud Menandrum dicta ſunt in Trophimũ. Sed ea referãtur a me latine.

Menander Trophimus

Si lege natus Trophime tu fores ea:
Vt oĩa ad uotum tibi? quæ uelles fluerent:
Et id deorum aliquis recepiſſet tibi:
Recte doleas quidem:fefellit enim fidem:
Ac fecit abſurde:ſed iiſdem legibus
Commune quoniã tu quoq̃:q̃bus nos alii
Cælum hauſeris:ut audẽtius tecum loquar
Ferẽda ſunt hæc fortius:& animo ſimul
Voluenda graui quæ dico:paucis accipe
Homo es & ob id mutabilis quidem citius:
Res admiſeras:rurſuſq̃ aĩal nullum mala
Admittit ultro:iureq̃ id ſane:quoniam:
Natura quẽ tulit imbecillum:maximis
Se rebus is fulcit:cadens igitur bona
Quãpluria cõterit:ipſe uero nũc Trophime
Neq̃ admodum orbatus bonis ex eximiis
Nã ſunt tibi nũc:mediocria quidem mala.

Mediocriter igit̃ tibi quod deeſt:feras. His igitur menandri uerſibus primum admonitus:& quæ eſſet naturæ lex:& quæ hominis infirmitas:& quanti quod accidit incommodi faciundum ſit:& quomodo ferẽdum deinde ad ualidiora rationis remedia auxiliaq̃ conuerſus ita ſum iis & adiutus & cõfirmatus:ut intelligam plane mihi mali eueniſſe nihil: q̃d Olympum meum quo ne uitam quidem ducebam cariorem: non tam morte amiſerim q̃ permiſerim. Hæc autem qualia fuerint:in te cõſolãdo breuiter oſtẽdam. Neq̃ enim futuꝶ uereor:quo minus rationi malis q̃ ꝑturbationi obtẽperaret. Noui magnitudinem aĩ tui:noui prudẽtiam: noui grauitatem. Facile ut es maximo ſplẽdidiſſimoq̃ ingenio: reuocabis

uim animi & ſenſuum imbecillitate:& nõn quid indocti ſed quid uiri ſa
piētiſſimi ſentiāt:cogitabis.Nec ſane cōmiſſurus ſis:ut poſt tot tibi ac tā
tas res pulcherrime geſtas patiaris clariſſimum nomen tuum ulla uel in
cōſtātiæ uel moliciæ nebula obduci.Erat tibi Valerius filius cum formæ
præſtantia tum animi robore acrimoniaq; ingenii & elegantia morū tui
admodum ſimilis.Hic a prima uſq; infantia qualis futurus eſſet: nullis
aut præceptis aut admonitiōibus ſed ſola naturæ probitate ſuaq; addu-
ctus certiſſima ſigna dedit.Aberas tu Chremæ prætor:cum tibi nuncius Chrema
ē allatus de infante nato.Quod ipſe audiens tanta uoluptate animi affe
ctus perhiberis:ut ex oris ilaritate admirationem iniiceres circunſtanti-
bus.Ineſt ſane in animis noſtris diuina uis quædam:quæ ſupra corporis
ſenſus permulta ex ſeſe & itelligit & uidet:quæ nos plerunq; ne cogitāus
quidem.At primum de nato tibi infante nūcium tantā de illius futura ꝓ
bitate ſpem cōceperas:ut tibi magnum ad felicitatem cumulū additum
putares.Nec te tua fallebat opinio.Fert᷑ enim ſuſceptus in lucem infans:
& cum minimo parturientis breuiq; labore:& quod mirabile dictum eſt
non modo non uagiens ſed ēt ſurridens ac ueluti parenti ipſi alludēs:ut Virgilius
de eo rectiſſime dici poſſet Virgilianum illud.Incipe parue puer riſu co-
gnoſcere matrem.Erat facile liberali & elegāti. Inerāt in oculis quaſi cor
ruſcantes ſcintillæ quædā:quibus paterni ītutus & uigor repræſentabat᷑
& grauitas.Totum uero corpus ut erat ætatis initio grandiuſculū ita &
decorum & ſolidum.Et quoniam ipē ob publici magiſtratus officium a
deſſe nō poteras:continuo religione diligentiaq; materna p ſacri baptiſ-
mi lauacrum renaſcitur in xp̄o ieſu īdito noīe Valerio. Quod ipſum nō Xp̄us Ieſus
ſine quodam naturæ ueluti p̄ſagio ſecundū Platōis ſnīa mihi factū uide Plato
tur.Recte.n.q ſupra ætatis rōem plurimū eēt ualiturus & īgenio & ꝓbita
te. Valerius noīat᷑.Solēt īfantes natura fere oēs admittēdū uite alimentū
eē ꝓniores:& tāq̄ edaces ob eāq; rē corpore ēt īmundo.At Valerius ſecus Valerius
oīa Nutrici quā ei mat᷑ prudētiſſima & ſobriā delegerat & pudicā :nunq̄
moleſtū ſe p̄ſtabat.Sed horis p īteruallū qī cōſtitutis lac modice capiebat
quo & corpuſculū ſcite in ꝓceritatē alebat᷑:& qm̄ nulla eēt p̄ter debitam
ſtomachi cōcoctionē ei ſupfluitas:erat cute pnitida ac terſa:nulliſq;:neq;
digeſtiōis ſordibus nec alia purgatiōe naturæ aut nimius aut grauius. A
gebat iā menſē tertiū cū mirifico mēbroꝝ oīum īcremēto:dū ipē magiſtra
tus cremſis mūere iā pfunctus aduēis domū.Vix ianuā es īgreſſuſ:cū nul
lo adhuc p̄cedēte domeſticoꝝ neq; ſtrepitu nec uoce:ut q a nemine ſubi
to aduenīens uiſus eēs:cōfeſtim dimiſſa ex ore nutricis mamilla : quam
mō ſolutus ſomno ſugere cœpat:caput ſimul oculoſq; ſuſtulit:& ueluti:
arrexit auris tanq̄ aliquid noui uel uiſurus uel auditurus:quæ qdem res

præſtantiorem uim quãdam aĩ declarat. Vbi uero eueſtigio apparuiſſes:
uix teneri poterat a nutrice:quo poſt emiſſas ui manus atqꝫ brachia ex in
cunabulis ꝗbus erat artius iuolutus non ſe totũ in te cõiiceret lætis oculis
riſuqꝫ ſuauiſſimo. Et quæ ꝑ ætatẽ proloqui nõ poterat dimidtato nomie
patrẽ balbutiebat. Appræhenderas eũ tu nõ ſtuporis mius quã læticie ple
nus. Cunqꝫ ĩfantẽ benedicens oſculareris:ille te cõtra e collo pendens ex
oſculari nõ deſinebat. Et ita oculos tuos oculis fixis ĩſpiciebat geſtiens:ut
dicere uideretur te ſibi eẽ oĩ uitæ ſuauitate iucundiorem. Nã & a nutrice
quæ ori mamillã obiiceret:tanq̃ ĩdignabũdus auertebatur:& blãdiẽti ma
tri eũqꝫ abſtrahẽti pudore quodã magis ĩgenuo q̃ uoluntate cõceſſit: ſed
ita cõceſſit:ut te reflexa ceruice ĩtueri uſqꝫ & per uerboꝝ fractõem neſcio
q̃d blandius balbutire nõ deſiſteret. Tu aũt præ admiratõe loq̃baris nihil
tecũqꝫ tacitus gaudebas quod magnũ quẽdam & excellentem uirum at
qꝫ ciuem futuꝝ Valeriũ iudicares. O fallacem læticiam. o ĩcertam ſpẽ no
ſtrram: Alia ſunt humana cõſilia. alia dei iudicia. In dies augeſcebat ĩ Va
lerio cum ſenſu corporis mẽtis ĩtelligentia:quam ĩnata quædam pruden
tia:quæ periæ ſenectutis ẽ propria:miro quodã ĩcremento comitabatur
Cũqꝫ & ſupra etatem & calleret & ſaperet deum oĩpotentem religioſiſſi
me uenerabatur Caritate. patria nihil ducebat ſãctius:parentes ĩcredibili
pietate ꝓſequebatur. In neceſſarios oĩs erat obſequentiſſimus Eruditorũ
aũt & grauium uirorũ præcipue ſtudioſus. Cupiebat ſemper preclarũ ali
quid diſcere aliq̃d audire. Itaqꝫ aut abs te cum quippiam otii a publicis
muneribus nactus eſſes:aut a magiſtris alidq̃ quo doctior fieret: continẽ
ter quærebat. Et quoniã in te uno atqꝫ eodem oĩa ineſſe gloriabat̃: q̃ ſibi
effingenda diſcendaqꝫ proponeret:adeo te ſemꝑ per oẽm pietatis cultũ
admirabatur:tanq̃ aſſidue nouũ aſpiceret. Te ſequebatur in omni uitæ
ĩſtituto tibi adhærebat. te imitabatur. Quo tua ꝑ̃ſentia tuus ſermo tua ad
monitio ſe meliorem efficeret:q̃diu eras domi:nuſq̃ lõgius abs te aberat
Erat enĩ inſatiabili quadã aliq̃d ſemper diſcendi cupiditate Eoqꝫ mentis
acie ferebatur:ut aliq̃d boni quottidie ſupra ãnos ſupra naturam aſſeq̃
retur. Quo q̃dem ſciẽdi ſtudio qua uitæ ĩſtitutõe:qua puritate morũ effe
ctum eſt:ut eius animus nullis blandiciis ſeduci decipi illud poſſet. Et cũ
in eoꝝ quæ diſcebat:ueluti certamẽ ut fit:cũ æqualibus ſociiſqꝫ deſcende
ret:quãq̃ modeſtiæ & generoſe animi ſubmiſſionis laude ſupabat iuidiã
eam tamen multo magis ĩ admiratõem ſui uertebat: quod nullam cuiq̃
relinqueret ſecũ cõtendendi ꝓuinciã: adeo cunctis uirtutibus oẽs ſupra
modum antecedebat. Vincendi autem laude nulla efferebatur:nullam
ferebat præ ſe iactantiam: quin ingenii morumque grauitatem fron
tis hilaritate condiebat:alios blandiciis leniens:alios ſibi beneficiis con

cilians:alios ĩ ſtupórem ſui obſeruãtiãq; cònuertens ob eam animi præ-ſtantiam:qua ĩ omni bonitatis numero ſine ulla cõtentione eminebat.

Nihil inerti ocio ſibi magis ducebat aduerſum. Hoc enim & contabeſcere uim igenii & robur corporis demoliri dictitabat:itaq; nullũ ſibi uacuum tempus dabat puer egregius:quo minus aliquid aut lectitaret:aut tenellis digitis iã ſcriberet:aut ageret deniq;. Cum enim a matre quãdoq; icreparetur:ut ẽ igenium muliebre erga filios indulgentius:ne tantam operam litteris daret:fieri eĩm poſſe:ut nimia animi cura ĩ aduerſam ualitudinem incideret:uix tandem ab eiuſmodi ſtudio tantiſper dum mater aderat:ueluti auulſus tanq̃ ab intelligendi ratione ad actionem ſe cõuertebat. Circuibat uniuerſam familiam. Quid præbitor quid procuratores quid negociatores:quid reliqui domeſtici facerent: diligentiſſime diſquirebat ſingulos leni hortatu atq; hilari uultu monens:ut ſuo fungerentur officio:ſic enim fore:ut uel ſe internũtio atq; adiutore quicquid a patre uellent:aſſequerentur. Ex quibus unus ubi iocabundus ſubdidiſſet:cura Valeri litteras:& hæc relinque patri:cõtinuo excepit:at ego in patre:& pater in me eſt. Præterea an ignoratis ex litteris ſciẽtiam gigni:ſciẽtiam uero omnem referri ad actionem? Quid eni proſuerit cuiquam uirtutem ſcire: niſi ſecũdum uirtutem egerit? Quæ illi audientes admirabã-tur:quaſi diuinum quiddam ĩtuerentur in puero. Frequentabant ut quotidie ſolent:ĩnumerabiles prope uiri ampliſſimas ædes tuas:alii tui ſalutandi alii negocii ſui gratia:quibus ille ſi forte aberas:cõfeſtim fiebat obuiam alacer ac lætus. Quid nam uellent ſciſcitabatur accuratiſſime atq; permodeſte:ſeq; omnia patri cum primum reuertiſſet domum:renunciaturum pollicebatur. Et ita cuiuſq; intellecta aduentus cauſa neminẽ dimittebat:quem ſibi non antea reddidiſſet ſingulari affectum beniuolentia:cum aliis opera aliis uerbo uoluntate & diligentia omnibus inſeruiturum ſe oſtenderet. Quotiens domum redires:occurrebat ad ianuam: teq; reuerenter ſalutato dextram blandius appræhenſam oſculabatur & q̃ fortunatæ res publica & q̃ belle ipſe haberes:quærere nunquam omittens eaq; deiceps addebat:quæ te merito ĩ ſtuporem adducerent. Erant enim omnia prudentis ſenis non pueri uerba. Cumq; erat domi: quantum fas eſſe arbitraretur:abs te longius nuſquam aberat:aut ſedẽti aſtabat:aut inambulantem ſubſequebatur. Deniq; quicquid aut ageres: aut diceres obſeruabat. Tum ipm̃ uultum atq; omnem corporis tui geſtum conſpicabatur acutius:ſibiq; imitandum proponebat. Tantaq; animi uoluptate in te contemplando afficiebatur:ut eum geſtientem aſpiceres Quod ſi fortaſſis interdum te cogitabundum ut uſu uenire ſolet: aiaduerteret:attentiſſime tuos omnis & oculorum & corporis motus cõſide-

rabat tacitus. Deinde tum ex matre tum e ſeruis quærebat: accidit ne patri noui quippiam. Quid ita cogitabat ſecum? Demum pudibundus & tanq̃ ſubtimidus te adiens petebat: nunquid quod nolles: quod deus auerteret: noui aliquid accidiſſet: quam ob rem ita minus læticiæ oſtenderes in facie. Cui cum leniter arridens ſubderes: nihil mi Valeri: illico exhilaratus dicebat. Pone igitur mi pater aliquantum difficilioris iſtos cogitatus tuos: eſtoq; tui ſimilis. Quid enim tot te ſemper curis affligis & publicis & priuatis? Serua teipſum q̃diutiſſime & reipublicæ & nobis: quorum uita omnis manat e tua uita. Quæ loquẽtem dum oportunæ & apte ex tuis familiaribus quidam ſeorſum abduxiſſet: quæſiſſetq; ex eo dic mihi Valeri: ſi tuis optatis omnibus faueat deus: ſi quod Iheſus ſaluator noſter auertat: alteri moriẽdum eſſet: utrius obitum malles tuum ne an patris? Tum ille totus facie uultuq; commotus cõſtantiſſime eſt indubitanterq; iuratus ſuam ſe uitam pro paterna uita cum uſus foret: nõ ultro ſolum ſed libenter etiam traditurum ſemper: cum diceret ſua ſe morte: aut nihil poſſe aut parum incommodi afferre cuiquam: paternam uero mortem cum patriæ non mediocre incommodum tum uniuerſæ familiæ noſtræ maximum detrimentum ruinamq; illaturam. Sed quid ego plura commemorem: quæ tanta ſunt & tam multa: ut ſi ea uelim referre cuncta in medium: me dies ſit defecturus? Quare ne in prolixiore oratione eo uidear tibi magis refricare acceptum uulnus: quo diligẽtior fuero circa diuini illius pueri commemorãdas laudes: ueniam ad id: cuius cauſa hoc eſt conſolandi munus a me ſuſceptum. In tanta ingenii atq; morum felicitate in tanta ſpe probitatis: in tanto futuræ gloriæ ſtudio ut eſt hominum natura fragilis ac uariis & pœne infinitis obiecta periculis. Valerius ille tuus ægrotat ægrotationem primum: quantum uideri poterat: nõ admodum grauem. Accerſuntur medici: quæritur morbi cauſa: quæ quoniam puer erat uita continẽtiſſima: alia nulla eſt uiſa q̃ uæhementior ſuſceptus labos in ludo. Noſti eĩm Valerium tuum fuiſſe adeo natura bene inſtitutum: ut nũquam ſe ne in ſumma quidẽ in edia: ac ſiti aut cibo ĩgurgitaret: aut obrueret potu: ſed & hoc dilutiſſimo utebatur: & illo uiliſſimo ita: ut ſæpius ad panem obſonium nullum adderet: & obiurganti quandoq; matri: quid ita faceret: ille blandiens reſpondebat: quia hoc o mater dulciſſima delector magis. Præterea crapula & ebrietas litteras non admittit. Itaq; malo ſtomachum de me quæri quam mẽtem. Quapropter ex communi medicorum conſenſu ea omnis ægrotationis cauſa data eſt nimiæ luſioni. Nam ad remittendum animi laborẽ cui Valerius circa litteraturæ & eloquentiæ inſtituendæq; uitæ ſtudium erat plurimum deditus: ut ludo ſe iterdum exerceret permittebatur. Res

Iheſuus

ſane pueris omnibus natura maxime grata. Itaqꝫ non abſurde qui primi apud græcos nomen pueri inuenerunt: id a ludendo deduxere. Ludere enim apud illos dicitur παίζειν pæzin: ex quo παῖσ pæs hoc ē puer deſcēdit: quod ipſum nomen apud noſtros etiam qui per litterarum mutationem quandam ab eodem uerbo acceptum cōtenderint: non inepte fortaſſe cōtendant. Ludebat igitur quandoqꝫ Valerius ſed non teſſaris quidem unq̄ nec alio ullo genere aleæ. Aut enim in palæſtra aut in curſu exercebatur: aut in emittendo iaculo: aut in iactu lapidis aut in pila. Deniqꝫ ludum omnem ingenium, quo uel agilius uel robuſtius redderetur corpus: eiuſmodi nullum prætermittebat: & id quidem ſine ulla æqualium uel minima offenſione. Non modo enim uictor aliis īſultabat: at ne uerbo quidem ullo utebatur: quo ſe uiciſſe oſtenderet. Quin potius quaſi illorum cauſam ageret: ſemper aliquid excogitatum acutius efferebat: quo illis non ſuo ſed fortunæ uitio minus ex ſententia: & ut par fuerat: eueniſſe contenderet: decereqꝫ euentis conſilia æque anteponi atqꝫ fortunæ probitatem. O generoſam pueri indolem. O præclara eximiæ ſummæqꝫ uirtutis documēta. Malebat puer modeſtiſſimus extenuare laudē ſuam q̄ in uero prædicando uictis ægritudinem augere. Qua ex re factū eſt: ut æqualibus omnibus & cariſſimus eſſet & honoratus in primis. Inualeſcebat in dies: & incrudeſcebat morbus: Nullæ rationes medicorum nulla remedia proderāt. Vis mali radicitus inhærens aſſidue magis magiſqꝫ emergebat ī robur. Febriebat inclytus ille puer febrem & uæhementem & erumnoſam. Et quo magis efferueſcentis ægrotationis immanitate atqꝫ diritate affligebatur corpus: eo is erat animo maiore ac magis inuicto. Remedia medicorum nulla depræcabatur. Quicquid iuſſiſſent & alacer obibat & fortiter. Speiqꝫ bonæ plenus quo uitalis ſpūs magis atterebatur in dies: eo erat ui animi erectiore. Vſu certe fieri uidemus ut q moribus fuerit bene inſtitutus: quo magis ē ꝓpinquus morti: eo ſit ſenſu mentis uiuaciore. Deficiebant ī illo pedetētī ac ſenſim: ut fit: uires aīæ.

παίζειν pæzin παῖσ pæs

Strenuū illud delicatūqꝫ corpuſculum iam languebat. Frigus ac rigor pedes atqꝫ genua occuparat. Facies quæ omni erat niue cādidior: pallore īduebatur. Roſæ genis exciderāt. Syderei ocelli ſegnius luceſcere palpebræqꝫ iam demitti. Lingua uero qua neqꝫ tenuius nec expeditius nec mobilius quicquam fuerat: habetior fieri. Vox deniqꝫ ſonora illa & cygnea ac fere diuina obmuteſcere. Quæ aduētantis luctuoſiſſima mortis ſigna cū tu corā aſpiceres: nō potuiſti ita tibi moderari: quo minus ꝓ pr̄ni affectuſ ībecillitate & lachrymis & gemitu aī ſolicitudinē oñderes. Quod ille ita ut erat ui morbi moleqꝫ deiectus: tanquam e ſomno excitatus ubi aīaduertit: febribus æſtuans laſſuſqꝫ anhælitu q̄d agis īqt Pr̄ mi dulciſſi-

me? Quid gemis? Quid ita illachrymaris? Ita cõſolaris Valerium tuũ? Po-
ne quæſo lachrymas mi pater. pone oẽm aĩ curam. Bene nobis ſperãdum
eſt. Nos deus nõ deſtituet: Cui tñ quicquid placuerit: id trãquillo atq; læ-
to aĩo feramus: neceſſe eſt. Quod ſi bonã ualetudinem recuperaro: nunq̃
patiar: ut eã nimia ludẽdi exercitatiõe amittã: idque tibi bona fide polli-
ceor: Meminerat eĩm puer ſpectatiſſimus ſe plærũq; abs te admõitum: ca
ueret ſibi a nimia luſione: ne ob laborem immoderatũ in aliquod morbi
genus icideret. Tum ipſe fide igit' mi fili. Fac aliquod uotũ chriſto Iheſu.
Fac Mariæ uirgini: Nam qcquid uoueris: ipſe pſoluam. His auditis puer
nobiliſſimus q̃q̃ erat toto corpore proſtratus atq; ſemianimus: perinde ta
mẽ atq; collectis in unum diſperſis & pfligatis uiribus ſublato ad cælũ ĩ-
tutu in hæc uerba ſuauiſſimũ os aperuit. Deus oĩpotẽs chriſte Iheſu re-
demptor noſter te q̃ deuotiſſime precor per ſanctiſſimã paſſionem tuã:
te ĩquam clæmẽtiſſime rex gloriæ q̃humillime obſecro p impollutæ Ma-
riæ uirginis tuæ piẽtiſſimæ matris merita: ut hãc a me domine: qua tam
uæhemẽter affligor: ægrotationem: ſi tibi placitum eſt: amoueas: meq; iu
cũdiſſimo patri huic meo matriq; dilectiſſimæ reſtituas. At ego tibi libe-
rator humanis generis quid ſim pro tanto bñficio relaturus? Nempe ad
perpetuum deuotiõis uenerationiſq; meæ ſtudium omnia ueſtimẽta mea
ac reliquũ omnem corporis ornatũ dono do pauperibus. Quæ locutus
mirabili cũ animi affectu quaſi extremo labore feſſus ac laſſus obticuit.
Hic tu pater aliquãdo exhilaratus tempeſtiue ſubdidiſti: Meũ autem uo
tum Valeri mi ſuauiſſime illud eſt: ut ego una tecum: ſi cõualueris: utar
fuſca ueſte: Verum tu ſerica & in annũ: at ego lanea idq; in omnem uitã.
Addidiſti enim ſerica: ueritus quoniam puer uti ſemper conſueſſet læto
quodam amœnoq; cultu corporis: ferret triſtius fuſcam ueſtem. Sed au-
di obſecro tu: ut cæteri tecum audiant: quid is reſpõderi. Abſit: ĩquit: abſit
mi pater. Imo ego induar ueſte & fuſca & lanea: ſic eĩm decet: tu uero ele
ganti ut ſemper: atq; ſenatoria: Nam in te nõ familiæ ac tuorum ſolũ ſed
reipublicæ decus repræſentatur. Dum hæc ſcite ſerioq; loqtur: mors pau
latim irrepens præcordia frigore obſidet. horret iam puer: ac tremit: Nã
quo magis animi magnitudine uicere nitebatur fragilitatem afflicti cor-
poris: eo magis febris immanitas membra proſternebat. ita ut demum di
ceret ſublatis ad cælum oculis: Miſer ego qs me liberabit de corpore mor
tis huius. Quandiu claudar hoc ſæculi carcere? Quod ipſe audiens cum
trãſfixus doloris iaculo cœpiſſes durius flere: tunc ille. Quid eſt mi pater
ut tãto te dolore cõficias? Stat ſua cuiq; dies. Impleui curſum: qui mihi a
domino datus eſt. Nõ hic uiuitur noſtro arbitrio. Peregrinamur: quãd iu
ſumus in uita. Quæ tamẽ uita certe nõ eſt: ſed ſimulacrum quoddam pu-

Iheſus Maria

Oratiõ

Virgilius

re innocenterꝗ uiuentibus uitæ illius beatæ & ſempiternæ.Itaꝗ ſtudēdū
ſemper eſt:ut q̃ properātius licet:redeamus ad communem bonoꝝ om-
nium patrem:qui mitis eſt & miſericors.Sic enim frui licebit corona iu-
ſticiæ.ſic ſaturari æternis gaudiis:Suauis.n.eſt dominus.Volentiꝗ plura
loqui iam lingua balbutiebat:Iam grauior ſomnus ſenſum oppreſſerat.
febris ĩ ardorem æſtuabat.iam deſperatum erat de puero.iam parabātur
quæ ſūt funeris:cum nequid ĩtemptatum uideret: cōfeſtim accerſit Ge-
rardus medicus ueronēſis uir ſane & doctus & amicus:Nam alii nō nul-
li ueneti medici antea puerum curandum acceperant:q quoniam deſpe
rarāt de ſalute:ſe inde ſubtraxerant.Gerardus igitur cum ueniſſet:oīum
primum urinam in uitrea mathula cōſpicatur:quā & rufam uidet & tur-
bidam:deinde manibus appræhenſis arterioliſꝗ uitalibus contrectatis:
reperit earum motiūculas perdebilis ac raras & per intercapedinē ſe mo-
uentis.Contrectat extremos digytos pedum.deinde genua.demum par
tem uicinam cordi.Sentit omnia mortis uiribus intercepta.Vocat puerū
ſuo nomine.Reſpōdet is nihil.Vocat rurſus altiore uoce: Valeri mi nihil
reſpondes medico? Valerius ad hæc ueluti reuiuiſcens cœpit rurſus leui-
ter reſpirare:& cum difficultate maxima prolapſas palpebras tollit. Tum
Gerardus pupillas diligēter intutus quæſiuit a puero:an ſe agnoſceret:ad
quem ille etſi cum difficultate ſpiritus agnoſco inquit:Veniſti enim iam
pridem ad patrem ſalutatum:cum ſe per æſtatem ruri ſoluēdi animi gra-
tia contineret.Id autem factum eſt:cum nondum Valerius impleſſet ter-
tium ætatis annum.Memoriæ bonitatem medicus admiratus ĩ tāta præ-
ſertim ui morbi rurſum minutatim quæſiuit ſingulas aduerſæ ualetudis
cauſas ac progreſſus:cui ille ita deinceps prudenterꝗ reſpondit:ut medi
cus faciem auertens a lachrymis ſe nequiret cōtinere.Cumꝗ poſtea ſub
didiſſet:ne metue mi Valeri.Curabo enim te cōualeſceſꝗ q̃primum. Cō
ualeſcam inquit ille:& breui equidem conualeſcam.Nam mihi medicus
Chriſtus eſt.Petiitꝗ:ut uicinæ ſacerdos accerſaret:Qui ubi eueſtigio ad
fuiſſet:rogaſſetꝗ:quidnam uellet:Reſpondit puer:Iam hinc mihi abeun
dum eſt.Itaꝗ audi:rogo:peccata mea:meꝗ ſi fas eſt:culpa omni abſolue
quo liberior iter quod ſum facturus:leuiorꝗ emetiar:aſſedit moderatiſſi
mo puero ſacerdos:quæ is deliquiſſet in uita auditurus. Quæ ſunt eius
errata? Vnum id ſane & maximum:quod dum poſt animi circa litteras &
facundiam morumꝗ diſciplinam exercitationes aſſiduas nihil otii ſibi
indulgens exercet etiam corpus ingenue:ea eſt ui morbi correptus: qua
ex hoc terreſtri carcere ante in cæleſtem patriam reuocatur:quam ꝑ æta-
tem poſſet flagitii fœditatem:cognoſcere.Miratus igitur ſacerdos ſingu-
larem ĩtegerrimi pueri bonitatem:quippe quem nulli reatui uideret ob

Gerardus ue ronenſis

Chriſtus

noxium ſed ſimplicis cuiuſdam potius atq; abſolutæ probitatis ſpeculũ: dum eum iubet bene ſperare: dum religionis more impoſita capiti manu omni culpa libere abſoluit: Valerius inocentiſſimus filius ille tuus dũ eleuatis ad cælum oculis deum orans caſtiſſimum pectus coniunctis digytis atq; labella percutit: ſeque ſanctiſſimo triumphalis crucis ſignaculo aduerſus communis hoſtis iſidias armat: ac munit. Poſt breue ſuſpiriũ ac lachrymulam tam leniter emittit ſpiritum: ut ſpõte rurſus occluſis oculis obdormiſſe non mortuus exiſtimari poſſet. Et quod mirabilius eſt creditu: niueus ille purpuræ mixtus color quo pulcherrimos omnis ſuæ ætatis pueros mirifice anteibat in uita: repente ſimul cum obitu maiore quadam gratia emerſit in faciem: argumentum ſane nõ paruum neq; cõtẽnẽdum eorum mortem: qui recte beneq; uixerunt: nõ modo non eſſe malũ ſed bonum etiam atq; expetendum. At ipſe tamen non potes eius obitũ non dolere ferreq; permoleſte: in cuius uita magnam quandam ac certã ſpem & tibi & patriæ propoſitam eſſe exiſtimabas: quem ex teipſo genueras: in quo uiuo te etiam cum naturæ conceſſiſſes: uicturum arbitrabare Sunt iſta profecto eiuſmodi: quæ hominum animos nõ commouere nõ poſſint. Videmus opifices ſuis operibus quæ ſibi ueluti genuerint. inſcribere ſua nomina. Erat nuper Conſtãtinopoli quem barbarus hic priceps amyraſq; Turcorum Mahometus amorati filius eſt demolitus miræ magnitudinis atq; pulchritudinis equus aheneus: in cuius dextero pede anteriore legebantur græce expreſſa eminentioribus litteris huiuſmodi uerba: Patrophilus fictor fecit. Egregius excuſor ille patrophilus quoniã aliter fortaſſe non poterat: per illiuſmodi inſcriptionem immortalitatem ſibi comparabat in uita. At phidias in eburneo Mineruæ ſimulacro quod eximia arte fabricatus traditur: cum lege patria ſuum nomen prohiberetur inſcribere: effigiem ſuam in eius clipeo ita incluſit: ut ſine totius operis demolitione diuelli non poſſet. Et grauiſſimi philoſophi uiriq; ſanctiſſimi quoſcunq; libros ædiderint: propriis ipſorum nominibus illuſtrare conſuerunt. Quod ſi huiuſmodi monimenta ingenii idcirco plurimum nos delectant: quoniam per ea immortalitatem quaſi quandam memoria nominis noſtri apud uiuos aſſequimur: quãto magis totius hominis propagatio: quæ per filios a nobis manat: deinceps in poſteros: & cara patri cuiq; eẽ debet & periucunda? Non. n. corpore dũtaxat quod ipſum natura ſua mortale eſt: in filiis uiuimus: ſed non nullis etiã animi partibus: Nam quãq̃ eſt cuiq; ſua mens diuino creata arbitrio: plæræq; tamen ſũt animi uires: quæ ſimul cum corpore a parentibus tranſfunduntur in liberos. Atqui fieri poteſt: ut uel malis moribus uel temporum calamitate uel alia maiore ui quapiam natura hominis deprauetur: uitieturq;: id quod

Cõſtãtiopolis
Mahometuſ amyras Turcorum
Patrophilius
Phidias
Mineruæ ſimulacrum

in.M.Tullii Ciceronis in.Qu.Fa.maximi alobroici in Ariſtotelis philoſo phi in Dionyſi ſenioris filios eodem quoq; modo in. Qu.hortenſii in.P. craſſi in Africani fratris nepetes accidiſſe legimus. Rariſſimos tamen inuenias: q parentum maiorumq; ſuorum & exteriorem & interiorem tum magna ex parte ſi minus exercent: haud referant tamen. Quare cũ & bonitate naturæ & inſtitutione diligentiaq; paterna eum haberes filium: q totus tui erat ſimillimus: cum exiſtimes fortaſſis ex illius obitu magnam tibi factam eſſe iacturam: cenſes te iure ac merito & eius & tua cauſa dolere oportere: Verum erige te obſecro Iacobe Antoni Marcelle. Cedant rationi turbulentiſſimi atq; præcipites motus animi. Fac ut interior exteriori homini dominetur: ſi te ipſum audire: ſi tui compos eſſe uolueris: intelliges profecto tibi non modo nihil accidiſſe mali: quod Valerius tuus abs te abierit: ſed eo te eſſe meliore condicione: quod certo didiceris dilectiſſimum filium ſimul cum ægrotatione corporis liberatum omni ægritudine animi frui nũc cæleſtis gloriæ gaudiis ſẽpiternis: eſſeq; tui apud iudicem eum depræcatorem: qui & iuſtiſſime ſemper iudicat: & quæcũq; aut agimus: aut dicimus multo ante cognouit: q̃ a nobis fuerint cogitata. Quid enim per immortalem deum in unius infantis obitu acriter adeo tibi dolendum eſſe arbitraris? An ignorabas: quod Telamon euripideus longe ante Anaxagoran clazomenium de aiace reſponderat: filium abs te genitum eſſe mortalem? Non omnes ea lege nati ſumus: ut alii cilius alii ſerius omnes tamen moriamur deniq;? Xerxes ille maximus atq; potentiſſimus rex perſarum qui montes proſtrauit: mariaq; conſtrauit: cum ex altiore loco exercitum illum diſpiceret: quem ex quingentis myriadibus ut tradit herodotus hoc eſt ex quinquies decies centenis hominum millibus conflarat: ſe a gemitu ac lachrymis continere non potuit: Interrogatuſq;: quid ita faceret: idcirco ſe flere reſpondit: quod poſt annos centum eorum nemo quos tũc uidebat: ſuperſtes futurus eẽt. Quam nature humanæ ĩbellicitatem Euripides meditatus: ut eſt omni in re grauis ac diligens: ita locutus eſt:

Natura quæ mortalibus eſt rebus: tenes?
Haud uideor equidem: nam unde? at auribus accipe.
Mors omnibus debetur his. nec eſt aliquis:
Qui cras futurum ſe ſciat. Quam igitur nobis polliceamur huius uitæ felicitatem: cuius omnia ſunt incerta: omnia mutabilia. oĩa plena formidinis? Itaq; alio ſpes noſtra dirigẽda ẽ alio ĩtẽdẽdi cogitatus: nam qd ferius dici põt ĩ hominũ uita: cũ nullus ſit tãtus ãnnorũ numerus: q ſi cũ æternitate conferatur: minimã puncti pticulã repræſentet? Nec ea pfecto uita ẽ

M. Tull. cicerõ
Qu. Fab. Max. alobroicus
Ariſtoteles
Dionyſius
Qu. hortenſi
Qu. Craſſus
Telamõn
Anaafixoras
Aiax
Xerxes
Myriodes
Herodotus
Euripides

Neſtor — optima:quæ uel Neſtoris uel Sibylle quã fabulantur:uel ea potius quæ
Sibylla — Mathuſalẽ ãnos uixerit:ſed quæ honeſtiſſima fuerit probataqꝫ apud de
Mathuſalem — um:etiam ſi unius diei uitã quis uixerit. Nos enim multitudine annorũ
magnitudine præſtantiaqꝫ uirtutis hominis beatitudo ſimul cum uita
definitur. Num iccico Chryſippũ aut alium quempiam huiuſmodi : uel
Chryſippus — Platoni uel Ariſtoteli prætulerimus:quia plura in philoſophia uolumĩa
Plato — ꝓlyxiora ſcripſerit? an illos potius chryſippo & chryſippi ſimilibus : quo-
Ariſtoteles — niam acutiora & meliora ĩgenii doctrinæqꝫ monimenta poſteris relique
re? Num propterea arborem laudemus:quod plurium ſit annorum? an
quia & pluris de ſe fructus & ſuauioris efferat? Et ne celerius q̃ par ẽ:a ſi-
militudine diſcedamus:ut ĩ arborum fructibus accidere uidemus:ut ali
is alii citius matureſcant:idqꝫ non in diuerſis modo ſed ĩ eodem etiã ge-
nere fructuum:ita de hominibus quoqꝫ uenire uſu quis dubitet:ut ꝓ cu-
iuſqꝫ naturæ tempamẽto alii ſerius alii citius uitam finiãt? Si eum arro-
gantem ſolemus & diſſolutum exiſtimare:qui hominum legibus aduer
ſatur:qualis ducendus ſit:qui ſuccenſet naturæ legi:quæ uiuẽdi tempus
oĩbus definit:ut id præterire nemini liceat. At naturæ legibus iraſci quid
aliud eſt q̃ deo aduerſari:a quo natura oĩs creata eſt. Qui enim ægre fert
Eſchylus — quod uoluit deus:is plane uidetur deum arguere iniuſticiæ:in cũqꝫ ira-
ſci. Itaqꝫ non abſurde hunc ab Eſchylo legimus repræhenſum : cũ dixit:
Euripides — Boni eſt grauiſqꝫ uiri mali:ſi quid patitur. Nunq̃ deis iraſci. Quam ſentẽ
tiam apte ſecutus Euripides ait. Aduerſa qui bene fert:uir optimus mihi
uidetur ac prudens. At mea me de Valerio meo:dicas fefellit ſpes. Qui
enim non doleam:quod ab eo relictus ſim hæres:quem mihi fore ſpera
bã hæredẽ. Et quẽ ſupſtitẽ optabã:ei uideã me ſupſtitẽ. Et ĩ quo uitæ hu-
ius oẽm collocarã iucũditatẽ:eũ morte ſublatũ aſpiciã. Qui ergo tã triſti
tã acerbo tã ĩfelici caſu nõ crucier nõ angar aĩ:cũ illũ mihi tã ĩmature tã
ĩopinato ereptũ ſentio:quo aliud nihil ĩ uita ꝑciosius habebã nihil ama-
bilius nihil carius nihil ſuauius. At nihil debet eſſe iopinatũ ſapiẽti. Ami
ſiſti:fateor:ĩ Valerio magnã huiſce uitæ iucũditatẽ magnũ ſolatium ma
gnũ ornamẽtũ. Nõ poteras eius ĩgeniũ atqꝫ ꝓbitatẽ cõſiderãs nõ tecũ ad
mirari:nõ tibi plaudere:qđ talẽ filiũ genuiſſes tã modeſtũ tã uerecundũ
tã facilẽ tam ſtrenuum tam benignũ. Delectabat te plurimũ ĩgenita eius
prudentia & bonarum artium ſtudiũ ac facundia ſingularis. Et eius cari
tatem atqꝫ pietatẽ obliuiſci nõ potes. Quæ quidem oĩa cum uideas tam
repente una cum illo amiſſa:irrecuperabili te detrimẽto & maximo affe
Vlyſſes — ctũ arbitraris. At uelim tecum aĩo uolutes illam Vlyſſes ſentẽtiam apud
Euripides — Euripidẽ poetã. Sapiẽtis ẽ quæ oportet ĩ malis ſapere. Nũ iccirco fortaſſe
te illuſum & deſtitutum putas:quod antea:q̃ tua ferret opinio. Valerium

tuum ad ſe deus reuocarit? An tibi moleſtum ẽ: quod celerius tua ſenten tia euocatus ille ab deo ẽ & emiſſus ex hic corporis uinculis ad ſeq; ideo accerſitus: ut omni cura liberaretur oĩ ſollicitudine? Quod ſi in re bellica turpe exiſtimatur dicere nõ putaſſem: ubi ĩopinato ĩ nos hoſtis ac repẽte ĩpetum fecerit: quãto id eſt turpius iudicãdũ in huius uitæ cõditione quæ ĩnumerabilibus periculis & calamitatibus ẽ obiecta: cuius finis ẽ ille: quẽ effugere nemo põt? Oẽs enim morimur horaq; mortis ĩcerta eſt. Itaq; recte admonẽur. Vigilate: & orate: qa neſcitis horam neq; diem. Quid ĩquã facere nos oportet: qbus ſapientiæ magiſter Iheſus eſt datus quando idẽ & a gentilitatis philoſophis poetiſq; prædicatur. Pati multa neceſſe ẽ ait. Næuius poeta mortalem mala Sed eruditiſſimus perſius longe apertius Viue memor lœti fugit hora: hoc quod loquor: inde eſt. Decet nos certe ita uiuere ut ſemper credamus futurum: ut moriamur. Aliud nihil eẽ philoſophoꝵ uitam affirmat Plato q̃ mortis cõmẽtatiõem Et docte id qdem atq; ſapienter. Nam ſi ad finem omnia referenda ſũt: ſi bene beateq; uiuẽdi principium capit ab ipſo fine rõem: ſi finis humanæ uitæ mors eſt: cui nulla ẽ mortis meditatio: is ſane neq; prudens nec fœlix eſſe nullo pacto põt. Quam me uerba illa delectant: quibus utitur apud Euripiden: ut mihi uidetur Theſeus.

Iheſus

Næuius

Perſius

Euripides

Theſeus

At ego quod a ſapiente quodam dediceram.
Curas calamitates & exilia mihi.
Mortis acerbas & malorum alia genera
Verſaueram animo: nequid illorum prius
Quæ cogitaram: ſi quid accideret: magis

Recẽs noceret: Didicerat theſeus a ſapiẽte quodã hoc eſt ab Anaxagora: Euripides eẽ oĩa quæ in huius uitæ mutabilitatẽ poſſunt cadere: diligenti meditatiõe puidẽda: quo ĩ oẽm caſum armati iſtructiq; ſimus aduerſus oẽs animi motus: ut ſicuti uigiles & periti gubernatores priuſquã dent uela: Scythiam per euxinum pelagus petituri ſe anchoris muniunt & rudentibus: ne ſiqs ſecus quam opus ſit: uẽtus ĩcubuerit: fruſtra ſint auxilium deſyderaturi: ita etiã nos nõ adeo rebus lætioribus efferamur: aut deiiciamur aduerſis: ut uideamur obliti: quam uaria ſit: q̃ fragilis: q̃ incõſtans humana cõditio. Quid eĩm aut noſtroꝵ aut noſter etiã obitus nos affligat? Fac uitam corporis ſempiternam eẽ. Quis adeo ſit tãta demẽtia: q non mori q̃ primum malit: ubi ĩ eã ſit uitam pẽturus de qua fore ſcriptum legimus: ut deleat deus omnem lachrymam ab homium oculis: & ubi neq; mors amplius ſit futura: neq; luctus neq; clamor: nec dolor q̃ in hac uerſari diutius hominũ uita: quæ plena eſt miſerabiliũ ærũnarum in tot rerũ oĩum commutationibus: ĩ tot cupiditatũ tedijs: ĩ tot faſtidiis uo-

Anaxagoras

Scythia

Euxinum pelagus.

luptatum?Quæ hic nobis requies eſt?quæ tranquillitas?Quæ homo oīa plena formidinis:plena lāgoris:nihil eē uidēus in hac iſtabilitate uitæ ita hoī cōcupitū:cuius poſt uſum ſatietas nō ſequatur:ut quod maxie cōſeq ſtudemus id compotes uoti facti nō abdicemus:& alia atq; alia deiceps appetamus.Nunq̄ niſi in morte appetitionis fax extiguitur.Itaq; non ab re & Dauid & Hieremias & Elias Aliiq; nōnulli uiri ſci & ſapientes uitæ diuturnitatē igemuerūt:ita ſt oīa uaria:ita icerta:ita ifirma nuſq̄q; manētia.Id quod aīaduertens Pīdarus:ut eſt in oī re prudens:ita locutus ē.

Dauid
Hieremias
Elias
Pindatus

Spes uirum ſurſum ſimul & deorſum:
Multa lactantes celeri feruntur
Orbe uerſatæ probat id:quod ore
Nemo uenturam potuit deorum
Noſſe fortunam:quoniam futuri
Cæca mens nobis:hominiq; multa
Præter optatum tulit ipſe caſus
Triſtia & rurſus miſeris ſubactam.

Extulit rebus ꝓpere uoluptas.Quare cū ī rebus hūanis nulla ſit certitudo:nulla ſtabilitas:nulla fides:nihil ſapiēti oportet eē iopinatū:cū uſu didicerit quottidie euenire:ut lætis triſtia & triſtibus læta ſuccedant.Itaq; ad eadē te hortabor:ad quæ Corydon apud Theocritum battū.

Corydon
Theocritus
Battus

Fidere amice decet:melius cras forſan habebis
Sperandum eſt uiuis:nō ē ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit:& clarus:nunc Iuppiter æthere ſurgit.

Vt eni ſilētio iuoluā uel.P.Vētidiū:quē a patre Gn.pōpeii magni actū ī triūpho & oculis populi romani miſerabiliter antea ſubiectū: de parthis ad poſtremū pulcherrime triumphātem Roma cōſpexit:uel.G.Corneliū Scipionem naſcicā:q a carthaginēſium carcere ac uiculis nō ſolum oīa quæ ſeruitutis cōditione amiſerat:poſtliminii iure recupauerit:ſed ad ſūma cōſulatus īperiiq; faſtigia ē euectus:ſatis unus Iob exēplo ſit.quid .n. hic triſte paſſus nō ē:quæ acerba nō ptulit:ipſe de ſe teſtimoniū non phibet?Suſcitabis īqt:corpus hoc meū:ī quo multa mala ſum paſſus.At idē Iob ubi aduerſa oīa & corporis & fortunæ uirtutis patiētia mirifice ſuperaſſet:ita ſibi ꝓpitiū benignūq; deū reddidit:ut ad huiusquoq; humanæ uitæ felicitatem nihil reqreret.Magna ꝑfecto uirtus ē patiētia. Moderate nobis ī utrāq; fortunā ferēda ſunt oīa.Nūquā diffidēdū eſt rationi:nunq̄ legi naturæ aduerſandū.Tollēda ſpes nr̄a ī deum ē Iacobe Antoni Marcelle:qui ſolus quid nobis rebuſq; noſtris aut cōducat aut non conducat & nouit ſemper:& tempeſtiue prouidet. Seuocandus eſt nobis animus atq; diiungendus ab iſtiuſmodi cogitatibus & motibus turbulentis

P.Vētidius
G.Cornelius
Scipio naſcica
Iob

Nam perturbationes aīoꝝ: ut inquit Pindarus: ſapientē ēt uirū cōgūt in ſanire. Neq; flēda tibi Valerii mors nec dolēda ē: ſed laude potius & gau dio ꝓſequenda: quē dignū deus iudicarit cæleſti domicilio. Nunc uiget ī reꝝ oium cognitione eaꝝ: quas ita facile cum uiueret: diſcebat: ut eas non tam diſcere quam reminiſci ſecundum Platonem quiret exiſtimari Proinde ſacius feceris: ſi dolorem pectoris tui quo iopinato percuſſus es recordatione illius laudum cōſolabere: Nā ſi eos dolemus: quibus bene ē: quid de nobis ſumus facturi? Nobis ꝓfecto potius de nobis ipſis dolen dū ē: atq; cauendū merito ne dū filios flæmus: eorum beatitudini inuide re iudicemur. Illi enim is bonis nūc fruūtur: quæ nec oculus uidit: nec au ris audiuit: nec in cor hoīs aſcenderunt. Nos autem aſſidue uolutamur ī cœno. Et eo mors noſtra & durior ē & triſtior futura: quo diutius uiui mus. Verum ea nobis offert̃ cōſolatio quod nō multum abeſſe poſſit: ut quos tanto animi ardore deſyderamus: corā liceat intueri & tibi Valeriū tuum & mihi Olympum meum æqualibus nobis æqualis illos: Nam ut illi eodem & anno & menſe nati cōplerāt annū octauū neuter: ita nos an nū quartum & ſexageſimum ingreſſi uterq; ſumus: tu ad. xvi. Kl. februa rias: ego uero ad octauum Kl. auguſtas. Et immortales certe q̄tum mihi uideor augurari: futuri non ſumus. Quare inter nos & filios: quos amiſi mus: non admodum longa futura ſunt diuortia modo demus operam quod in nobis eſt: ut una cum illis quos tāto deſyderio ardemus: eē poſ ſimus. Quāuis enim neſciamus: quæ dies morti ſit præſtituta: quod tamē ſcriptum eſt: nos latere non debet. Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius quaſi flos fœni. At cum ſciamus pulcherrimos atq; recentis floſcu los leui aura tactos langueſcere paruoq; uenti flatu agitatos marceſcere ſolere: nihil eē uideo: quod immaturum natura quod intempeſtiuum di ci debeat inter homines. Quandocunq; nos morituros iuſſerit deus: id & maturum ducendum eſt & tempeſtiuum. Quid enim eſt aliud mori: q̄ depoſitum reddere? Depoſuit deus apud nos animum nullo præſcrip to tempore. Quæ igitur iuſticia noſtra fuerit cum repetenti minus alacri ter q̄ primumq; reſtituere? Num grauiter nobis ferendum eſt: ſi quod ab deo nobis datum eſt uſui: id ei cum exigit: reddere. Reddimus enim nō damus. At ne menſarii quidem ſi ſapiunt: ſi dequoquere erubeſcunt: mo leſte ferant depoſitum reddere alienum. Num uir ſapiens atq; idem gra tus quem animum accepit ab deo uſui ac ueluti depoſiti iure: repetenti domino aduerſari audebit? Nec ille minus in culpa iudicari ſolet: qui doleat uel depoſitum uel commodatum reſtituiſſe: quam qui illud ſit abiuratus: Nam fides in utroque & gratitudo deſyderatur. Cunq; omne

Pindarus

Platō

Valerius
Olympus

uitium graue ſit:ac periculoſum:tum ĩgratitu'ō turpiſſima atq; admō- dum deteſtabilis cēſeri debet. Homo enim igratus pudore uacat. Qui uero impudentiæ ſe facit obnoxium:is omnis ſe flagitio facinoriq; aſcri bit. Si primus Angelus uoluiſſet gratitudinis meminiſſe:neq; in ſupbiā exarſiſſet:neq; inuidiſſet creatori ſuo:nec e ſummo beatitudinis gradu ĩ extremæ miſeriæ præcipiciū corruiſſet. Quam me delectant duo illa præ cepta:quæ uocātur Delphica. Cognoſce teipſum:& nequid nimis. Hæc talia ſunt:ut alterum manet ex altero:& inuicem ſe commutent. Nam & qui ſe nouit:nihil nimis neq; cogitat nec facit. Et qui nihil nimis aut di cit aut uult:ſeipſum nouit. Qui ergo ſe mortalem eſſe cognouerit:neque efferetur nimis rebus ſecūdis:neq; aduerſis ita humilem abiectumq; pro ſternet:ut luctui ſemper ut eiulatui ſit addictus. Honoratur ſane luctus: ut eſt in fabula:lachrymis & doloribus. Itaq; non inuitus ad eos profici- ſcitur:a quibus huiuſmodi honoribus excipitur:ab quibus autem negli- gitur:iis abſtinet. Vt omni ĩ re demiſſo nos aīo aduerſus deū eſſe oportet & quicquid ab eo fit:ad noſtrā utilitatem factum exiſtimare:ita quæ ui- dentur aduerſa & uoluntati noſtræ expectationiq; infeſta:& cōſtanter fe renda ſunt nobis:& ſapiēter. Nam ut grauiter inquit Euripides. Neceſſi- tati qui dedit terga:ſapiens eſt ille uir:nec inſcius quidem deū. Si eni ne- ceſſario omnes morimur finiſq; huius uitæ mors eſt:quid hæc nobis eſt fruſtra & inutiliter uel lachrymanda ē uel dolenda? Audiamus obſecro Menādrum:quam ſcite hæc:ut omnia.

*Angelus prius* · *Delphica præcepta.* · *Luctus* · *Euripides* · *Menander*

Noſtris mederi ſi malis poſſent lachrymæ.<br>
Semperq; tolli flætibus quiret dolor.<br>
Lachrymas emeremus auro:at herus negocia<br>
Non curat hæc:nec reſpicit:ſuam uiam<br>
Seu tu flæas:ſeu non:faciēt:proin quid facimus?<br>
Nihil dolor arborum inſtar hos fructus habet.

Lachrymas. Nihil igitur dolēdum eſt:roges:nihil ĩgemiſcendum:ni- hil lachrymādum omnino:ne in morte quidem cariſſimi filii. At flæuit Iheſus Lazarum:quē reuocabat ad uiuos. Non flæam ipſe:nō animo tor- quear:qui me iucūdiſſimo mihi filio mortuum ſentiam. Reſpondebo equidem tibi audacter:& ex animi ſententia reſpondebo:ut nihil dolere omnino inhumanum eſt:ita dolore confici effœminatum & molle. Nul los inquam ſentire in utraque fortunam animi motus lapidis eſt nō ho- minis:quāquā etiam ĩ lapidibus ineſſe motus quoſdam natura inſitos: non ex magnete ſolum ſed ex ſilicibus ipſis percipitur. Verum pati mo- tus eos effrænatius ferri:nec ullis compeſcere rationis conſiliiq; remediis belluæ eſt ꝓprium. Si enim in nobis nulla prorſus ineſſet affectio:cum

*Iheſus Lazarus*

aliæ plæræq; animi uirtutes:tum amicitia ip̄a qua nihil in hominum ge-
nere ſuauius eē nec neceſſarium magis aīaduerto: beniuolentiaq; oīs e
medio tolleretur.Itaq; cauendum eē arbitror:ne falſa quadā̄ decepti opi
nione aut quod nullum eſt:iudicemus malum:aut quod ſua natura mi
nimum ſit:maximum ipſi faciamus.Qui eni quod per ſeſe aut bonum ē
aut boni cā̄:ducit in malis:hic nō poteſt eſſe non demens. Qui uero &
triſticia & læta pro ratione apteq; tulerit:uir mihi prudentiſſimus uidet̄
efferenduſq; ſummis laudibus. At non potes tu,quidem non dolere : qđ
tali uideas filio te orbatum:quod ſentias uiſcera tua abs te ueluti diuul-
ſa:quod in eo ſis mortuus:in quo te futurum ſuperſtitem putabas. Ho
mo:argumētaris:ſum non deus.Et recte tu quidem:præſertim cum deus
etiam ip̄e:qui mortuum Lazarum ut obiicis:erat ſuſcitaturus:collachry-
matus ē.Velim tamen memineris grauiſſimæ illius quam modo dicebā̄ Lazarus
Solonis ſententiæ:nequid nimis.Nam quod ais collachrymatum etiam
Iheſum:recte quidem narras modo intelligas id eſſe ab eo factum nō mi Solon
nus:quod Lazarum quem plurimum diligebat:eſſet reuocaturus ab al- Iheſus
terius ueræq; uitæ beatitudine in huius:quæ falſo uita nominat̄:miſeriā̄ Lazarus
quam ut humanæ imbecillitatis affectum exprimeret.At ſe ſupra homi-
nem gerere:hoc eſt ſupra uulgi conſuetudinem & oīa pro rationis regu-
la deoq; metiri uiri eſt magnifici planeq; heroici.Præterea ſi uolueris me
miniſſe optime cum illo actum eſſe:quod adeptus te patre ſuaq; uirtute
omnem uitæ huius felicitatem quam dicimus:ita exceſſerit:ut cum ad-
umbrato fucatoq; ſæculi bono æternam ſibi gloriam : & beatitudinem
poſſeſſurus:intelliges tibi lætandum eſſe potius:quod talem genueris:q̄
dolendum quod talem amiſeris.Quod ſi illius non potes abſentiam fer
re:qui cælum habitat:non tam eius uideris q̄ tuam uicem collachrymari
At iſtud certe non eſt animi uero liberalis:neq; magni:neq; paterni neq;
ipſius tui:qui pluris faciebas unum ualerium quam uitam ipſam: q uir
magnificus es & omni uirtute illuſtris. Illius bono gaudendū eſt inquā̄
potius quam tuo dolendū īcommodo.At qui ea conditione filios nobis
commendauit deos:ut quā̄docūq; repeteret redderemus.Num igit̄ mali
mus creditori ſuccēſere:quod ſuum exegerit:q̄ commodā̄ti gratias age-
re.Quin potius imitandus eſt:nobis ſanctiſſimus ille patiētiſſimuſq; Iob Iob
atq; illius uerba ſincero mentis affectu uſurpanda.Dominus dedit: do-
minus abſtulit.Sicut domino placuit:ita factū eſt:ſit nomen domini be-
nedictū.Quid tanto eīm torqueamur dolore:quid diuturnis lachrymis:
quos amiſimus:lugeamus:ſi q̄dem ad tempus eſt̄ creditū id perpetuo ſer
uare non poſſumus? Nihil nobis cum agit natura durius quam cum ele
mentis uniuerſoq; mundo cōſueuit.Num quæritur terra: quod fructus

quos tãto cũ labore cõcepiſſet:peperiſſet:aluiſſet:amiſerit:cũ tã ſæpe antea uomeribus ſciſſa eſſet raſtris & ligonibus cæſa:ibribus obruta:tempeſtatibus fracta:nũc rigore nũc æſtu uexata:quo annua munera parturiret:cũq; uariis amænisq; floribus iduta geſtiret:mox exuta ſpoliataq; omnẽ ornatũ lataq; depoſuerit? At nc mare qdẽ moleſte fert:quod p anni ac tẽpoꝶ uices eorũq; momẽta nũc remiſſioribus nũc uæhemẽtioribus uẽtorũ flatibus iter ꝓcellas fluctuſq; agitatũ nauibus circũquaq; ſulcatum: & hamis ac rætibus appetitum ſentiat:quos genuerit auxeritq; tãtos piſcium greges prædæ oibus rapinæq; expoſitos & præcioſiſſimas margaritas aliaq; pmulta & gemmaꝶ & reꝶ nobiliſſimarum genera ab ſe aut ui auferri aut iſidiis abduci. Nam quid aer ipe mihi memorãdus eſt? Lugetne an gemit:quod q mõ ſolis radiis illuſtratus albeſceret: & iucũdus oibus eẽt aſpectu:mox nocturno caligat horrore:ſæpenumero etiã iterdiu obſcuratur:quodq; aues quarũ & ludẽti uolatu & mulcẽti cõcentu gaudet:multiplici dolo uariiſq; artibus i ſumma ẽt regiõe capiant᷑. Et ne uidear i ſingulis enarrãdis curioſior:cælũ etiã ipm nõ ſp eodẽ lucet aſpectu:ſed ꝓ ortu occaſuq; ſolis nũc manãtibus radiis colluſtrat᷑:nũc coruſcationibus ſtellaꝶ ueluti ſcitillis debilius fulget:qñq; etiã nuſq̃ apparet. Quare ſi oia ſunt plena mutationũ : ſi nihil ẽ in uniuerſo mũdo liberum ab iteritu:nihil ẽ:quod ipſi nobis præcipuũ poſtulemus. Quod ſi ꝓ ibecillitate humani igenii nõ potes talẽ filium nõ reqrere:nõ dolere:nõ igemiſcere:cũ boues ẽt uideamus reqrere uitulos quos amiſerint:multoq; mugitu ac triſti teſtari piũ naturæ affectũ. Sed oi in re modus ſeruãdus eſt:& nuſq̃ a ratione diſcedẽdũ. Vſus corporis cũ mẽtis affectu nobis ẽ cõmutãdus:ut quoꝶ aſpectu atq; ſermone curas leniebamus : eoꝶ gaudeamus recordatiõe ac btitudine. Ad hæc tibi cauẽdũ eſt:ne continuis lachrymis eo cõtrahas grauiorem culpã:quo diuinæ uolũtati magis uideris aduerſari. Solet.n.qñq; deus uæhemẽtius illos affligeɼ:quos repugnãtes ſibi rebelliſq; cognorit. Itaq; nõ abſurde poetæ fingũt Niobẽ ob huiuſmõi cãm filios amiſiſſe. Quis ſcis præterea:ſi deus ipe:cui & p̃terita & futura oia corã ſunt:miſeratus ẽ Valeriũ tuũ:ob eãq; rẽ ad maiorẽ ætatẽ uenire ꝓhibuerit:neqd triſtius pateret᷑? Quot.n.& q̃ta quottidie accidũt in uita triſtia miſerabilia ærũnoſa:q̃ ſola morte effugiunt᷑. Si Cyrus ille ſenior q res tã multas tãq; p̃claras geſſerat:ad ſenectutẽ nõ pueniſſet:nunq̃ tã crudel᷑r tã ignominioſe tã ſeruil᷑r p caliditatẽ ipotẽtiãq; fœmineã piſſet. Idem de Croeſo rege.de pœno Annibale.de Gn.Põpeio magno.de.G.Iulio Ceſare.de.G.Mario.de Cicerone.de.L.annæo ſeneca:aliiſq; pmultis põt aiaduerti. Quãto igit᷑ Valerius tuus celerius exceſſit e uiuis:tãto eius mors ꝯſiderabilior ẽ cẽſenda:qꝛ mali nihil neq; noſſet:neq; ppetraſſet: qꝛ eius

Niobe
Cyrus
Tomyris
Croeſus
Annibal
Gn.Pompeius magnus
G.Iulius cæſar
G.Marius
Cicero
L.Annæus Seneca

rei cōſiderās Menāder idē:quē mō meminerā:ait.Quē dii amāt:moriť iu Menander
uenis.Liberat ꝓfecto mors ſæpe nōnullos & maximis & acerbiſſimis ma Priamus
lis:qbus ii uacāt:q uel īfantes uel pueri ex hiſce uitæ ærūnis exceſſerunt· Homerus
Si Priamo cōtigiſſet ea mors:quā falſo imaturā dicimus:nunq̄ hæc tā flæ
biliter apud Homeꝝ quereretur.

Ingredere o fili murum:quo troas & omnis
Troiadas ſerues:nomen neq; clarius hoſti
Pellidæ efficias:tua nec tibi fata miniſtres
Ante diem:miſeriq; patris miſerere:ſupſtes
Quem facis elatum:ſenii quem limine ſæua
Sorte deū genitor:perdet mala plura tuentē
Funera natoꝝ.natas hoſtiliter actas
Stupratasq; nurus infantum ſtrage ſub alta
Mēbra iflicta ſolo:nā me mucrone ſupræmū
Poſtq̄ aliquis uita ſpoliarit:rictibus atræ
Ante fores catulæ pergent laniare iacētem
At quādo canūq; caput canāq; moloſſæ
Dedecorent barbam grādæui ī cæde natātis:
Hoc miſeris fuerit lōge miſerabile cunctis.
Talia uoce ſenex queritur:multūq; capillum
Vertice uellebat:ſibi quod minus audiat Hector. -cutus iqt. Hector

Quā qdē Homeri ſniam Virg.fāiliaris nr̄ aptiſſime ſecutus uľ potius exe Virgilius
Hæc finis Priami fatoꝝ:hic exitus illū. Sorte tulit troiā icēſam &ꝓlapſa
uidētē. Pergama tot quōdā ppľis terriſq; ſupbū. Regnatorē aſiæ:iacet
igēs littore trūcus. Auulſūq; hūeris cap̄ & ſine noīe corpus.Ex quo poſſu
mus itelligeř ň obſcure:q̄ piculoſū q̄ formidabile ſit diutius eē ī uita. qd
n.aut nr̄is aut nobip̄is lōgiorē uitā optāus tāq̄ neſcii:quo diuturnior fue
rit uita nr̄a:eo mortē fore peccatoꝝ mole ḡuiorē. Dies annoꝝ uitæ meæ
quos hēo.c.&.xxx.iqt Iacob:minimi & mali.Vň apľs.Mihi uiueř xp̄s ē:& Iacob
mori lucrū. Recteq; addidit:diſſolui.n.& eē cū xp̄o mľto melius. Quid Apoſtolus
igř tāta ſit nob uiuēdi cupiditas:cū ň ſumus igři mľtitudinē ānoꝝ uitioꝝ Chriſtus
mľtitudie cumulari.qđ ſiqd ē boni:qđ de ſe q̄at hæc uita mortaliū polli
ceri:id nō ī aī & corpis ꝯiūctiōe ac uiculˀ ſed ī uirtute ip̄a:q̄ aī rōne adipi-
ſciur:& ī bōis ē moribꝰ poſitū.Itaq; ut uirtute qđ malū ē ſuū:cauet hæc ui
ta mortaľ:ita qđ bonū ē morte ꝯſeqť.Quare q ſibi hoc ē ſecūdū aī uirtutē
deoq; uixerūt:quocūq; tpe moriāť & tēpeſtiue moriunť & bň:eorūq; mor
tē nō eiulatu ſed laude:nō luctu ſed celebri memoria:nō lachrymis & do
lore ſed gr̄aꝝ ad deū actiōe & aī tranquillitate proſequi debemus : quod
his periculis ſæculi liberati cæleſtibus illis ſempiterniſque bonis potiti

ſunt:qbus ſolis uera hoium definit̃ beatitudo . Cum tuus igit̃ Valerius ita egerit ãnos ſuos:ut nullam ne minimam qdem ſenſerit corporis cõtagionem:ſed potius eẽt & puritatis & bonitatis exemplum:nõ tam tibi lu

chriſtus iheſus

gẽdum ẽ:quod tali careas filio:q̃ immortales agẽdæ gratiæ Chriſto Iheſu quod illius te patrem facere ſit dignatus:quo etiam aliquando patrono uti apud ſe poſſis:Quid.n.tãtum lachrymarum effundis?Quid adeo gemis?Quid diutius doles?An ignoras quod totiens diximus fragilem noſtram & caducam eſſe naturam cõditionemq; corporis nobis datam eẽ cõmunem cum pecoribus & iumentis?Quænam ẽ huius uitæ ſuauitas? Quæ cõmoda?uel quæ potius nõ incommoda?nõ triſtia?nõ plena malorum omnia?Scio me eo tibi dolorem facere lõgiorem:quo ĩ dicẽdo ſum lõgior.Verum cum uideo tui te Valerii:quẽ tanto deſyderas opere:ueluti ſagiptis aſſidue uulnerari & eo qdem aĩ uulnere:quod dolore te conficit:iſtitui non antea finem dicẽdi facere:q̃ ita te tibi reſtituero:ut me mihi ĩ luctu meo reſtitutũ ſentio.Nõ poſſum inqs a dolore nõ poſſum a gemitu nõ poſſum a lachrymis cõtinere me:Vt quem ſuperſtitẽ atq; hæredem mihi fore opinabar:eum efferri & ſepeliri uiderim. O immitis atq; iniqua mors:quæ filios piẽtiſſimos ab ĩdulgẽtiſſimis parẽtibus diſtrahis: ut quos ĩmortalis eẽ oporteret:ĩ ipſo uitæ limine opprimas. O malorum oĩum malũ atrociſſimũ teterrimũ peſſimũ.Eodẽ uideo nos ĩuolui Iacobe Antoni marcelle.Fruſtra me uideo p̃cepta eloquẽtiæ didiciſſe:q eo tibi quod cupio:quodq; in re ẽ:minus pſuadeo:quo ſum in ſuadẽdo cupioſior.Num tibi ſoli mortuus ẽ filius?An ignoras:quæ in mũdo ſunt:& mutabilia eſſe oĩa & mortalia?Num putas ſingultibus flætibuſq; tuis rediturum ad te Valeriũ?Viſ ne tibi licere:quod ſibi deus ipſe nõ patit̃ deus: ut

Agaton

agathon inqt.infecta facere:quæ facta ſunt:tametſi deo nihil ẽ neq; præteritum neq; futurum:cui omnia ſunt præſentia:Audi obſecro:qbus uerbis Ditys conſolatur danaen .

Ditys
Danae

Eſſe inferis curæ gemitus putas tuos?
Suſpiriiſq; tuis tibi redditum ire filium?
Quieſce:moneo.proximorum ſi mala
Reſpexeris:feras facilius conſyderans
In uincla quot laxantur homines:quot patres
Orbi ſeneſcunt:quiq; regnantes opibus
E maximis lapſi nihil ſunt:hæc tuo

Socrates

Verſãda ſunt aĩo.Cõſyderãdæ ſunt inquã tibi alioꝝ calamitates & ærumnæ.Et quod monebat Socrates:incõmodum tuũ cũ aliorum aduerſis rebus cõferendũ.Quod ſi feceris:inuenies profecto lõge tibi meliorẽ eſſe

Antimachus

fortunã:q̃ aliis multis:q hñt̃ fortunatiſſimi:laudat̃ a nõ nullis Antima-

chus poeta & id qdē nō iiuria:q cū ex obitu Lydæ uxoris: q̄ unice ama-
bat:dolorē itolerabilē cōtraxiſſet:ſcripſit ḡuē elegātēq; elegiā noie lydam
q̄ ꝑ enūeratōnē illuſtriū mulieꝝ q̄ extrēis cladibꝰ ſt̄ ꝯfectæ:ſeipm ꝯſolatus
ē.Et.M.Tul.Cicero cū filiæ mortē æquo aīo ferre nō poſſct:ḡuiſſimā ipſe
quoq; ea de re ꝯſolationē ſibi lucubrauit:ubi cū.Qu.Maximi illius &.M.
Catōis tū alioꝝ pœne īnumērabiliū & grecoꝝ & Rōanoꝝ patientiā atq;
ꝯſtātiā ī mediū referēs ſe ſibi ſua ī cā ꝑronū ꝯſtituit:ḡuiſſimis exēplis rōni
buſq; oñdēs dolorē oēm:q ex alicuius morte ſuſcipiat̄:& muliebrē eē &
uanū:cū nl̄ ſit malū iudicādū:qđ ſit natura.Et cū oīa noq dederit đs: nec
ſit qcq̄ ꝓrſus:qđ tāq̄ iure peculii nr̄m dicere poſſimus:qd ē:qđ l̄ amiſſū
l̄ redditū tāto ægritudis cruciatu nos torq̄at.Prudent̄ igr̄ & q̄ueriſſime ī
hāc ſniam Simonides poeta locutus ē.     Hoīes paꝝ pn̄t iania ſtudia.
Breuiq; tpe labor ad laborē etiā.     Quod ē īeuitabile : īminet oībus
Mors ſæua:cuius & bōi & mali parē.     Partē r̄cipiūt:nec mīus apte Euripi
des.Nō ſolū.n.pecūias minīe ꝓꝑas.     Hoīes hn̄t:ſed ꝓrſus humanū nihil
In oībꝰ itaq; dicer̄ par ē:ea gerius.     Quæ ſt̄ hoībꝰ a deis hæc cū uolunt.
Rurſū aufert.Cū igr̄ nl̄ nob̄ ſit ꝓpriū:ſed qcqd hēmus:id đs nob̄ uſui
dedit:qd tā moleſte tāq; iniq; ferius alienū redder̄ & reſtituere mutuāti.
Nul̄l hic meritis nl̄i uirtuti ꝑcit̄.Alia ē dei alia hoīm rō:diuiæ retributio
nes ml̄to nr̄is meritis ſt̄ maiores.Veꝝ eæ dei iudicio nō nr̄o æſtiandæ ſt̄.
Dđ rex & ſcūs & ſapiēs filiis antea duobꝰ amiſſis alr̄o īceſto alr̄o pricida
quos ēt mortuos flæuit ut īprobos:amiſit deīde r̄tiū eūq; ꝑuulū:quem hē
bat cariſſimū hūc:q̄diu ſparat ſeruari poſſe:nec deſtitit lachrymari & di-
uinū auxiliū orōibꝰ aſſiduis īplorare:& ieiuniis uti & ī cilicio iacere:cæt̄a
q; oīa facere:qbꝰ dn̄s ꝓpitius redderet̄.Vbi uero ad ſe pueꝝ euocauit đs
ſil̄ cū luctu lachrymis poſitis & ſurrexit de t̄ra cōtinuo: ac lauit : & regio
more unctus atq; īdutus deū adorauit:eiq; grās agēs refectus ē cibo.Suis
āt rē mirātibꝰ rn̄dit ſe recte uiuo īfāte ieiunaſſe plorās ſeq;:qm̄ arbitraret̄
uitæ dn̄m miſereri poſſe:nec dubitādū eū q poſſet mortuos ſuſcitare: ui-
tā ēt ſeruar̄ poſſe.Iā uero obita morte qd ieiunaret.Nō.n.ſibi licere mor-
tuū reducere exanimūq; reuocare.Ego:iqt:ibo ad eū:ipe aūt nō reuertet̄
ad me.Et ḡuit̄ qdē ille & demiſſe:q neq; de dino iudicio auderet q̄ri:aut
lachrymas fundere ꝑſerti cū ſciret puero melius eē ꝯſultū:& đſyderiū ſuū
ſpe altius uitæ ꝯſolaret̄.Quid.n.exēpla gētiliū ī mediū ꝓferā aut Horatii
puluilli aut Dionis ſiracuſani aut Antigoni regis aut Demoſthenis ora-
toris:aut Periclis olympi aut Xenophōtis Socratici:aut.Qu. Martii regis
aut eoꝝ:quos mō noīarā:Telamonis.Anaxagoræ.Qu.Maxi.L.pauli hæ
mylii M.Catonis Cicerōis aliorūq; huiuſmōi:q filioꝝ obitū & forti tulert
& iuicto aīo.Satis tibi unus Dđ exēplo ſit.Hūc nob̄ ꝓpōamus:hūc imite-
mur.qd fruſtra collachrymemur:quos recupare nō poſſumus:& qbꝰ ui-

Lyda
M.Tul.Cicero
Qu.Maximus
M.Cato.
Simonides
Euripides
Horatius pul-
uillus
Dion ſyracuſa
nus
Antigonus
Demoſthenes
Pericles
Xenophon
Qu.Martius
rex
Telamon
Anaxagoras
Qu.Maximus
Paulus hæmy
lius
M.Cato
Cicero

ta nõ erepta ẽ ſed cõmutata. At nõ potes nõ deſiderare: quẽ ex te gẽueras
quẽ magis amabas q̃ teipm̃. Sed uir ſapiẽs nl̃ unq̃ deſideret: qđ ſibi ꝯtige
re poſſe deſpet. Et ut fruſtra qđ habuimus: deſiderãus: ita fruſtra qđ amiſ
ſũ ẽ: lugemus itaq; ꝓcẽdũ ẽ lachrymis: ꝯp̃mẽdus gemitus: ægritudo ai lẽi
enda: nequẽ pietas flætũ excitat: diffidẽtiæ aſcribit̃. Nõ. n. mortuus ẽ Vale
rius: ſed uitæ trãſegit ꝯditionẽ: ut q mortal̃ erat: factus ſit imortal̃. Ille nũc
ſil̃ cũ ãgel̃: quoꝝ ſil̃imus creatus ẽ & gr̃a & pulchritudie & ſplẽdore: faciẽ
dei uidet: uultuq; reuelato ſẽpit̃nã dñi gloriã ieffabileq; btitudinẽ lætus
cõtẽplat̃ & gaudẽs. Nũc pſpicue cernit: q̃ certo ſparat: cũ eẽt i uita: ſibi glo
riæ apđ hũani generis redẽptorẽ ĩpoſitã eẽ mercædẽ ſuũq; ſibi ſeruatum
ab ãgel̃ hitaculũ. Nũc pn̄ti corãq; aſpicere ei licet ordies illos. vii. qbꝯ btõ
Septẽ ordines beatorum
rũ ai p iſaciabilẽ læticiã pfruunt̃. Nã & eos cernit: q ſupata carne & domi
ta null̃ ſt̃ eius illecebris deliniti: & itẽ eos: qbꝯ p aſſiduitate & inocẽtia il-
lud ẽ p̃ciũ datũ: ut erroribꝯ ꝯctis pturbatõibuſq; pſtratis ob q̃ꝝ reꝝ mẽo-
riã flagitioſoꝝ ai p curaꝝ æſtus ſollicitudinũq; ardores torq̄nt̃ pẽnit̃: iceſ
ſant̃q; cruciãt̃: trãq̄lla ip̃i potiant̃ ſecuritate. Eos deide uidet: q ob legem
ſeruatã eo dei teſtionio itelligũt ſe mũitos: ut ob ea q̃ geſſer̃t in uita: neq;
iudiciũ ſe oporteat neq; iudicii euẽtũ formidare. Tũ illos ꝯtẽplat̃: q & ĩq̄ẽ
ſuã itelligere: & q̃ ſibi futura ſit gl̃ia: uidere iã icipiũt: eoq; ſe leniẽtes ſola-
tio ãgelorũq; p̃ſidiis ſtipati ſuis i hitacul̃ mira cũ trãq̄llitate req̄eſcũt. Dei
ceps eo ituet̃: q qm̃ ex huius corporei corruptibil̃q; carceris tenebris ac
uicul̃ i lucẽ lib̃tatẽq; uener̃t: & affluẽtiſſime exl̃tatõis ſuauitatẽ hñt: & re-
ꝓmiſſã ſibi hereditatẽ poſſidẽt. Poſt hos ãt ii uiſui offerũt̃: qbꝯ qđ ſcriptũ
ẽ: demõſtrabit̃. qa uultus eoꝝ ſicut ſol icipiat refulgere: & ſtellaꝝ lumibꝯ
ꝯpari. Demũ uero i eos figit itutũ: q ſũma cũ fiducia exl̃tãt: certoq; ꝯfidũt
& itrepide gaudẽtes accelerãt eius uider̃ uultũ: cui p aſſiduã ſeruitutẽ ob
ſeq̄ntis ſe p̃ſtiter̃t: & aliquo p inocẽtis mẽoriã ꝯſciæ itelligũt gl̃ioſam & ſem
pit̃nã minimi laboris ſui ſe mercædẽ ꝯſecuturos. Nũc firmo fixoq; obtutu
Valerius tuus aſpicit: aſpicit atq; admirat̃ ſplẽdorẽ imẽſũ & corruſcãte il
lius uibrãtis luis: quo dei facies oĩa illuſtrat & icõpræhẽſibili fulgore quo
dã irradiat. Nũc ille reuelata facie totũ robuſtus aſpicit ac uidet: quẽ hic
Aenigma
ex pte cognoſcebat: ut puulus & ueluti p ſpeculũ i ænigmate. qđ ergo do
lẽus illũ reg̃re cũ xp̃o: q p breui curricl̃o uitæ lõgã bñ agẽdo uixit ætatem
An ignorãus xp̃i morte oẽm mortuã eẽ mortẽ. Itaq; uiuit filius tuus: q ob
dormiuit i xp̃o. q ẽt ip̃e dixit i euãgelio. Nõ ẽ mortua filia tua: ſed dormit
Lazarus
& lazarus a ſõno ñ a morte: q̃ ꝓpe diẽ erat pitura ſuſcitatus ẽ. Nõ de filiis
inq̃ nob̃ dolẽdũ ẽ: q bñ hñt: & pbtẽ: ſed de nob̃ ip̃is: q quottidie obiiciur p
turbationũ ul̃neribꝯ: & a qbꝯ de uerbo ẽt ocioſo rõ exiget̃. Securus nunc
Valerius uiuit tẽptationũ oĩm: iã null̃ põt flagitiis ſordidari: quoꝝ uulne

ra ſil' cū morte ꝓſtrauit ac uicit. Ille nūc uictor ac triūphās nō eqs Camil- Camillus
li aut Scipionū ſed piis uirtutū opibꝰ ſed cōtinuis illis ac ſcis oroibꝰ qbus Scipiones
mitē ſibi dām ꝓpitiūq; reddiderat: decorā illā atq; manſuetā faciē ſuā: &
ſplēdidos ocl'os uerecūdūq; uultū ī te ꝯuertēs cū & dolētis miſeret' : & la-
borāti aſſiſtit: tū ut bono aīo ſis: hortat': qm̄ tibi iā ſedē paret: q̄ ſecū oī aī
angore curaq; ſolutus æternis ī gaudiis ſis māſurus. Quid. n. mortē accu
ſemus: ſine q̄ ad tātū felicitatis bonū ꝑuenire nō dat'? An potius cū ī ea tā
tū ſit boni: repūtāda nob̄ ē: cū adhuc ſumus ī corpe. qd ſp iacemus humi
ꝓſtrati? Surgāus aliqn̄ ex hoc terreſtri cœno. Abducāus aīam a ſenſuū te
nebris. Mētis luia tollāus ad cælū. Surgite eamus hic: p̄cepit dn̄s. Euolēus
ad Iheſum exuti t̄renis cūctis pmotōibꝰ ac pēnis pietatis īduti. Volētibus
bn̄facere nl' ē difficile. Adeſt ds̄ iplorātibꝰ ſe. Orātis exaudit. Inuocātibus Iheſus
p̄ſto ē. Quid affligimur quottidie īanibꝰ deſideriis? qd capi patimur ille
cebrarꝫ laqis? qd ultro fallimur uiſco libidinū. Quid ſciētes uidēteſq; do
loſis uoluptatū īſidiis irrætimur? Eiiciamus a nob̄ tādē: eiiciamus inanis
cogitatus. Fallacis opiones lōgius ferri qd ſinimus. An ignorāus quo ma
gis nob̄ blādit' mūdus: eo maiorē de nob̄ uictoriā hoſtē illū imanem atq;
formidabilē ſpare? q̄ res multæ fluūt ad uotū: ſine aliquo demū īgēti ma
lo finire nō pn̄t. Itaq; laudat' rex Philippus alexādri pr̄: cui cū ſub idē tp̄s Philippus
tres grati & fortunati nūcii eēnt allati: & qd' eqſtri q̄drigarꝫ curſu Olym- Alexāder
pia uiciſſet: & qd' ab eius ducē Parmemone eēnt Dardanii pug̃ ſupati: Olympia
& qd' uxor Olympias ei filiū pepiſſet, ꝯtinuo ſublatis ī cælū māibꝰ. O for- Parmenio
tuna inqt puo me malo aliquo ꝓ tot tātiſq; bonis afficito. Verebat'. n. uir Dardanii
prudētiſſimus: nc qd' accidere ſæpe ſolet: poſt tot res lætas magnū aliqd' ī Olympias
fortuniū ſeq̄ret': ſicuti certe demū ſecutū ē. Nā quā Attalū ꝑpetrati flagitii Attalus
pœnā dare neglexit iniuſte: iuſtiſſime ip̄e luit. Scimus. n. Philippum ab a Pauſanias
doleſcēte Pauſania īterēptū Theramenes āt uir grauiſſimus ubi ædes: ī Theramenes
qbꝰ una cū aliis familiaribꝰ q̄plurimis cænabat: fūditus corruiſſent: cæte
riſq; obrutis atq; oppreſſis oībus ſolus ip̄e ſeruatus eſſet: ob idq; perinde
ac felix a cūctis extolleretur: alta uoce exclamauit īqens: o fortuna ad qd
igit' me reſeruas? Nec ſe ſuus fefellit metus. Nā non multo poſt tpe trigi-
ta tyrannorꝫ iuſſu ueneno ītrepide abducto piit ī carcere: quē acerbitatis
caſum eo patiētius tulit: qm̄ ſe ātea ī oēm aduētū accixerat. Itaq; ubi mor
tiferꝫ uenenū illd' aduētius ac tāq̄ ſitibūdus hauſiſſet: arridēs deide atq;
iocabūdus eiectū qd' reliquū erat: e poculo hoc iqt pulchro Critiæ ꝓpio. Critias
Neq; illi quē ī ſe fuerat ī iuſtiſſimū exptus: falſo mortē ē ominatus. Criti-
as. n. nō multo poſt eorūdē iuſſu tyrannorꝫ morte mulctatus ē. Et ita qd'
ei mortis poculū Theramenes mō præbiberat: idē deinceps ip̄e non mi-
nore appotus menſura abſorbuit. Iſtiuſmodi uero humanarum rerum Theramenes

Paulas hæmilius
Perſeus

mutabilitatē atq; īcōſtātiā cogitās Paulus hæmilius ſibiq; ſāctius nihil du cēs pr̄iæ caritate cū ob uictum Perſeū macedōiæ regē ī maxio atq; clariſſi mo felicitatis ſuæ ꝓuētu metueret:neq̄d mali reipubicæ iminerct:deos ꝓ catus ē:ut ſiq̄d aduerſi ī populū romanū molirēt̄:id oē ī domū ſuā cōuer terēt.Quare cū ex q̄ttuor filiis quos & bōitate formæ & ſplēdore īdolis hē bat egregios:duos ātea adoptiōis iure ī Corneliā fabiāq; familiā trāſtuliſ ſet:reliquos duos q domi erāt:alterū ānos q̄ttuordeci natū q̄nto āte triū phū die:alterū uero q ānū duodecimū agēs ī triūphali curru cōſpectus fu erat:q̄nto itē poſt triūphū die amiſit.Cūq; ꝓcedētē ſibi obuiā pp̄l̄m uide ret:q & eius uicē miſer̄ doleret:collugeretq;:Paulus eadē oris uultuſq; g̃ui tate:qua uti cōſueuerat ſemp̄:Nūc ait pr̄iæ ſū eq̄dē metu atq; ꝑiculo libe ratus:q̄n ſucceſſuū meoꝝ īuidiā q̄ ī familiā meā fortuna euomuit:ꝓ oī bus tuleri.Cōtigit.n.mihi:qđ optabā:ut uos meū caſū potius lugeatis:q̄ ego uſ̄um īgemiſcā.Nū tibi uidet̄ tal̄ tātuſq; uir aut doluiſſe aut fudiſſe lachrymas:qđ ul̄ iopinato ſibi q̄cq̄ triſtius accidiſſe:ul̄ īmature ī tāta reꝝ lætici̱a pueros duos quos reliquos hēbat:ītra dies tā paucos diē obiſſe di ceret?Vt ē.n.prudētis & magni uiri oīa q̄ accidere poſſūt ī u ta:lōge ātea meditari:ſeq; ī oēm caſū cōponere:ita nihil ducere īmatuꝝ:īqđ ul̄ natura facit ul̄ rō aliqua tēpeſtiuū.Nā qđ difficillimū ſcitu ē:ſiq̄s diligēter obſer uaret:atq; ꝓſpiceret:horoſcopiuī ſyderūq; eoꝝ īfluxus:q̄ naſcēti ualerio il

Horoſcopus

luxerūt:ītelligeres ꝓfecto nihil mirabile accidiſſe:qđ mīus is diu uixerit. Vixit.n.q̄tū ei fuerat natura definitū.Id āt quonā hc̄at mō ita oſtēdimus. Valerius tuus natus ē eodē & āno & mēſe quo meū Olympū ſupius natū

Valerius
M.cccc.liii.
Olympus
Mars
Mercurius
Saturnus
Iupiter
Quadratura

meminerā:iteꝝ hic ad tertiū idus ap̄les paulo āte ſolis ortum.At Valerius poſt ſolis ortū circit̄ horā ſecūdā ad octauū Kal.maias.Volūt āt aſtrologi: q iſtiuſmōi tēpore natus ſit:eius uitā diuturnā eē nō poſſe idq; tū ex Mar te:q teneret ſecūdā domū:tū ex Mercurio q a ſaturno offēſus domui præ eēt:cū Mars ēt ipſe iouē:q fortunæ ꝑti domiaret̄:ī ſua q̄dratura offēderet Huic.n.ſecūdæ domui ipſiq; Mercurio ſub quo Valerius dr̄ natus:uis q̄ dā ītrīſecus atq; extrīſecus data ē:ſine qua uita eē nō pōt. Quod ſi ab ea ſecūda domo Mercurioq; q domui domiat̄:uis qua alimur:īeſt ī nobis: nō uideri debet abſurdū:ſi ex offēſiōe & domus & dn̄i ātea q̄s moriat̄: q̄

Aurelius augu ſtinus

ꝑfectū rōnis uſū attigerit.Nec mihi q̄ſq̄ obiiciat uolūtatē diuinā ꝑmā eē cām & ſphæraꝝ & motionū nihilq; fieri:qđ nō de īteriore ītelligibiliq; au la ſūmi īperatoris egrediat̄:cuius q̄dē uolūtas cā ꝑma ſit & bōæ & aduer ſæ ualitudis uitæq; ac mortis:tū ēt ꝑmioꝝ pœnarūq; eodēq; modo & col lati cuiuſq; beneficii & relatæ gratiæ:eandēq; dei uolūtatē ſolam eē:unde oīa quæcūq; ſūt:traxere ortū cū ipa æterna ſit:ortūq; nullū habuerit.Qua ſi mēs diuina & cælum ipſum & uniuerſum mundum minus creauerit:

eamqꝫ naturam & poteſtatem infuderit:ut oīa certa ratione atqꝫ ordiñe
progreſſus faciant ſuos & oriendo & occidendo per uarias diuerſaſqꝫ &
cauſas & effectus nunc ſeruis nunc cicius:& tempeſtiue tamen omnia.
Quis.n.ſāæ m̄tis ignorat oīa ꝑ diuio arbitrio ac nutu & creata eē & cōſti Homerus
tuta:nihilqꝫ cuiq̄ uel accidere uł cōtigere:qđ aut dono eius aut ꝑmiſſiōe Achilles
ñ fiat?Id āt ita eē ne Hōerus qdē ignorauit.Apud illū.n. Achilles Priamū Priamus
īterēpti Hectoris corpus ſuppł r flæbił rqꝫ rogātē hiſce uerbis cōſolat᷑: Ah Hector
miſerāde ſenex mala q tibi płrima pectus Obſedere tuū:nauis ut ſolus
achiuas Veneris:atqꝫ ocuł huius te oñdere corā Pertuleris: q tot natis &
talibus orbū Te mō ɼddideri?mēs ē tibi ferrea ꝑrſus.Aſt nūc aīo qbus āge
re:pelle dolores.Hocqꝫ ſede ſolio.gēitus nil ꝑfuit ullus.Vt ſtatuere dei:mi
ſeris mortalibus ægra Vita dat᷑: nulł tāgūt᷑ numia curis.Dolia nāqꝫ iacēt
ī limīe bia tonātis:Diuiſim q̄ dōa bōi tēuere maliqꝫ Iupit᷑ hæc miſcēs tribu
it q̄doqꝫ maligno Et q̄doqꝫ ꝓbo.Veꝝ cui triſtia dira Sorte dedit:cūctis tē
nēdū ɼddit:& unū:Quē dolor ī ɼrā ſtimuł agit acer amaris:Quēqꝫ đi atqꝫ
hoīes nullo dignāt᷑ honore.Quod ſi bonoꝝ maloꝝqꝫ nr̄oꝝ uel naturæ or
do uł dei uolūtas ē ī cā:q qcqd facit & recte facit & utiłr nobis:nihil ē:qđ
ullus nob̄ caſus acerbus uideri debeat.Nā is nouit ſolus:qd nob̄ aut cō- Socrates
ducat:aut nō cōducat.Itaqꝫ mōebat Socrates aliud nihil a diis īmortali-
bus petēdū eē:q̄ ut bōa tribuerēt:qm̄ iidē ſcirēt:qd cuiqꝫ expediret.ſed qm̄
iā ſatis mihi uideor oñdiſſe neqꝫ nr̄a cā lugēdū eē:qđ neqꝫ liberał ſit neqꝫ
pr̄ni neqꝫ magni neqꝫ amātis aī:nec ēt filioꝝ certe cā:qđ eos.ſ.putēus ui- Aliæ quot ſint
tæ ſuauitatē ac fructū obitu amiſiſſe:cū hic ñ mō nulla ſit ſuauitas:ſed in lugēdi cauſæ
cōmodoꝝ atqꝫ acerbitatū plēa uideamus oīa:ſiquæ reliquæ ſūt:quærat᷑ tā
ti mæroris cauſæ:eas īuenio tris poſſe afferri:qđ aut exiſtimemus cū cor-
poribus ſimul aīos īterire:aut mortē ſine maxīo ītolerabiliqꝫ dolore acci
dere nemini:aut ꝑꝑ futura ī īferno ſupplicia.Quid ſi has cās quoqꝫ nō mi
nore ui uictoriaqꝫ īfrigā atqꝫ ꝓſternā:quā de duabus ilł ſupioribus factū
uides:Ceſſabiſne tādē a luctu?redibis ad te ipſū?Intelliges tibi mali nihil
ī Valerio accidiſſe?Nā futura illa ſupplicia qbus tādē horrēda ſūt? bonis
ne an flagitioſis?Nō ignoramus id:qcqd ē mali quo qdē aliđ nullū neqꝫ
formidabilius eē pōt neqꝫ ærūnoſius neqꝫ maius:illud hominū culpæ ꝑ-
petratiſqꝫ ī uita ſceleribus:ñ morti ipi:quæ maloꝝ oīum finis ē:dari opor
tere?qnimo ꝑpterea eē morti maiorē gr̄am habēdā:qđ culpā ñ patiat᷑ an
noꝝ acceſſiōe fieri grauiorē?Præterea quæ illi ſupplicia debēt᷑:q ñ mō nł
li ſe flagitio unq̄ fecit obnoxiū:ſed ita ꝓbitati ſtudebat aſſidue:ut ī eo ab Nympholepti
ſolutiſſima quædā uirtus nō mīus natura diuioqꝫ afflatu:ut de nympho Theolepti
leptis theoleptiſqꝫ fabulāt᷑:q̄ diſciplia īeſſe exercitatiōeqꝫ uideret᷑ Adeo.n.
egregius ille puer erat ī oēm uitæ partē pulcherrīe īſtitutus : tātaqꝫ īgeniū

Horoſcopus

ad oẽm bõitatis præſtãtiã acrimõia & ſplẽdore:ut nis quædã ſupra hõiẽ
ĩ eũ diuinitus uideret̃ ĩfuſa.Quid.n.ad natalẽ:qd ad horoſcopũ reuerta-

Gemini

mur.Nõ.n.dicã ea rõne Valeriũ tuũ ĩgenio fuiſſe & acri & graui & facili

Mercurius

& excelſo appetẽtiſſimoq; diſcẽdi:qd̃ natus ſit aſcẽdẽte p̃ma geminoꝝ fa

Aries

cie:quo tẽpore Mercurius eẽt ĩ ariete:q & a Marte feruorẽ & tẽperamẽtũ

Mars

a Saturno acciperet.Quãq̃ hæc oĩa ut cætera quæq; ab deo ſũt:tñ qa mi-

Saturnus

nus nota ſũt oibus nõ cõtẽdã cũ ĩdoctis & ptinacibus:Sed illud affirmaꝛ
ñ dubitabo ñ potuiſſe Valeriũ ea & loq & ageꝛ:niſi aliqd ſupra hoĩs inge
niũ diuinũq; hũiſſet.Quo factũ ẽ:ut diuĩo quoq; bñficio uix puericiã igꝛ
ſus huius ſit uitæ picuꝛ libatus:ne ſi diuturnior hic fuiſſet:ſordibus pcoꝝ
ĩquaret̃.Perdifficile.n.ẽ eũ demũ a ſcabie ñ corripi:q diutius utat̃ ɔſuetu
die ſcabioſoꝝ.Quod ſi eos ĩmania q̃dã manẽt atrociſſimaq; ſupplicia : q
uixerũt flagitioſe:q̃ illi p̃mia nõ ſũt ꝓpoſita:q ſe totos uirtutũ deoq; dedi
derũt?Qui uero opinãt̃ ñ fieri mortẽ ſine g̃uiſſimo ſẽſu doloris:ii maxĩo ĩ
errore uerſant̃.Nõ.n.mihi crede:ipa mors cuiq̃ g̃uis ẽ:ſed mortis metus :
q oĩs tollit̃:cũ mors aduenerit.Hic illd̃ ẽ g̃uiſſimi diogenis dictũ:q ĩtroga

Diogenes

tus:an mors eẽt mala:quomõ iqt mala:q̃ ꝓſentẽ ñ ſẽtimus?Atq; metus ille
uiuẽti hoĩ g̃uis ẽ:cuius d̃prauata opinio maloꝝ eẽ arbitrat̃: qd̃ bonũ ſit.

Quomõ fit ſõnus & mors

Nã nullũ eẽ dolorẽ ĩ morte:rõne haud difficili aſſeq̃mur:ſi quomõ illa fi-
at:nolimus ignoraꝛ.Eadẽ.n.mors uia nos corripit:q̃ ſõnus ĩuadit. Nã ut

Alcmæon

docet Alcmæõ ſãguis ꝛceſſu ĩ finitimas uẽas fit ſõnus q ſi diffũdat̃: expre
ctionẽ ĩducit.At ſi oĩno ſãguis receſſerit:ɔtiuo mors cõſeqt̃.Si ꝛcedẽte igꝛ
ĩ uenas ſãguie rapimur ĩ ſõnũ ne ſẽtiẽtes qdẽ:qd miremur:ſi ſãguĩe ĩ locos
ſuos ñ redeũte q̃ſi ꝑpetuo ſõno occupati morimur?Vt.n.morte ĩ oẽ tp̃us

Ariſtoteles

ſẽſũ amittimus:ita ſõno cõſopiti ſẽtimus ad tẽpus nihil.Itaq; nõ ĩdocte in
qt Ariſtoteles ſõni ſtuporẽ uolẽs oñdere ĩ dimidio uitæ felices nihilo p̃ſta
re miſeris hoĩbus dimidiũ.n.uitæ ꝓ ſõno poſuit.Et mortẽ ñ nulli philoſo
phi ſẽpiternũ eẽ ſõnũ defunierũt:ob id tm̃ illi errãtes:qd̃ ſõnus ille ñ ẽ ad̃o
ſẽpiꝛnus:ut finẽ nullũ ſit hĩturus inq̃.Reſurgẽt.n.hoĩes idq; ñ ſolũ nr̃a hoc

Perſæ

ẽ chriſtiana ſed gẽtiliũ ẽt philoſophoꝝ ſẽtẽtia eoꝝq; pſaꝝ.Futuꝝ.n.eni p
ſæ affirmãt:ut reuiuiſcãt hoĩes:ſintq; ĩmortales.Quod ſi ſõnus ſit ſecundũ

Diogenes

Diogenẽ Apolloniatẽ:q ait ubi oĩno ſãguis diffuſus uenas ĩplerit:& eũ ae
ra q ĩ uenis cõtinet̃:ad pectus ĩpulerit atq; ĩ ſubiectã aliũ:ſõnũ fieri ac tho
raca quẽ uocãt:reddi calidiorẽ:qd̃ ſi tota uis aeria e uenis defecerit:mor-
tẽ effici:qd plus ĩ morte moleſtiæ ſit q̃ ĩ ſõno.Sin aũt Platonẽ malimus ſe-

Plato

qui:ſõnus fit remiſſiõe ſp̃us ſẽſitui elati ad ſinciput:quo ĩ loco p̃ncipatus
ponit̃.Cũ uero ſẽſitiuus ſp̃us oĩo remittit̃:atq; relaxat̃:tũ mortẽ effici pla
tõi placet.Quod ſi ita eẽ cõcedimus:nõ minorẽ eẽ g̃tiã morti habẽdã q̃ ſõ
no mihi uideor ĩtelligere.Hic.n.ad breue tẽpus curaꝝ mole nos leuat:ac
mors ꝑpetuo liberat.Atq recte qdẽ Homerus ſõnũ q ꝓfũdiſſimus ſit:æne

um uocat & eũdẽ mortis fratrẽ. Mortẽq; ac ſõnũ ob eã:q̃ inť ſeſe & genera tionẽ & ſimilitudinẽ hẽnt:gemios dicit. Itaq; Diogenes ille ſinopeus:q co gnomĩto dictus ẽ cyon:cũ uæhemẽtiſſime ægrotás laxareť i ſõnũ:& excita- tus a medico iterrogareť:moleſtius ne qcq̃ patereť:reſpõdiſſe traditť nihil Verũ frať ſororẽ ãticipat:hoc ẽ ſõnus mortẽ. At Paulus apoſtolus ut ſpũs ſãcti plenus ita nullius elegãtioris doctriæ iops cũ cõſyderaſſet mortẽ: q̃ nomiamus:ideſt ſepationẽ aĩ a corpore aliď nihil eẽ q̃ dormitionẽ atq; ſõ nũ quẽdã:uetuit de dormiẽtibus eẽ dolẽdũ. Ita.n.mõet credẽdũ eẽ eos q dormiũt:ſuſcitatũ iri:& poſteaq̃ ſoporẽ digeſſerit fore:ut cũ ſãctis uigilẽt: atq; una cũ ãgeľ dicãt:gľia i excelſis deo & iťra pax hoibus bõæ uolũtatis In ťra.n.& i hoc mortali cœno qd aliď ẽ q̃ factiões q̃ ſeditiões q̃ diſcordiæ q̃ bella q̃ icẽdia q̃ uaſtatiões q̃ cædes? Quos i hoc uitæ ſalo & mẽtis & cor poris:fluctus ñ patimur? Quibus ñ obiicimur naufragiis? quo qs melior fuerit:eo ſe magis addicit iuidẽtiæ iacuľ & mucrõibus:tũ feriãt ſũmos ful mia mõtis. Quid pĩiæ caritas Camillo ꝓfuit? qd Miltiadi? qd themiſtocli qd Ariſtidi? qd utriq; africão? Nũ de his oibus triũphũ ageť uictrici iuidiæ pudor fuit. Nõne iuidẽtiæ diritate piit Abel. Nõ eadẽ Ioſeph oĩ ludribrio inocẽtẽ obiecit? Nõne i horto deliciaꝝ ſerpẽs hoĩem eo ueneno iſecit:cu- ius morte hũanũ gẽus mors corripuit? Nõ ẽt i cælo p̃mus ãgelus eadẽ pe- ſte correptus iſidias ſuo tẽdeť creatori ẽ auſus? Quid ago pťribus i re pſpi cua? Vt.n.pĩiarchas & ꝓphetas ut apoſtolos ac martyras cõticeã: Iheſũ ip ſũ ipii liuoris imãitas p oẽm ſæuiciæ & ſceleris ꝯtumeliã erubeſcẽdæ affi xit cruci. Quæ igiť ſupbia nŕa fuerit:ut q ad imaginẽ ďi ac ſimilitudinem creati ſumus:melioř poſtuleus eẽ ꝯdicioẽ:q̃ ſe deus ipe uoluerit? Nũ ima- go id ancellat:cuius ẽ imago? Nũ deus moriť:& hõ ſit imortalis? Quod ſi Chriſtus pp nos mori ñ dubitauit:nũ ipi pp nos ipos tã uæhemẽter mortẽ horremus? An ignoramus mortẽ eẽ itroductã pp hois uitiũ:ut ea reſtitue ret bõitate ſua:qď uitæ malignitate picrat? Quid arrogãtius qd ipudẽtius aut dici põt aut cogitari:q̃ cũ ſciamus nos eẽ mortaľ:imortalitatẽ appeteť Quid.n.id q̃ſi p̃uatũ nřumq; lugeãus:qď oibus eẽ cõmũe:oibus eẽ pſcrip tũ:qďq; nľlo pacto uitari a nob poſſe itelligãus? Nulli ẽ odio nob hẽnda mors:ſed optãda potius cũ ſit maloꝝ omium finis:qbus quoitidie affligi mur:& cũ ſepľtura uitioꝝ q̃ ſola corpus aiumq; intimũt:tũ uirtutũ ſuſcita tio:quaꝝ meritis i gľia uiuimus ſẽpiťna. Itaq; ŕctiſſime dictũ legimus: Mo riať aĩa mea i aĩs iuſtoꝝ.qd.n.moleſtiæ põt eẽ i morte:q̃ ſõni ſimillimã eẽ oñdimus? oĩs ãt aĩ ꝯtractõ ñ ex alio mortis icõmodo:q̃ ex ſolo metu ꝓficiť Itaq; aptiſſime ďmorte. arceſilaus locutus traditť eũ diceŕt:ſolũ hoc qď ma lũ dŕ ex aliis oibus:q̃ putãť mala:nemi ũq̃ pſẽs moleſtũ fuit ſed abſẽs atq; expetatũ affert egritudinẽ. tolle igť metũ:malũ oẽ ſuſtuleris. metueť ãt mu lieris ẽ ñ uiri. et metuẽda qdẽ ea ſũt:q̃ a naťa maxie abhorrẽt. Sed ut mor

Homerus

Diogenes cyon

Paulus apoſtolus

Camillus
Miltiades
Themiſtocles
Ariſtides
Africani
Abel
Ioſeph
Iheſus

Chriſtus

te nihil ē magis ſecūdū naturā:ita iuſtius certe nihil.Sola.n.mors æq̄l̄ eſt oibꝫ:q̄ neq; paupes diſcerit:nec excipit locupletes:regeſq; pi iur̄ adit & ſb̄ ditos.qd̄ niſi corpus nob̄ fragile eēt:cor lubricū:aius ibecillus:n̄ mō mortē n̄ timereēus:ſed miro potius d̄ſiderio eā appetereēus.itelligereēus.n.maximā nob̄ i morte poſitā eē utilitatē:cū uita hæc pniciosa ſit tota: & extrēo obiecta diſcri.qd̄ Paulus apte ſignificās.Mihi:iqt:uiuere xp̄s ē & mori lucrū.Nā xp̄m eē itelligebat corpis mortē & ſpūs uitā.Mors certe illa ē optima:q̄ cū adhuc ſumus i carne:pctō qdē moriur:deo āt uiuimus.Illa uero & horribil̄ & peſſima:d̄ q̄ ſcriptū legimus.Dimitte mortuos:ut ſepeliant mortuos ſuos.Iſtiuſmōi.n.morte:dū uiuit ēt corpus:aius ip̄e facinoꝝ mole opp̄ſſus morit̄.hic illd̄ ē.Aia q̄ peccat:ip̄a morieт̄.Qua qdē morte quæ mors alia eē q̄at aut triſtior aut amarior:nullā repio.Hæc.n.mors illa eſt ob cuius horrēda formidinē dcm̄ audimus.q̄rēt hoies mortē:& n̄ iueniēt eā.qq; fruſtra dicturi ſīt mōtibꝫ:cadite ſr̄ nos:& collibꝫ opite nos. Et mors qdē:q̄ diſceſſū aius facit a corpe:q̄q̄ ſua natura i maxis bonis hn̄da ē: qd̄ & maxis huius ſcl̄i mal̄ nos lib̄at:& ad maxia alt̄ius uitæ bōa nob̄ trāſitū p̄bet:dāda tñ ē opa:curādūq; diligent̄:ne nos ipatos offēdat. Nā & ſalutifera medicoꝝ pocl̄a q miūs tēpeſtiue:& ut oportet obduxerit:ad pniciē ſui corpis n̄ ad ſalutē obducit.Et gub̄nator qbꝫ uētoꝝ flatibus potat mō ſcd̄is uti:fit qn̄q; eius ul̄ negligētia l̄ iguia:aduerſos ut patiat̄. Mors n.nuſq̄ lōgius à nob̄ abeſt:q̄ p oēm uitæ curſū nos comitat̄:nob̄cū pnoctat:nob̄cū uigilat:nob̄ adhæret ſp:& qcqd l̄ agimus:l̄ dicius:l̄ aio uerſamus:curioſe obſeruat.Nec ē qd̄ qcq̄ malit:q̄ p̄deſſe nob̄.mō aiaduertat nos ſui n̄ obliuiſci.Monetq; exēplo totius uitæ:ut quottidie diſcāus mori cū pſpicue cognoſcere liceat nl̄l̄am eē uitæ ptē:q̄ diutius duret:q̄ nob̄ ēt uolētibꝫ petētibuſq; n̄ ſe morti dedat.Quē.n.repies:q ſuo ætatis ſtatu cōtētus uiuat?Debil̄ balbutiēſq; iſantia pcacitatē & luſionē pueriicæ ꝯcupiſcit.At pueri adoleſcētiæ libidinē atq; amores adamāt.Hæc uero ætas iuuētutis robur & gloriā admirat̄.Iuuenes āt grādioris ætatis tū prudentiā tū auctoritatē maxie oium optāt.Sed illo ubi ē puētū:qs ē:quē ſui nō pœniteat:cū itelligat ſibi fruſtra eē oia cōcupita:ſeq; uideat l̄ ignorātē ſingul̄ ætatibꝫ uitæ ſuæ eē mortuū:nec ita mortuū:ut āplius moriēdū n̄ ſit. quo fit:ut i oibꝫ ſit inata q̄dā mutatōis finiſq; apetitio.Sola mors ea nr̄aꝝ actionū oium ultia:q̄ tāto nob̄ ē horrori:& pturbatōnū oium finis ē.& cū maloꝝ oium ceſſatio tū cōmigratio ad qetē.Nā qd mortē abn̄tē horremus: q̄ pn̄s ſil̄ima ē ſomni? Vt.n.ſomno ſæpius itercipimur ne aduertentes q̄dē illū adeſſe neq; ſentientes:ita etiā morimur ſenſu pœnitus itercepto. Eadēq; facilitate mortē obimus:qua ſomno occupamur.Plurimi uero itereſt:utꝝ nos illa paratos expectātiſq; iueniat:an iparatos iter oſcitātiſ-

Paulus
Chriſtus

ꝙ offendat. Eadem.n.quæ nobis quãoptime cupit fore: ſpeculatᷣ noſtrã
oia acutiſſime:inſidiatᷣq;:ſiqd agatᷣ a nobis perperã. Et captato tempore
uiribus omnibus impetũ in nos facit. Nullaſq; neq; rationes nec pces ad
mittens naturæ debitum exigit. Facitq; confeſtim:ut quod concretũ fue-
rat ſecũdum Epicharmum:diſcernatᷣ:eoq; redeat:unde uenerat:terra in Epicharmus
terram ſpiritus autem ſurſum: Cuiq; enim elementorum:quod erat ele-
mẽtale i corpore humano:p ſua redditᷣ portiõe & humus humo & aquæ
humor & aeri flatus & igni uis ignea. Nam animus:q ẽ ſubſtantia incor-
ruptibilis ĩcommutabilis ſempiterna:q uitam infũdit corpori: q uita eſt
corporis:nõ humi remanet natura ſui:ſed ubi ſe a corporea concretione
ſecreuerit:moritᷣ qdem corpus:ipſe uero mortem non recepit:ſed relicto
corpore:ſi nullis ſe carnis ſordibus inqnauerit:euolat altius: nuſquamq;
cõſiſtit:donec eo puenerit:unde pfectus ẽ ad illum ſcilicet:q ait: Qui ſcis
an nocte hac a te tua anima repoſcatᷣ? Non.n.moritᷣ animus una cum
corpore:ſed ab eo repetitur.a quo uſui datus eſt. Itaq; nõ interit:nõ diſſi- Profecta
patᷣ: nõ deletur: ſed ut inquit propheta:in manibus dei eſt ſemp. Eo aũt
cũ puenerit:quieſcit tãdem lõgiorius ſuæ peregrinationis fructus huber-
rimos p oẽm beatitudinis læticiam aſſecutus. Cum tãtum igitᷣ in morte
ſit bonũ:eaq; tanta ſerpat facilitate:ut ne ſentiatᷣ qdem qd mors nobis ti Socrates
menda eſt:uel potius nõ optãda? Audi etiam quæſo:quibus uerbis Socra Plato
ten facit Plato uti apud iudices. Nec mireris:quod tã multa a græcis tra-
duco. Non.n.id a me factum ẽ propter eam orationis facilitatem:quã mi
hi in omni & ſcribendi & dicendi genere æque apud græcos atq; apud la
tinos prõptu eẽ opinaris:ſed ut ad latinos:quos hẽre potes ipſe pmultos
græcis quoq; teſtibus additis nõ ſis perſuaſu difficilis. Socratis autem uer
ba hæc ſunt:ut memini: Timere.n.mortem o iudices aliud nihil ẽ quam
exiſtimare ſe eẽ ſapientẽ:q nõ ſit. Videtᷣ.n.ſcire:quod neſcit: Nã nemo ſcit
mortẽ. Hæc aũt bonoꝝ oĩum eſt homini maximũ:quã homines æque ti-
ment:ac ſi certo norint eẽ maximũ oĩum maloꝝ. Et recte qdem Socrates
Quid eĩm boni in ſe hẽt hæc uita mortalis? Vel qbus potius malis nõ abũ
dat? Permulta pfecto nobis in huiuſce uitæ agitationibus ac fluctibus in
oẽm partem obeũda ferendaq; ſunt animo cõſtanti atq; inuicto:quæ ſũt
omni mortis acerbitate quam falſo exiſtimant:lõge acerbiora: qdᷣ ni ita
eſſet:nõ tam multi fuiſſent:qui ut ſe iis difficultatibus aut animi aut cor
poris ſoluerent:uitæ mortẽ ſponte atq; alacriter prætulerunt. Quem enim
inuenies:cui uni ad animi præſtantiã commoda oia & corporis & fortu
næ pro uoluntate cõtigerint? Nõ patitur ratio naturæ:deus ipſe non pati
tur:ut bona ſimul omnia:quæ uulgo exiſtimantᷣ:ita in unum aliquem ui
rum confluant:ut tanq̃ perpetua ſint futura:id quod etiam Helene illa

Homerica non ignorans ita loquitur.
Aſt alias alii quiſquis ualet omnia ſolus.
Datq̃ bonũq̃ malũq̃ deus. Oĩa inq̃ nobis & bona & mala hoc eſt cõmoda & incõmoda ab deo ſũt: idq̃ ſemp ad nr̃am utilitatẽ. Nã uitium & peccatũ: quod certe ſua natura malũ ẽ: a deo eẽ nõ poteſt. Itaq̃ ſtudendũ ẽ: quod ĩ nobis: poſitũ puto: ut bonorũ operum ueræq̃, pietatis ſimus ſtudioſi: Quæ uero aut extraria ſunt aut a noſtra poteſtate aliena: ea ſi aderũt: & modeſte utamur & grauiter: ſin aberũt: nõ turbemur: Nam ut breui exẽplo Vlyſſes monet apud Homerum:

Vlyſſes
Homerus

Non uni dat cuncta deus: formoſus ut idem
Sit ſimul & prudens ac multa laude diſertus.
Qui ſpecie caruit: deus hunc uenerabilis ornat
Viribus eloquii: quo fit: mirentur ut unum
Hunc alii ſuauis linguæ dulcedine capti.
Hic autem fidens orat: leniq̃ pudore
In cœtus excellit agens: quem numinis inſtar
Suſpiciunt. urbem quiſquis petiere: loquentem
Aſt alium formæ bonitas quem cõminus æqnat
Cælitibus: penitus defecit gratia linguæ.

Vt igit̃ naturæ atq̃ fortunæ cõmodis moderate utẽdũ ẽ & ſecũdum rationem ita ẽt ĩcommoda ſiqua ſunt: aĩo infracto atq̃ ĩgenti tolerãda ſapientes iubẽt. Siq̃d igit̃ Valerii obitus tibi fortaſſis ĩcommodat: debes tu ſane id q̃cq̃d eſt: incõmodi cũ illius maximo cõmodo pẽſare. Ille eĩm ex huius ſæculi tædioſa & ꝑmoleſta peregrinatiõe ex hiſce erroribus turbulẽtis in trãq̃llum illũ & exoptatum beatitudĩs portum bñficio mortis elatus ẽ. Et mors q̃dem ipſa quæ ſtultis tãto hẽtur odio: nõ ſolũ ẽ naturalis atq̃ neceſſaria ſed habẽda ĩ bonis optatiſſimis. Nã ſi q̃cquid ex cõtrariis rebus conſtat: corruptibile ẽ natura: cui mirũ uideri debet: oportere hominẽ aliquãdo corrũpi: quoniã ſit ex cõtrariis cõcretus. An ignoramus id eẽ neceſſario corruptibile: quod generabile ſit natura? Cumq̃ homo naturaliter generet̃: neceſſario fieri: ut is, ſecũdum naturã corrumpat̃? præterea humani corporis elemẽta nõ alius ſunt ſpeciei quã aliorũ partes elemẽtorũ: ſed cum ea elemẽta quorũ cõcretione alia cõſtant corpora: corruptionem admittãt neceſſitate naturæ: nunq̃d meliore ſint priuilegio humani corporis elemẽta? elemẽtis aũt corruptis huiuſmodi: noſtrãe corpora ĩtegra ſint futura? Ad hæc ſi natura ipſa quã dicimus: a mẽte diuina & ꝑducta eſt & cõſtituta: ſicuti certe eſt: quæcũq̃ a natura ſunt: nõ bona eẽ nõ poſſũt: fluunt eĩm ab illo: de quo ſcriptũ ẽ: Vidit deus cũcta quæ fecerat: & erãt ualde bona. Nec eĩm naturã ſolũ, ſed ẽt effectus oĩs q̃ ſunt ſecũdum naturã: ab

deo ut a prima efficiẽtiq; & uniuerſali rerũ oĩum cauſa ꝓductos eẽ & the
ologi oẽs philoſophiq; affirmãt. Cũ mors igit̃ ſit effectus adeo naturalis:
ut unus ſit ſecũdũ ſapiẽtiſſimum Solomonẽ hominis iumentoꝝq; interi- Solomon
tus & æqua utriuſq; cõdicio: eam q malã eẽ dicit: & naturæ contradicit &
deo. Nihil ẽ inq̃ morte cõmunius. Animãti parcit̃ nulli. Nemo ẽ neq; fuit
unq̃ tãta felicitate tãta gratia apud deũ: cui moriẽdi ius detrectare licue-
rit. Quam rei neceſſitatem Homerus ſecum animo meditatus ita Miner Homerus
uam loquentem introducit. Minerua

Sed neque cælicolæ quem dilexere: tueri
Aequa morte queunt: ubi perniciosa trahentis
Sors rapuit lœti. Et ne id quidem abſurdum.

Num inquã q ſibi nõ pepercit: quo nos ab æterna morte recuparet: nos
patiat̃ ꝓpter nos ipſos ſæculi mortis ĩmunes: ſine qua ad ſempiterna uitã
ire nõ licet? Quod ſi aĩalia uniuerſa ĩeuitabili quadam naturæ lege morti
ſunt adiudicata: quid ipſi fruſtra atq; inutiliter naturali iudicio ad uerſe-
mur? præſertim cum uix ullum ſit animal homine imbecillius uel Home
ri ſententia: qui ait.

Nil magis eſt hominis natura infirmius omni
Enumero: ſpirant quæcunq; animalia terris.

Ac ſerpunt. Si. n. uellimus nr̃i corporis naturã cũ cæteroꝝ ſingillatim aĩa-
liũ natura cõferre: ĩueniamus multo nos & pluribus & maioribus ſubie-
ctos incommodis q̃ aliud ullum aĩal. Itaq; nõ incongrue Vlyſſes ille ſo- Vlyſſes ſopho
phocleus id cõſiderans ita loquitur. cleus

Quicunq; uitam uiuimus: aliud nihil
Quam ſimulacrum aut inanis umbra nos ſumus.

Recte ſane hominẽ ſimulacrũ ſophocles atq; ũbrã uocat rẽ ſane & uanã
& cõtẽnendã. Hunc aũt ꝓpemodum ſecutus Horatius Flaccus inqt. Pul Horatius flac-
uis & umbra ſumus: Sed lõge id aptius & apertius Pĩdarus expreſſit. cus

Quid autem eſt ullus? quid nullus? Pindarus

Vmbræ ſõniũ homo. Nã cũ umbra debilius nihil ſit: quale ſit umbræ ſom
niũ: nõ ẽ ĩtellectu difficile. Vnde igit̃ tãta ſit nobis aĩ elario: neſcio: ut q cæ
teris animãtibus ſumus fragiliores: ſoli uelimus ex oĩbus detrectare ius
mortis: quæ ut natura rõneq; d'bet̃: ita neceſſario cõmũis ẽ oĩbus. Quod
ſi ĩtelligeremus: quãtũ ĩeſt ĩ ea boni: nunq̃ adeo nobis eſſemus aduerſi at
q; inimici. Quæ eĩm ĩprudẽtia nr̃a ẽ: ut ignoremus ad finẽ oĩa r̃ferri opor
tere? finẽ uero ut bonũ appeti? finis ãt uitæ huiuſq̃ mors alius ẽ nullus: qđ
ſi ſũmũ bonũ & finis ultimus cõuertũt̃: mortẽ habẽdã eẽ ĩ rõne felicitatis
q negarit: q̃ ſit felicitatis rõ: nõ ĩtelligit: Simul. n. cũ morte & uita & hũana Crœſus
oĩs finit̃ actõ. Itaq; r̃cte cræſũ & ſapiẽt̃ mõuit ſolõ huiuſmõi fine expectar̃ Solon

oportere:& tum demum de humana felicitate iudicare. Nõne præterea ſcriptum eſt:ante mortem non laudaueris quenquam? Mors enim & finis eſt & teſtimonium anteactæ uitæ. Tum demum ſuo officio functus eſt gubernator:cũ nauim deduxit ĩ portum. Nec orator laudem meruit: niſi perſuaſerit. Nec medicus:niſi ſanauerit. Et miles abſolutam ſtipẽdii mercædem non recipit niſi hoſtem ſuperauerit. Et ĩperator cõfecto bello laurea decoratur. In ea ſeceſſione:quam animus facit a corpore:ipſe quidem moleſtia omni ſollicitudineq; abſoluitur:at corpus reſoluitur. Quo fit: ut animus ita abſolutus incredibili gaudio perfundatur. Corpus aũt reſolutum in terram cũ nihil ſentit:mali omnino patiatur nihil. At mors eſt humanæ huius uitæ priuatio. Argute quidem obiicitur & ſubtiliter. Priuamur enim mortis beneficio quottidianis curis diurniſq; & nocturnis angoribus. Priuamur inquam priuamur iis cũctis perturbationibus: quæ tanquam efferatæ quædam & ĩmanes truculẽtiſſimæq; bælluæ animum corpuſq; conficiunt. Quem enim mihi excipies:qui minus ſit: aut ad ſollicitudines anxius aut ad labores deſidioſus aut procliuis ad uoluptates? Quid tanti facimus hanc uitã:ĩ qua nulla eſt ſecuritas nulla tranquillitas nulla quies. Ad quas eni cupiditates nõ incendunt noſtros aĩos nõ inflammant ardentiſſimæ faces corporis? An præterit unquam dies integer ſine aliqua uel corporis uel animi ſaltem offenſione? Nonne ĩ rebus etiam lætiſſimis triſtia ne interueniant:nobis timẽda occurrũt a deo ut metus ipſe magis etiam nos affligat:quã quod perĩde atq; miſerrimũ timuimus:cum aduenerit? Num ſecũdæ res quas opinamur maiori nobis ſunt uoluptati quam dolori aduerſæ? Quod ſi etiam bona:quæ exiſtimantur:ſine angore nõ ſunt:quid in uita ſit boni? non intelligo. Non naſci longe optimum inquit Solomon:& id quidem multo melius quã Silenus. Is eni cõpræhenſus:ut eſt apud Crantora:monuit Midam regem uitam hanc eſſe cruciatum:& a prĩcipio uſq; ortum hominis infortunium eſſe maximum. Et Iob uir ille ſanctiſſimus diu antea ait:Benedictio morituri ueniat ĩ me. Sciebat enĩ id humi teneri ac ſepulchri latebris occluſum reſolui in terram:quod non ſecus morti quam uitio eſſet obnoxiũ. Illud uero quod uirtutem diſciplinãq; appeteret:quod ſummi boni deiq; eſſet ſtudioſum:altius euolare:eiq; adhærere ad cuius imaginem ẽ creatum:unde uitæ accepit ſpiritum:& in animam uiuentem factum ẽ. Itaq; iure aliquando dicere conſueuit. Pereat dies illa:in qua natus ſum. Satis enim oſtendebat:quantum boni eſſet in morte:cum dies natalis ſui: ut periret optabat. Nam ut natalis initium eſt incommodorum atq; malorum omnium:ita etiam mors tranſitum nobis præbet ad bonorum omnium ſempiternam poſſeſſionem. Cuius rei deſyderio & hieremias

Solomon
Silenus
Crantor
Myda
Iob

Hieremias

ſe generatū eſſe deplorat:& Rex Dauid petebat a dño:ut notū ſibi face-
ret finē ſuū & numeꝝ dieꝝ ſuoꝝ.Quod neuter certe feciſſet:niſi mortem
ut egregiū quoddam bonum optaſſet.Quantum præterea ſit bonum in
morte:non modo patriarchæ & prophetæ ac cæteri ſancti uiri:ſed ii etiã:
qui gentium dii ſunt habiti:iuſſu ueri omnipotentiſq; dei dilucide oſten
derunt.Cleobis & Biton fratreſq; & argiui:quoniam pro iumentis iugo
colla ſubdidere:matrẽq; curru inſidentem ad templum Iunonis uſq;:qđ
ſtadiis quinq; & quadraginta diſtabat ab argis:mira pietate traxerũt:pro
ſummo tantæ bonitatis præmio ut eſt apud Herodotum:a numine mor
te donati ſunt:Idẽq; boni inter dormiendũ contigit:cũ Agamedi & Tro-
phonio:quoniam pulcherrimum delphis templum Apollini ſunt fabri-
cati:tum etiam Pindaro:cum quid eſſet homini optimum: ab Apollinis
oraculo quæſiſſet.Nam non multum poſt tempus in gymnaſio cũ eſſet
relaxatuſq; in ſomnum caput in dilectiſſimi pueri ſinum poſuiſſet : ſua-
uiſſime diem obiit.Sed quid pluribus gentilitatis deliramenta conſecter
cum ratione non obſcura mortis bonum probari queat.Illud prope ue-
roq; bonum & dicimus & tenemus:quod ad animi pertinet dignitatem
Quod autem animo detrimẽtum non affert:id malum certe non eſt.Sed
cum mors nullum afferat animo detrimẽtum:malum eſſe non poteſt.
Quod uero malum nõ eſt:id bonum eſſe patet.Quid ergo uel noſtrã uel
noſtroꝝ mortem adeo ægre ferimus:quæ tantum continet in ſe bonum:
ut ſine illa eſſe beati nullo pacto poſſimus? Quare cum oſtenderimus
mortem eſſe & communem & naturalem & neceſſariam & oibus debitã
eandemq; habere rõnē finis:qui nõ bonus eſſe non poteſt:& tanta præ-
terea facilitate irrepere:ut uix a ſomno ſuauiſſimo quicquã differat:quid
eſt:quod eam nobis lugendam exiſtimemus:quæ ſola nos liberat omni
turbido corporis motu:ſeq; nobis tutiſſimam ducem præſtat:qui ex his
tenebris excedamus in lucem illam:quæ & uniuerſum mundum illumi-
nat:& ex hominum corde caliginem omnem eiicit? Num forſitan igno-
ramus mortem ipſam:quid ſit? Nec aliud quicquam nos magis torquet:
quam ipſius nominis ſignificatum cũ uulgo affirment iccirco mortẽ eſſe
noiatam:quod mordeat?mordere aũt eſſe atrocium & immanium bæl-
luarum?quaſi culices quoq; & muſcas & pulices mordere non dicamus:
quaſi culices etiam oia noia ſint uel a natura uel a ſapientibus indita: &
non plura opinio ſæpe uulgi ac uoluntas quam ulla exquiſita ratio inue
nerit.At ego nõ a mordendo mortem deduci arbitror:ſed a græco nomi
ne quod eſt μορος moros quod ſortem mortẽq; ſignificat:unde & mo-
rior & mortẽ deſcẽdere qs ambigat?Moros aũt a uerbo μερειν merin de
ſcẽdit quo uerbo partiri ac ſepare ſignificat.Nã qd aliud ẽ mors:q̃ quod

Dauid
Cleobis
Biton
Iuno
Argi
Herodotus
Agamedes
Trophonius
Delphi
Apollo
Pindarus
μορος
moros
μερειν
merein

modo dicebã:animi a corpore ſeꝑatio naturæ.ſ.incommutabilis atq; im mortalis a natura mutabili & mortali.Num ſumus obliti:quicqd culpæ

Adam

obnoxium eſt:id etiã morti deberi.Si ꝑꝑ Adam ſumus oẽs in culpa : oẽs propter Adam debemur morti.Si debitũ igit᷑ eſt mortis:decoctores indu bitato futuri ſimus:ubi impatientius feramus mortis ſolutionem.Debet ei finis cõuenire pricipio.,Et quo pacto,poſſimus ꝓ charitate pr̃ia pectus offerre obuiam morti:ſi aliorum obitum tanto luctu tãto mærore proſeq̃ mur.Quod eni accepimus:qui ꝓ patria mortem appetiuere: quod certe nunquam feciſſent:ſi tãtum in morte doloris tãtum mali poſuiſſent. An pluris fortaſſe patria nobis faciunda ſit quã natura:quã deus? Num qđ dies tandem obliterabit:id non ratio prius leniat? An malimus eorum : quorum mortem acerbe ferimus:memoriam obliuiſci quam ꝑ cõſolatio nis remedia tueri:ut quorũ recordatio uoluptate debet:afficiat animum ægritudine? Si rurſus effuſior ſi ĩmoderatum gaudium uitio datur:num luctus:num lachrymaꝝ nimietatem laudemus? Quid:quod ꝑturbatio‑ nũ oĩum ægritudinem eſſe peſſimam grauiſſimi philoſophi tradiderũt. Paucoſne ĩuenias:quos nimius aĩ dolor alios ad ĩſaniam alios ad laqueũ

Niobe
Artemyſia
Mauſolus
Phillis
Demophon
Aiax
M.Cato
M.Brutus
M.Otho.

alios ad ferꝝ ĩpulerit:ut quem mærorẽ ferre nõ poſſent ab eo ſe morte uẽ dicarent? Prætereo Nioben:quæ nimio luctu ſenſum amiſit. Artemyſiã conticeo:quæ ob uiri Mauſoli obitum ĩ aſſiduis lachrymis & eiulatu cõ‑ tabuit.Quid phyllin illã Demophõtis.Quid Aiacem Telamoniũ cõme‑ morem.Quid.M.Catonem.Quid.M.Brutum.Quid.M.Othonem cæſa rem.Quid alios pœne infinitos ĩ medium referam.Romanoꝝ & Græco rũ hiſtoriæ amentium hominũ plenæ ſunt:qui ſibi propterea mortẽ aſci‑ uerunt:qm̃ patientiã non didicerãt.Itaq; dum animoꝝ magnitudinis ſe laudatum iri iudicaſſent:ſunt a ſapiẽtibus uiris oĩbus molliſſimi iuxta at q; ſuperbiſſimi iudicati.Nam quem animum ueluti depoſuit apud nos deus:hunc debemus reddere non abiicere:ne collatum beneficiũ uidea mur maleficii loco ducere.Quæcũq; ab deo ſunt:ea oĩa bona ſunt:ſine il lo aũt boni eẽ nihil cuiq̃ põt.Vt,mors igit᷑ optãda:ita minime anteuerten da.Quin opera dãda ẽ:ut nos uigilãtis ſꝑ accictoſq; inueniat.Quod ſi fe cerimus:de animi ſede nunq̃ neq; deiiciemus:neq; mouebimur. Et non modo interitum animi:quem ĩdocti nõnulli falſo opinatur:ſed ne dolo‑ rem quidem corporis ĩ morte qui nullus ẽ oĩno formidabimus. Nam ui

Animũ uiuere
poſt mortẽ tri‑
pliciter ꝓbari
Prima ꝓbatio

uere animum poſt diſſolutionẽ,corporis ac ꝑ ſeſe cõſiſtere:põt triplici de mõſtrari:& primum quidẽ quadam naturæ ui tũ rõne demũ uero diuia iuſticia.Et ĩmortalitatem ſane aĩoꝝ ſatis nobis ꝓbare debet ipa natura:ſi alia etiam nulla rõ quæ ſunt fere ĩfinitæ:poſſet adduci.Videmus eni nul lã eẽ oĩo nationẽ neq; fuiſſe unquã:quæ nõ gerat diligentẽ curã mortuo

rũ uariis officiorꝫ & generibus & ritibus eorum aĩos proſeqns:quod certe nemo faceret:ſi ea putaret ad uita defunctos nihil ꝑtinere. Ad qđ omnes gentes cõmuniter ſentiunt:id quadam naturæ lege fieri uidetur. Quem qdem populorꝫ oĩum de aĩorꝫ immortalitate conſenſum:ii omnes q habiti ſunt aĩo altiſſimo acerrimoqꝫ ingenio maiorem immodũ confirmarunt. Quis enim uir magnus ac ſapiens mori ultro uoluiſſet: ſi animum una cũ corpore moriturum eſſet arbitratus? Num ſe præcipitaſſet in ætnam Empedocles ſine ſpe magna immortalitatis. Si falſum eſſe Theombrotus putaſſet:quod de aĩorũ immortalitate apud Platonem legerat nũquam ſe de muro ꝑcipitem dediſſet:quo illam aſſequeretur. Quæ tanta cupido gloriæ Curtiũ. quæ tãta patriæ caritas in illũ terræ hiatum potuiſſet imergere:ſi totũ ſe periturum morte credidiſſet. Idem de Codro rege Idem de Philenis. Idem de tribus deĩceps Deciis. Idem ẽ de aliis q̃ plurimis exiſtimandum:qui prudẽtia & uirtute plurimum claruerũt. Ex qbus rebus cognoſci poteſt animum:nõ modo nõ interire cũ corpore: ſed ab eius uinculis ſolutum longe eſſe meliore ſtatu uitæ. Itaqꝫ recte inquit Phocyllides.

Vita breuis nobis:ad tempus uiuimus oẽs.
Aſt animus mortẽ ſeniũqꝫ ignorat:& idẽ
Viuit ĩ æternum. Nec illa ĩeptius dicta ab eodẽ Phocyllide legimus
Nãqꝫ manent animi mortali in corpore mortis
Expertes:homini cõceſſus ſpũs uſu:
Eſt imago dei.

Quod ſi ui naturæ priſci illi gentiles ꝑ quaſdam ueluti coniecturas perqꝫ nocturna atque diurna uiſa animorum immortalitatem aſſequebantur:quid nobis faciundum eſt:quibus renatis in Chriſto Iheſu omnis caligo inſcitiæ e mentibus debet eſſe ſublata? Homerica illa necati hominis diuinatio quæ uocatur νεκυομαντεία necyomãtia: quid aliud tota demõſtrat q̃ aĩos eſſe ĩmortalis. Et hoĩem aliud nihil eſſe quã animũ ipſum inquiẽs.

Tireſiæqꝫ aĩa ſceptroqꝫ ornatus & auro.
Venit.

Dedita enim opera cum anima in fœmineo genere uſus eſſet poeta ſapientiſſimis:ad maſchulinum tranſiuit genus: ut oſtenderet animam eſſe Tireſiam. Itaqꝫ omnium primus Homerus fuiſſe legitur ex gentilibus:qui hominis corpus carcerem nominarit hoc eſt δεμασ demas:ut doceret ſolam eſſe mortem:quæ hominis animum corporeo carcere atqꝫ nexu liberat. Animum uero a corpore ſeparatum & uigere & ſapere meminiſſeque ac uelle. Quam quidem ſententiam Homerus ſecutus ita Patroclum ĩ ſomnis facit loqꝫ perite Ad Achillen.

Aetna.
Empedocles
Theombrotus
Curtius
Codrus
Phileni
Decii tres
Phocyllides
Phocyllides
Homerus
νεκυομαντεία
necyomantia
Tireſias
Homerus
δεμασ
Demas
Homerus
Patroclus
Achilles

Num dormis oblite mei?nunc negligis orbum
Luce:modo uiuum quem ſic curaueris ante?
Me ſepeli propere:quo inferni Dytis Achille
Tranſuehar ad portas:animi nam me eminus arcent
Extincti populi ſecum tranare uetantes
En uagor:& fruſtra manes peto.porrige dextram:
Imploro:nec enim retro me annare poteſtas
Poſt ignis ſortem.nec uiui longius acti
A ſociis ſeſſum.nos conſultabimus ambo.
Sed me quæ genuit:ſors dura abſorbuit olim.
Et te fata eadem Troiæ ſub mœnibus almæ
O ſuperis fotma ſimilis ſtāt certa perite.Nū hæc finxiſſet unq̄ ātiqſſimus ille diuinuſq; poeta:niſi firmiſſimis rōnibus cōpertū habuiſſet aīos hominū cū diſceſſū feciſſēt a corpore:p ſeſe cōſiſtere nullaq; tāgi mortis ſuſpicione?Et ut reliquos poetas miſſos faciā audiamus Euripiden:q Anaxagora doctore ē uſus apud hūc.n.hæc loqt̄ Polydorus.

Euripides
Anaxagoras
Polydorus

Adſum relictis promptuariis latebris
Portiſq; tenebrarum:colitur ubi deum
Aregia procul erebus:ciſſeide
Polidorus Hecuba natus ac p̄amo patre:
Qui urbem piclum cum teneret argolici
Martis:ruinā ueritus ad Thracis hoſpitā
Polymeſtoris me clanculum miſit domū.
Is cherrhoneſiam optimam glebam ſerēs
Populum ferocem ui regit.mecum ſimul
Multum dat auri pater:ut eſſet filiis:
Quo uiuerent:ſatis ſuperſtitibus ſuis
Atqui p̄amidum qm̄ eram natu minimus
Me miſit extra genitor.arma nam iuueni
Haſtamq; ferre non potis eram brachio.
Dum troia rectis mœnibus:dū turribus
Infracta ſtaret:dum meus frater feri
Hector ſecundis utitur belli uicibus
Paternus hoſpes me quaſi quem ſurculū
Alebat augens miſerum.at ubi p̄ria periit
Hectorq; frater:& patris lares penitus
Cecidere.Pyrrhi & ipſe ꝓcubuit manu
Iugulatus impii pater ad aram deæ:
Occidit auri gratia me hoſpes miſerum:

Corpuſq; pelagò tradidit:quò auțe domi
Haberet ipe:iaceo nunc ĩ littoribus
Nũc ĩ ſalo põti ſine ſepulchro & flætibus
Quãplurimis uorticibus actus fluctuum
Nũc corpe relicto feror mrẽm ob hecubã
Iam tertiũ pendens diẽ:quantum mea
In cherrhoneſio ſolo ex troia ueniens
Adeſt miſera parẽs:quietẽ danai agunt
In littore omnes huius agri threici
Cum nauibus ſimul ſuis:nam peleo
Satis parẽte ſuper ſuo uiſus tumulo
Omnis Achilles copias claſſis danaæ
Quæ palmulas domũ maritimas dirigũt
Remoratur unus uictimam ſuo dari
Ac præmium Polyxenã tumulo petens
Meam ſororem cõſecuturus quidem
Nec.n.ab amicis ñ feret quẽ petit iugulũ
Fatum ſororem cogit hocci die perimi
Cadauera duo filium tuebitur
Mater duorum illius infauſte ac meum:
Nãq; ut ſepulchrũ rite cõtingat mihi
Seruæ offeram me pedibus ĩ maris ſalo
Manes eni exoraui:ut ĩ matris manus
Cadã:ac ſepeliar:quod itaq; optaui mihi
Erit:anui matri eminus cedam meæ
Hæc ex tabernaculo Agamemnonis ueni
Mei metu uiſi:o parens quæ regia
Genita domo ſeruis:ut infelix agis.
Quantũ prius nunq̃:deus quis te bona.

Ex ante fortuna malis cõficit uariãs. Obſcure ne Euripides nobis ĩ- Euripides
mortalitatẽ aiorũ oñdit ĩ hac lõgiuſcula ĩterfecti Polydori conqueſtiõe.Et Crantor
ne cũ poetis ſim dicẽdo prolixior:audiamus:q̃ ex academico Crãtore au Xenocrates
ditore Xenocratis Arceſilaiq; doctore & Cicero & Plutarchus memoriæ Arceſilaus
prodidere de Euthynoo quodam Italo Eliſii terinæi filio.Tradunt.n.hũc Cicero
Euthynoum nulla neq; morbi nec alia q̃ uideri poſſet:antecedẽte cã re- Plutarchus
pẽte eẽ morte correptũ.Quã qdem ĩopinatam caſus afflictionẽ pr̃ Eliſius Euthynous
qui ĩter oẽs urbis Terinæ ciues & opibus & uirtute & gloria priceps eſſet: Eliſius
cũ ferret ĩpatienter:putabat eni filiũ ſibi ueneno ſubreptũ:nec aliũ in tan Terina
tis opibus & pecuniis ullũ hẽbat filium:quare cũ neſciret:quo alio modo

Pſυχομαντε ιον pſychomã tion

quiret liberari ea ſuſpitõe: petiit Pſυχομαντειον pſychomantion quodam .i. animi uaticiniũ: eliciebant̃ enĩ a malefica illa ſupſtitiõe ſtultæ gẽtilitatis aĩ mortuoꝝ quibuſdam ſacrificiis & carminibus: p quos ueritas diſceretur. Quare ubi poſt pacta ſacra: ut mos erat. Eliſius obdormiſſet: habuit uiſum tale. Viſus eſt ei ſuus adeſſe pater: cui cum narrauiſſet de filii obitu: illũq; etiam atq; etiã rogaret: obſecraretq;: ut ſibi ĩterẽpti filii au ctorẽ indicaret: ille ob hanc cãm ueniſſe rñdit. Itaq; ab hoc ĩquit: accipe: q̃ tibi uides allata. Nam ex his oĩa q̃ adeo doles: ĩtelliges. Erat aũt ille quẽ pr̃ ſecũ adduxerat: adoleſcẽs quidam Euthynoi p ſiĩis: & ætate & forma: Is ĩterrogatus qnam eſſet: geniuſſum rñdit: filii tui. Quæ locutus tabellas ei reddidit. Ea uero aperte tris huiuſmodi uerſiculos cõtinebãt ſcriptos.

Infans uirorum tu eliſi mentes rogas
Nam morte fatali Euthynous iacet tuus:
Quẽ uiuere neq; parẽtibus erat utile.

Aurelius Auguſtinus

Quod ſi gentiliũ opinioni non credimus: an etiã uiris xp̃ianis: illiſq; & ſciſſimis & eruditiſſimis non credemus? Hæc ſunt Aurelii Auguſtini uerba ad paulinũ ep̃m nolanũ. Porro cũ Mediolani eſſemus: audiuimus: quod cũ debitum repeteret̃ a quodam defuncti pr̃is cautione ꝓlata: quod filio neſciente a pr̃e iam fuerat ꝑſolutum: cõtriſtari homo grauiſſime cœpit atq; mirari: quod ei pr̃ moriẽs nõ dixerit: qd deberet: cũ feciſſet etiam teſtamentum. Tum ei nimis anxio apparuit idem pr̃ eius ĩ ſomnis: & ubi eſſet recautum: quo illa ſolutio uacuata fuerat: ĩdicauit. Quo ĩuẽto iuuenis atq; mõſtrato: nõ mõ falſi debiti calumniã ꝓpulſauit: ſed ẽt pr̃nũ recepit chirographũ: quod pr̃ nõ receperat: qñ eſt pecunia perſoluta. Hic igitur putatur aĩa hoĩs curam geſſiſſe pro filio: & ad eum ueniſſe dormientẽ: ut docẽs quod ignorabat: a magna eũ moleſtia liberaret. Ambigendum ne eſt cuiquam aĩos hominum eẽ ĩmortalis: ubi a corpore ſe diremerit: cum ꝑſpicue intueri liceat eis uiuos etiam eſſe curæ? Sed audi deĩceps magis admirandum: quod ſequitur: Sed eodẽ ferme tp̃e quo audiuimus: id nobis apud Mediolanũ cõſtitutis. Carthaginis Rhætor eulogius: qui meus ĩ eadem arte diſcipulus fuit: ſicut ipſe mihi poſteaq̃ ĩ africam remeauimus rettulit. Cum Rhætoricos Ciceronis libros diſcipulis ſuis traderet: recẽſens lectionem quã poſtridie fuerat traditurus: quẽdam locum offendit obſcurum: quo non intellecto uix potuit dormire ſollicitus. Qua nocte ſomnianti ego illi qđ nõ intelligebat: expoſui: imo non ego ſed imago mea neſciente me & tã longe trans mare aliquid aliud ſiue agẽte ſiue ſomniãte & nihil de illius dubiis omnino curante. Quomodo fiant iſta: neſcio. ſed quomodolibet fiant: cur non eodẽ modo fieri credimus: ut in ſomnis qſq; uideat mortuum: quo fit ut uideat: & uiuum ambobus utiq; neſciẽtibus neq; curanti-

Paulinus ep̃s

Mediolanum

Mediolanum

Carthago

Cicero

bus:qs uel ubi uel qñ quorũdam imagines ſomniet. An fortaſſis cupiã
minus locuples teſtis uideri debet Aurelius auguſtinus & eþs & tãta ſapi
entia uir:qđ nõ q̃ ipe fortaſſe pmulta i ſe eſſet exptus:præ uerecũdia nar
rare uoluerit:ſed aliena rettulerit? At nõ ea pfecto narraſſet uir grauiſſi-
mus:niſi uera eſſe certo didiciſſet. Verum audiamus præſbyterum Hie-
ronymũ uirꝝ ut triũ linguaꝝ erudititiſſimũ ita ueritate & ſanctimonia ne-
mini imparẽ. Is.n.in iis q̃ ad Euſtochiũ:& ad reliquas uirgines ſcribit de
regula uiuẽdi i monaſterio:ita iquit. Expto itaqꝫ ſeni deuote cõſulẽti cre
dite filiæ. Si ſemel guſtaſtis:q̃ dulcis ẽ dñs:ad quẽ accedentes poteritis ab
eo illud audire:uenite:& oñdam uobis oẽ bonũ. Et tunc oñdet uobis ta-
lia:qualia nõ niſi aſſuetæ mẽtes norunt. Scio qđ cariſſimæ. Nã ut inſcipiẽ
tiam loquar:ego homũculus ſic abiectus ſic uilis i domo dñi adhuc ui-
uens i corpore angeloꝝ choris ſæpe iterfui de corporeis p hebdomadas
nihil ſentiens diuinæ uiſionis itutu poſt multoꝝ ſæpe dieꝝ ſpatia pſcius
futuroꝝ. Corpori redditus flæbã:quid ſic manẽs felicitatis habebam: qd
inerrabilis delectationis ſentiebã. Teſtis eſt ipa trinitas:quã cernebã: ne-
ſcio quo intutu:teſtes ſunt & ipſi bti ſpũs:q aderant:teſtis eſt & conſciẽtia
mea qbus bonis ipe fruebar:quot & q̃lia neſcit pferre mollicies corporis
mei. Nõ põt ad tãte cõtẽplatiõis dulcedinẽ cor ſæcularibus plenũ negoci
is puenire. Hæc ab Hieronymo ſcripta ſt. Quæ uero uas electiõis Paulus
apl's de ſe ſcripſerit:nõ ſt uiſa mihi ptereũda. Nã & auctoritate ſcribentis
& rei magnitudine ſt auditu digniſſima. Si gloriari iqt:oportet:nõ expe
dit qdẽ. Veniã aũt ad uiſiões & reuelatiões dñi. Scio hoiem i xpo ante an
nos.xiiii.ſiue in corpe ſiue extra corpus neſcio:deus ſcit:raptũ huiuſmõi
utqꝫ ad tertiũ cælũ. Et ſcio huiuſmõi hoiem ſiue i corpe ſiue extra corpus
neſcio:deus ſcit:qm̃ raptus i padiſum & audiuit arcana uerba:q̃ nõ licet
hoĩ loq. Si uiuẽtiũ adhuc i corporibus aĩ nõ p uiſa quædã allata extrinſe-
cus q̃ a græcis uocant φαντάσματα Phantaſmata ſed ſui ipoꝝ ui atqꝫ
natura ſiue ad breuiſſimũ tpis pũctũ ab illo fuerit a corpibus ſepati atqꝫ
iiſdẽ redditi:q uerbo & Lazaꝝ ſuſcitauit & puellã:ſiue a ſenſibus abdu-
cti atqꝫ altius eleuati ea lumie mẽtis pſpexerit: q̃ oculo corporeo uidere
nõ licet:ſi uiuẽtiũ inq̃ aĩ pñt ſine ullis corporis adminiculis permulta ſci-
re atqꝫ cognoſcere:quæ ſunt ab omni ſenſu corporis aliena:quid dubite
mus & animos eſſe immortalis:& tum demum frui ſuæ immortalitatis
bono : cum a ſe omnino abdicarint corporeũm omne impedimentum.
Sed hæc horũqꝫ ſimilia : ſi cui fortaſſe uideantur antiquiora:exemplis itẽ
duobus tempeſtatis noſtræ cõtenti ſimus. Gabriel condelmarius qui po
ſtea Eugenius nominatus ſumma cum dignitate & gloria Romano põ-
tificatui præfuit:cum uæhemẽtius ægrotaret:eſſetqꝫ de eius ſalute a me-

Hieronymus
Euſtochius
Paulus apl's
φαντάσματα
Phantaſmata
Lazarus
Gabriel cõdel-
marius
Eugenius

Petrus
dicis oibus deſperatum:illi iam de mòrte nõ tam ſollicitò quam nihil cer
Paulus
tius expectãti & Petrus & paulus apoſtoli duo apparuerũt in ſõnis:utque
bono aĩo eſſet:hortati ſunt.Nam & bonam ualetudinem ei redditam eẽ
& ꝓpediem fore:ut ſũmus põtifex crearet̃.Quod qdem utrũq; ſecutum ẽ
Martinus cõ-
Nam tum ſimul cum ſõno illum reliqt febris:tum nõ multopoſt cũ Mar
lũna
tinus Colũna prudẽtiſſimus ille & ampliſſimus põtifex quam fortunatiſ-
Nicolaus quin
ſime & cum mirifico eccleſiæ romanæ icremento uitam finiſſet: põtifica
tus
tui ipe præfectus ẽ.At Nicolaus Quĩtus optimus ille & eruditiſſimus pla
ne uir in cuius munificẽtiſſimi patris obitu docti oẽs ingenioq; præſtãtes
Nicolaus
extremum aufragium paſſi ſunt:Cum Nicolai albergati ſapiẽtis in ꝑmis
cardinalis
& ſancti uiri Cardinalis bononiẽſis obitum moleſtius ferret:hũc tandem
Thomas
p ſõnum ad ſe uenire exiſtimauit:& ita anxium appellare:Thoma fili qd
diutius gemis:qd adeo te affligis:pone lachrymas:& te collige. Nobis.n.
bñ eſt benignitate Iheſu.Itaq; ſurge atq; accingere.Ad breue.n.tẽpus gra
Petrus apl'us
ue tibi ſubeundum ẽ munus petri gubernãdæ nauiculæ.Quam qdẽ ſõ-
ni uiſionẽ haud ille diſſimulãter præ ſe tulit:Nam cũ aliis nõ nullis fami-
Germania
liaribus:tum ẽt mihi cũ hac iter faceret Germaniam petẽs ab Eugenio le
Eugenius
gatus:cum iter loquẽdum i ſermonem incidiſſemus de mãſuetudine &
grauitate Nicolai cardinalis id oẽ ſõnium coram ueluti iocabũdus rettu
Philelfus
lit:ſubdidit eĩm cum hoc euenerit:Philelfe mi fructũ recipies ueteris nr̃æ
Aeneas Sluius
cõſuetudis.Cumq; intra alpes eodem itinere obuiam habuiſſet Aeneam
Fredericus rex
ſiluium ĩtegerrimum & eloquẽtiſſimum epiſcopũ trigeſtinũ:q a Frederi-
Philippus dux
co auſtrio Romanoꝝ rege orator ueniebat ad philippum Mariam ĩclytũ
Mediolanẽſium ducem:ſimulq; uterq; ueſperi diuertiſſent in quandam
cauponulam:& aeneas parcius ſumptum faceret:utpote q ab eo rege le-
garet̃:q ſtoica eruditus inſtructuſq; diſciplina nõ minus parſimoniæ nũ-
morum quam.uitæ frugalitati cõtinẽter ſtudet:tum ad æneam cõuerſus
Thomas Reuerendiſſime pater inquit:qd eſt opus tanta utamur parſi-
monia:cum uterq; in eccleſia romana pontifices maximi futuri ſumus?
Quam qdem rem nõ ſerio minus q̃ ioco eum prædixiſſe certus oſtendit
euẽtus:Videmus.n.alterum ſumma ſua cum laude ſummum põtificem
Pius ſecundus
cõceſſiſſe naturæ:at Aeneam cui nũc Pio ſecũdo nomen ẽ:nõ ſecus forti
ter quam cõſtanter põtificatum gerere.Sed qd tam multis exemplis uti-
Samuel
mur?Nũ uetus nouumq; teſtamẽtum fruſtra emanarit i mũdũ?Suſcita Sa
Saul
muelem ait Saul.At Iacob deſcẽdam ad filiũ meum in ĩfernũ lugẽs. Hæc
Iacob
ne ab utroq; dicta eſſent:ſi minus certo tenuiſſent filioꝝ animos poſt cor
Iohãnes apl'us
poris diſſolutionem ẽt uiuere?Quid.n.afferam teſtimoniũ Iohãnes apo-
ſtoli atq; euangeliſtæ?An huic ẽt nõ credemus?Licet inqt exterior homo
noſter corrumpat̃:interior tamen renouat̃ de die in diem.Ruſuſq; licet

moriat̃ in corpore:uiuit in aĩa.Quid.n.meminero aut mortuũ diuitem ſepultumq; in iferno:aut medicum ab angelis portatum in ſinu habraæ cum ore domini dictum audiamus.Qui credidit in me:nõ moriet̃ i æter num.& licet moriatur uiuit?Viuit iquam Iacobe Antoni Marcelle Valerius filius ille tuus.& uiuit is qdem eam uitam:quæ mutabilitati nulli ſubiecta ẽ:ſed eadem ſemp atq; perbeata.Itaq; uinciẽdus tibi ẽ atq; obſtringendus rõnis cuſtodia oĩs animi mæror.Luctus oĩs ac gemitus abdicandus in te florẽtiſſimi ſenatus & bonoꝝ grauiumq; uiroꝝ oĩum oculi dirigunt̃.Quare tibi cauendũ ẽ:neq̃d cõmiſiſſe exiſtimeris:quapropter rep̃hẽdi iure queas.Quam me delectat Heſiodus:q̃ natales oĩum dolẽs gaudet in funere:Quem ip̃um fortaſſe Thraces ſecuti tradunt̃ ortus hoĩum lugere:obitus uero celebrare ſoliti.At Maſſilienſes eodem die.quo funus ẽ elatum.adhibito domeſtico ſacrificio neceſſarioꝝq; cõuiuio luctum finire cõſueſſe.Apud lycios uero nõ morem dũtaxat ſed legem fuiſſe legimus:ut nõ niſi ueſte muliebri luctum ſeruarẽt:Idq; ob eam rem factũ: ut cultus deformitate commoti ſe maturius a mærore abducerent:cũ intelligerent luctum effœminatum eẽ & mollem & a uiri grauitate dignitate q; maxime alienum.Tot igit̃ exemplis admoniti nõ uincemus tandem oẽm animi molliciam?nõ reprimemus lachrymis?nõ luctui finem ſtatuemus?Cauendum ẽ:ſi ſapimus:ne nimia nr̃a in filios pietas deſperationis loco apud deum habeat̃ Quod ſi communis ea oĩum gentium opinio ſi tot graues ueræq; ſententiæ nobis aĩorum immortalitatem nõ probant p̃ pter eos:q̃ deprauatis moribus exiſtimant aĩos una interire cum corporibus ob eam.ſ.rem:quod ne in corporibus q̃dem ipſis ſuos ſibi aĩos eẽ ſentiunt:utamur ẽt rationis adminiculis atq; armis:q̃bus omnis male credentium pertinacia nõ oppugnet̃ modo:ſed etiam expugnee:opprimat̃ q;.Sed anteaquam diſſerendi aciem deſcendam:in medium ueniant priſcoꝝ philoſophoꝝ de animo ſententiæ. Sic enim facilior uictoria nobis erit.Aggrediamur autem ab iis:q̃ in philoſophia ionica claruerunt. Thales mileſius animum dixit eſſe naturam:quæ ſemper ſeipſam moueret:talis autem definitio & ſi declarat animum eẽ immortalem:nõ homini tamen magis conuenit:quam præſtantiori cuidam eſſentiæ.Aanaxagoras uero clazomenius eſſe animum dixit ſpecie aerum & corporeum Zeno ſtoicus animum uoluit ignem eſſe alii uero plæriq; ſtoici ſpiritum calidũ aium eẽ dixerunt.Et hi q̃dem omnes nõ de hominis animo hoc ẽ intellectiuo ſed de ſenſitiuo atq; corporeo ſunt locuti.Platonis autẽ diſcipulus Ariſtoteles dupliciter de animo ẽ locutus.Nam ubi quattuor nota illa p̃ncipioꝝ genera complexus eſſet:ex q̃bus corpora inferiora oriuntur oĩa: quintam quandam cenſuit eſſe neturam:ex qua ſit mens.Eam uero no-

Habraam

Heſiodus

Thraces

Maſſilenſes

Lycii

.ii.probatio

Thales

Anaxagoras

Zeno

Plato

Ariſtoteles

ἐντελέχεια
entelechia
ἐνέργεια
energia

Animi deſini
tio

Eſſentiam dei
tripliciter

minauit ἐντελέχεια entelechian hoc eſt perfectionem idcirco ita appel-
latam: quod aīatum corpus perficiat ea ui atq͡ꝫ uirtute: qua corpus eſt ani
maiũ. Entelechiā uero ipſam aliud nihil eē uult Ariſtoteles quā ἐνέργειαν
energian id ē agilitatem quādam & operationem interiorem: quæ ē uelu
ti uia ac dux ad exteriorem corporis actionem. Huiuſmodi enim ui atq͡ꝫ
motu aī corpus aīatum ad operādum impellit᷑. Ipſum autem aīum ita de
finit: Animus ē entelechia prima corporis natural᷑ inſtrumētal᷑: ꝙ uitam
habere pōt. At huiuſmodi de animo definitio nō intereſt magis hoīs q̄ &
pecudis & ſtirpis. Præterea enthelechian Ariſtoteles: quæ ut dixi: pfectio-
nem ſignificat: pro ſpeciali intelligi uult eſſentia: quæ eſt in effige: Nam
eſſentia tripliciter accipit᷑ apud Ariſtotelen: Vna quæ conſtat corpore q-
dem: ſed ut animalia & ea quæ nō arte fiunt: Et hæc ꝑpterea eſſentia dici
tur: qm̄ & hæc ipſa ſit: & cætera quæ ſunt: eē faciat. Altera eſt eſſentia: qua
materiam iformem & rudem adhuc mente cōſyderamus. Et hæc qdem
eſſentia poteſtate eſt oīa: quæ fieri ex ſe poſſunt: effectu autē nihil adhuc
ut æris maſſa & ligna rudia. Tertia uero ē eſſentia: cui effectu accidēs pfi
cit eam: exornatq͡ꝫ forme impreſſione: Ex qua qdem forma q̄ inſigniuit
ars: id quod perfectum ē: nomen accipit ut ſtatua: quæ ex ſimilitudie for-
mæ: cuius ē ſtatua: ſimulacrum uocat᷑. Similiter īquit homo animal certe
eſt: & ē rudis materialiſq͡ꝫ eſſētia: & hæc ſane compoſita ex materia ac for
ma: qppe quæ ex corpore aīoq͡ꝫ conſtat. Eius igit᷑ corpus materia eſt aīus
uero forma. Et ſecūdum eam formam hoc eſt animum animal nomē ac
cepit. Hanc igitur formam qua ſingula formātur: Ariſtoteles general᷑r uo
cat entelechian id eſt abſolutam perfectiōem: Hac enim obueniēte perfe
ctiōe rudia quæ antea & in ſola poteſtate fuerant: ad actum effectumq͡ꝫ ꝑ
ueniunt: Nam ſunt quædam ut ipſe inqt: ſola poteſtate aīalia: ut oua aut
ſæmina quædam uero cum opatione & effectu: ut quæ adhibito fotu ex
cudūtur animalia quēadmodum cognoſci ex auibus pōt: Nā eæ ex ouis
quæ fouerint: pullos excudūt. Qua ex re nō obſcure apparet entelechian
nō cuiuſuis corporis eē aīum: ſed eius tātum ꝙ animi capax ſit: & ob eam
rem dixit: quod uitam hēre pōt: Nō enim qcquid ē corpus: idem ēt uiuit.
Nec tn̄ prætereūdum arbitror Ariſtotelen pro illo qnto genere aliud itel-
lexiſſe nihil ſecūdum Plutarchum q̄ cælum ipſum. Quare cum Auerrhus
ille cordubēſis: q ī plæroſq͡ꝫ eius philoſophi libros egregie ē cōmentatus:
colligit ex Ariſtotelis dictis unam eē & eadem in oībus mētem: ita id pu-
to accipiēdum: quod ita ex illa cæleſti ſpecie aīus intellectiuus in cunctos
hoīes æqualiter fuſus ſit: ut corpora animātium oīa ex quattuor illis elem̄
tis ortum habēt. Hāc autem animi uim eundem hūc eē immortalem uo-

Plutarchus
Auerrhus

luiſſe patet ex iis:quæ ab eo ſunt ſcripta in libris de aío.Ita.n.iquit.De mē
te aūt & ui cōtemplatiua nōdum ē perſpicuum.Sed uidetᷣ eē aliud genus
animi.Et hoc ſolum pōt ſeparari:queādmodum id:quod ē perpetuū ab
eo:ꝙ corrūpi pōt.Senſit igitᷣ Ariſtoteles tātus ille & tam illuſtris philoſo-
phus quod ſecūdum erat aī genus:imortalem eē animum:cum oſtendit
mētem:quæ nobiliſſima eſt & optima pars aī:& corrumpi nō poſſe & eē
ſempiternam.Et mētem ꝗdem docet eam eē animi partem atqꝫ uirtutē:
ad ꝗ referuntᷣ:quæ ſinguli ſenſus nunciant:& quæ de iis quæ ſentiuntᷣ:
iudiciū facit:examinatqꝫ cuiuſmodi ea ſint:quæ ſenſibus uarie occurrūt.
Hāc uero locatam eē in penetralibus cordis aſſerit:ubi alias quoqꝫ aī ſpe
cies locatas dicit imaginationē memoriā appetitū excurſionē.Et alio ī lo **Ariſtoteles**
co aſſerit Ariſtoteles mētem aduenire extrinſecus:eamqꝫ ſolam eē diuinā
Ita.n.ſcribit libro ſecūdo de aīalium generatione ad uerbum.
Relinqtur ergo mentem ſolā extrinſecus aduenīetem ingredi:& eādem
ſolam eē diuinam:Nihil.n.cum eius agilitate habet cōmune opatio cor
poralis.Oīs igitur uis aī uidetur alius corporis eē pticeps & eius ꝗdem
diuinioris ꝗ̄ illa ſunt corpora:quæ uocātur elementa.Nec me latet:quæ
ſit cōmunis philoſophoꝝ quorūdam noſtræ tempeſtatis opinio:q ſe ſo-
los Ariſtoſtelicos haberi uolunt etiam iis:quæ nuſquam ab Ariſtotele ſcri
pta cogitataue ſunt:contendentes iſti quidem animum eſſe totum in to
to corpore & totum item in qualibet parte corporis.Sed habeant iſti ſibi **Philoſomati**
poiloſophiam:quam uolunt philoſomati potius quam philoſophi:mo- **Auguſtinus**
do aut Auguſtini ſententiam:quam minime improbo:ubi ſcilicet intelli-
gatur de illo toto ſolum:quod perfectionis eſſentiæqꝫ uocatur:aut inep-
tias ſuas ariſtoteli non aſcribant:Nam ꝗꝗ animi uires magis n uno loco
quam in alio apparent:aliæ in cerebro aliæ in iecore aliæ ī teſtibus & aliæ
in aliis membris pro qualitate & aptitudine corporeorum inſtrumento-
rum earum tamen omnium initia & quaſi radices quaſdam Ariſtoteles ꝓ
bat e ſede cordis emanare:quando ſucus.concocti atque confecti cybi ꝑ
uenas cordis cæterum corpus irrigat:& motus corporeus qui Iocularis ē:
a corde ipſo initium ſumit. Venarū.n.& neruorum initium & ueluti qui
dam nodus ipſum cor eſt:ut Ariſtoteli placet.Penes cor autem intellecti-
ua uis agitata rationabiliterqꝫ ignita ſe ibidem coaceruare exiſtimatᷣ po-
teſtate quidem illic habitans actu aūt atqꝫ effectu ad corporis conſeptū
& uiciniam commeans:Quin etiam docet Ariſtoteles in iis quæ de mo-
tua animalium cauſa reliquit ſcripta:nulla neceſſitate fieri:ut in qua-
que corporis parte ſit animus ſed in quodam principio.Id autem eſſe
cor antea expoſuimus.Itaque neque ſecundum totum quantitatis aīus

eſt in qualibet corporis parte:cum animus talẽ totius naturam : nec p ſe hr̃e poſſit:nec per accidens:neq; etiam ſecũdum uirtutis totum.Nõ eĩm pro ſua ui qualibet animus ẽ in qualibet corporis parte:ſed ſecũdum uĩ uiſiuam ĩ oculo & ſecũdum auditum ĩ aure:& ſecũdum alios ſenſus in aliis ſenſuariis.Sed ut redeam ad mentis immortalitatem:ſeparari docet Ariſtoteles ĩtellectiuum hoc animi genus ab illo:quod ſenſitiuum uegetatiuũq; dicimus.Hæc eni pars tota eſt corporis:quod quoniam conſtat ex cõcretione quattuor illorum elemẽtorum:& diſcernatur:& corrumpat̃: neceſſe eſt.

Dicæarchus

Ariſtoxenus

Ariſtotelis autem auditor Dicæarchus & Dicearchi condiſcipulus Ariſtoxenus mihi probari nullo pacto poſſunt:quorum alter animum eſſe dixit conueniẽtiam corporis & intentionem quãdam:quæ ex ipſius corporis natura figuraq; uarios motus multipliceſq; cieret.Dicæarchus uero animum uoluit aliud nihil eſſe quã cõuenientiã quattuor elementorum.Vterq; enim de animo in communi locuti ſunt.

Aſclepiades

Hos autem quodammodo ſecutus Aſclepiades medicus animum eſſe dixit concertationem ſenſuum.Concertationẽ autem uoluit eam eſſe conueniẽtiam qua ſenſus ipſi certati ad naturæ munus uterent̃.Itaq; hi tres pariter animũ uoluerũt eſſe corporeum.

Critolaus

Hipparcus

At Critolaus & ip̃e peripateticus animum dixit cõſtare ex quinta eſſentia:hanc uero pro cælo ĩtellexiſſe nemo eſt: qui ſecus ſentiat.Hipparchus uero ſtagerites a doctore ſuo neceſſarioq; Ariſtotele diſſentiens ob idq; longe deterior uoluit animum aliud nihil eſſe quã ignẽ.

Plato

Pythagoras

Sed anteq̃ de Platone reliquiſq; platonicis uerba faciã: me conferam ad Pythagorã:qui philoſophiæ Italicæ prĩceps fuit uir ſane & doctus & magnus.Verum pythagorici hũc aliqui narrando antecedant.

Epicurus

Et omnium primus Epicurus:qui animũ eẽ dixit tẽperationem ex hiſce quattuor ex q̃litate ignea:ex qualitate aerea:ex qualitate ſpiritali:& ex q̃litate quarti:cuiuſdã generis ĩnoĩati.quod apud eũ erat ſenſitiuum. Ex quo põt ĩtelligi epicurum de aĩo ĩtellectiuo locutum omnino nihil.

Democritus

Democritus uero quẽ epicurus ĩ phyſicis eſt plurimum ſecutus:putauit animũ eẽ cõcretiõem igneã ex iis atomis: quæ ĩ rõnis cõtemplatiõe cadũt:quæ formas quidem orbicularis habent uim aũt ignitã:quod eſſe corpus uoluit.

Leucippus

At Leucippus huius doctor cũ poſuiſſet numerum atomorum frigidarũ: dixit animum eſſe temperatũ reſpirationis frigus.

Empedocles

Nec multo melius ſenſit agrigentinus Empedocles:qui animũ eſſe affirmauit ſanguinẽ cordi ſuffuſum ĩ eodẽ ille errore uerſatus:quo ii qui dixerũt animũ eẽ cor ip̃m ex quo & miſericordiam dicimus & concordiam.

Hippon

Sed Hippon animũ eẽ aquam:ob eam rẽ non dubitauit affirmare:quod diceret ſæmẽ genitale: nõ ſanguinẽ eẽ ſed aquam.

Critias

Critias uero nõ aquã aĩum eẽ uoluit ſed ſanguinem:quoniam uideret:quod membrum ſanguinis ſit exps omnino:

cōtĩnuò mòrte ītercipi. Verū eò ē empedocles tòlerabilior Critia: quòd in corde principatū aī intelligendiq; uim cōſtituit: Inqt eim ſanguie cordis uigere hoīs intellectū: ſiqdem intimis nr̄is ſenſibus ſentimus ea: quæ ſunt extra nos ꝑpter cognationē: ob eamq; rem ita reliquit ſcriptum:

Terreno terram noſtro flamaſq; calore
Humidaq; humenti ſentimus & aera flatu:
Paceq; tranqllū ſit litis imagine litē.

Sed de his omibus uel qualia ſint: uel q̄tam habeāt differētiam iter ſeſe: cordis ſanguie dicebat diiudicari. Fuerunt ēt qui dixerūt aīum eē aīam: hāc āt eē uoluerūt ſpiritū: quo uiuimus Nō nulli exiſtimarunt q̄dam cerebri cellulā: aī tenere p̄ncipatum. Alii uero ſecus. Nā neq; cerebri partē ullā eē aīum uoluerunt. Sed aī ſedē hac lo cū ii poſuerūt ī corde hi aūt ī cerebro. At Pythagoras ſamius cuius nomē habitū ē illuſtre auctoritaſq; āpliſſima æternitatē aīoꝝ oſtēdere conatus aīum definiuit eē numeꝝ: q ſeipſum moueret. Nec ē mirū ita Pythagorā aīum definiſſe: q tantā uim numeris dignitatēq; tribuerit: ut eos ante mū di aīum fuiſſe aſſereret: & cū unū nō eē numeꝝ diceret ſed fontē q̄ndam atq; originē numeroꝝ: iferebat unitatē. quæ a græcis dr̄ μονας Monas: oīum eē initium ac finē: cū ipa neq; principiū ī ſe nec finē admittat. Et ita eam deducēs ad diuinā illam ſūmamq; eſſentiā referebat: eiuſq; notionē aſſequētium rerū numero poſteritateq; ideo ſequeſtrabat: qd̄ nō pluralitate nec temporis poſteritate ſed ꝑcreatiōe ſeiunctam uellet: eandēq; unitatem ad uniuerſi mundi aīum: a quo ſint aī ſinguloꝝ: ſimili rōne referre nō dubitabat. Itaq; hanc unitatē q̄ a prima rerum cauſa ortam affirmaret uſq; ad mundi aīum ubiq; ītegram ſemperq; indiuiduam ꝑpetuam perē nemq; poteſtatē ſeruare Pythagoras arbitrabat̄. Et qm̄ putaret numeros eſſe reꝝ oīum ſubſtantias: dicebat unum qd̄ eēt p̄ncipium numeri: & qd̄ cum ente cōuerteret̄: idem eē. Numeꝝ enim ex unitatibus componi neq; ad ens ullam oīno acceſſionem facere ſed diuiſionē negare duntaxat. Omne aūt ens aut ſimplex eē & ita diuiſionem nullam admittere neque operatione neque poteſtate aut eſſe compoſitum: & id qdem non in diuiſione ſuaꝝ partium ſed in eaꝝ coniunctiōe habere ſuum eē: & ita unū quodque tueri ſuum eſſe: ut ſuam tuetur unitatem huiuſmodi igitur humani ſubſtantiam quam æternam opinabatur: numerum eē definiebat ſeipſum mouentem. Et is qdem numerum pro mente accipiebat: quam ipſam idcirco numerum appellauit: quoniam ad harmoniam quæ cōuenientia quædam eſt: numero opus ſit. Verum etſi hic aliqd dixit nō multum tamen. Nam in pecudibus quoque animus q̄diu eſt in corpore: ſeipſum mouet. Philolaus uero Crotoniates Pythagoran ſecutus animum eē diſſeruit harmoniam. At Heracletus epheſius ingenio ſuo fiſus magiſq̄

Pythagoras
Aī definitio
μονας
monas
Philolaus
Heracletus

doctoris cuiuſpiam diſciplina:quo ſe nullo unq̃ uſum affirmat: duplicē
eſſe aīum uoluit:alteꝝ mundi:alteꝝ aīantium. Ac mundi qdem animū
eē euaporationem ex humidis:quæ ĩ ipſo ſunt. Sed aīantium animū ex
ipſa fieri euaporatiōe:quæ extrinſecus fit:& ex ea quæ ſimilis generis eſt
Cauillum — ĩ ipſis. Itaq; mirādum nō eſt:ſi intercutis aquæ morbus fuit ĩ cauſa:ut pe
Alchmæon — riret:q tm̄ humidoꝝ euaporatiōi tribuerit. Quā ipſā opinionē Alchmæ-
Diogenes — on medicus idēq; philoſophus eadem demētia ē ſecutus. Diogenes uero
Anaximenes — apolloniates & Anaximenes Cretēſis nō multo his duobus mihi ſunt ui-
ſi prudētiores:q reꝝ pricipium aeri tribuerūt:& hūc eē uoluerūt animum
Nam qm̄ ſecundū illos aer ē elemētoꝝ oīum & tenuiſſimus & pricipium
ideo aīus & cognoſcit & mouet. Qua enim pricipiū ē:cognoſcit ēt cætera
qua uero tenuiſſimus:ideo eē ꝓbant cōſentanee motiuū. Et qđ prætereū
dum nō ē:de Heracleto:ſunt q illum dicant:definiſſe aīum eē ſcintillam
ſtellaris eſſentiæ. Xenophanes quoq; colophonius mihi incōſtantior ui-
Heracletus — ſus ē:q aīum nunc ex terra aquaq; cōſtare:nūc ſpiritū eſſe dixerit:& utro-
Xenophanes — q; tamē modo mortalē. Nec Xenophane mihi uiſi ſunt multo acutiores
Parmenides — aut Parmenides q ex terra & igni aut Boethus q ex aere & igni animum
Boethus — cōſtare ſunt opinati. At Hippocrates medicus animū eſſe dixit:tenuē ſpi-
Hippocrates — ritum p corpus omne diſpſum. Sed iam ad pythagoram nr̄a reuertat̃ ora
Pythagoras — tio. Is enim Pherecyde ſyrio uſus doctore philoſophoꝝ omnium primus
Pherecydes — ut tradūt qdam:æternitatē aīoꝝ aſſeuerauit:q̃q̃ Thales mileſius q pytha
Thales — goran annis circiter centū anteceſſit:idem tenuiſſe oſtendit̃. Pythagoras
igit̃ primus ex italica philoſophoꝝ familia aſſeruit aīos nulli ſubiacere ĩ
terituí nulla tamē ad eam rem reddita rōne:ſiue qđ definitionē ſatis ex ſe
ſe firmam eē iudicaſſet:ſiue qđ tanta eius foret auctoritas apud omēs: ut
Plato — quæ qd ipſe dixiſſet:oī ratione firmius haberet̃. Secutus ē tandem Plato
Socrates — Socratis auditor:quē tris ꝓbare ac ſequi ſolitum legimus: doctorē ſuum
Heracletus — eum quem dixi. Socratē ĩ moralibus:& Heracletum ĩ naturalibus. In iis
Pythagoras — uero quæ ſupra naturam:diuinaq; ſunt:Pythagoran. Is igit̃ Plato cū ad
mundi ſimilitudinē animum trifariam diuiſiſſet: eius principatum hoc
eſt mentem quæ ratiocinatur:intelligit:ac ſapit:in cerebro tanq̃ in capito
lio:aliquo collocauit:quoniam ea corporis pars longius abeſt a colluuio
Τυμος — ne & ſordibus:uigorem autem iracundiæ atq; animoſitatē quem græci
Thymos — Τυμον Thymon appellant in corde:cupiditatem uero ſubter præcordia
Huiuſmodi enim ordinē ēt in uniuerſo mundo & in republica ipſa ſerua
uit Plato. In ciuitate.n.& uniuerſo populo q prudētia cæteris ciuibus ſa-
piētiaq; præſtant:eos habitare iubet æditioris locos urbis:qque præcepta
dent:iubeantq; agenda. In medio aūt urbis tanq̃ in caſtris militarem iu-

uentutē & rebus agēdis aptam collocat:quæ exequatᷣ & agat:quæ ſunt a præſtantioribus cōſtituta.In extremis uero Vrbis eiuſdē locis opifices eē uult & uulgaris reliquoſq; oīs:q aut ī ſeſilli:aut in ſordida arte uerſentur: ut pareant pro cōuenienti quoq; atque utili miniſterio.Eadem rōne ac ſimilitudine in mundo ē uſus:cuius ſummitatē ac pncipem q imperat.regit:moderatur oīa:cæleſti domicilio dimetitᷣ.Huic tanq̄ in media regiōe ſubiicit angelos atque dæmones:q agant omīa exequanturq; pro imperio.In terra uero homīes ſunt poſiti:ut pareant:& miniſterio præſto ſint. Et ita in nobis qddam regale eſſe uult poſitum ī ſummo:qdᷣ imperat:qddam nero quod agat collocatum in medio.Tertium aūt pubetenus & īfra poſitum:quod regitᷣ atque adminiſtratur:& ea quidem duo appetitus ſpecies eſſe uult:quæ rōni tamen naturalr pareant.Imperat igitᷣ mens in capite:quæ ē prima animi uis eaque cōtemplatiua:qua intelligimus ac ſapimus.Altera uero aī uis quæ ſecundæ ē dignitatis:ī pectore cōſtituta ut agamus:quæ iuſſa ſunt:efficit.Reliqua uero īferius poſita illa uis uiribus melioribus morē gerit.Cenſet aūt plato aīum meare per oēs artus totumque corpus:& p ſingula mēbra quaſi iſtrumēta uim ſuam oſtēdere & ad ipſum in ſentiendo quidem referri oīa:quæ ſenſibus occurrant:ea uero q̄ ſenſus referant:eſſe alia atque alia.Definit autē Plato aīum hiſce uerbis. Animus eſt ſubſtantia īcorporea ſeipſam mouens ac rōnalis:Huius uero immortalitatem demonſtraturus ita Socratem in libro de pulchro : qui Phædrus inſcribitur:diſſerentem facit tali argumentatione & ea quidem ad uerbum:Animus oīs immortalis eſt.Quod enim ſemper mouetur:eſt immortale.Quod autem aliud mouet:& ex alio mouetur:cum finem habet motionis:uitæ ēt finem habet.Solum ergo quod ſeipſum mouet : ut qdᷣ ſei pſum non relinquit:moueri nūquam deſinit:ſed etiá cæteris quotquot mouentur:hoc fons & principium eſt motionis:At principii nulla ē origo.Ex principio enim omne ortum neceſſario oritur.Ipſum uero nullum ortum:Nam ſi ex aliquo principium gigneretur:principium eſſe nō poſſet.Sed quoniam non oritur neceſſe eſt:ut nec etiam corrumpatur. Principium enim ſi perierit:neque id ex alio unq̄ nec aliud ex illoˀ oriatᷣ: Si quidem a principio oriri oportet omnia.Ita igitur fit:ut motionis quidem principium ex eo ſit:quod ipſum moueatur a ſeipſo. Hoc autem nec interire nec naſci poteſt.Vel & oē cælum naturaq; oīs corruat:atq; cōſiſtat:Quæ ipſa nunqd ex eo cōſiſtere rurſus poſſint:Vnde agitata ortum ſint habitura?Cū igitᷣ pſpicuū ſit id eē īmortale:quod mouetᷣ exˀ ſeipſo: qs uerebitᷣ hác ipſá eē aī eſſentiá & rationē dicere? Omne.n. corpus: qdᷣ

Angeli Dæmones

Animi definitio

Phedrus

Argumentatio platonica

exteriore agitatur motu:ē ianimum. Quod aũt iteriore motu ſuoq; agitatur:animatum eſt:hæc enim eſt propria animi natura. Quod ſi hoc ita habet:aliud nihil eſſe:quod ipm a ſeipſo moueatur:quam animum neceſſario fit ut animus neq; naſcatur.neq; moriatur. Quã ſubtiliſſime certe Plato:& quãpulcherrimæ immortalitatem animi argumentando concluſit modo non ita principium queadmodum finem ſuſtuliſſet. Ná etſi animi nõ naſcũtur:creantur hi tamen:ſimulq; ab illo iſunduntur i hominum corpora:ab quo ſunt oĩa ex eo creata:quod antea non fuiſſet:& eodem quidem temporis puncto & creantur & infunduntur. Nec enim cũ illis ſentio:qui uolunt aĩos noſtros ſimul omnis creatos eſſe. Nec item cũ illis:qui aſſerunt ita hominum animos ab aĩo:ut corpora ab Adæ corpore manare. Xenocrates uero aliud dicere nihil uiſus eſt:quam quod doctor eius Plato ſenſiſſet. Nam cum ait animum eſſe numerum:cuius uis ex natura ſit maxima:nihil plus addidit:quam oẽm illam ſeipſam mouẽtem uim ab ipo deo manare:id quod etiam Platonẽ uoluiſſe ex eius ſcriptis deprædhendi poteſt. Arceſlaus uero ut fuit mediæ auctor academiæ: ita etiam a Platone ſupioribuſq; platonicis diſſentiens eadem rõne animum eſſe putauit ſanguinem:qua & Hippon & Empedocles non quæ mentis uis foret ſecum ipe conſiderans ſed omnia ad ſenſum referẽs:qui cum totus ſit corporis:interit etiam una cum corpore. Nec præterundus eſt Heraclides ponticus:qui animum dixit eſſe lucem pricipatum is uidelicet igni tribuens. Sed redeamus ad Platonem. Hic non tam animi nobis qui creatus eſſet:immortalitatem oſtendit quam eam æternitatem:cuius etiam principium nullum eſt:firmiſſima argumentatione demõſtrauit. Quam ratiocinandi uim & Speuſippus ac reliqui fere omnes qui a Platone fluxere:maiorem immodum approbauerũt:ſuntq; ſecuti. Vnus Ariſtoteles eſt inuentus:qui a doctore ſuo quem annis uiginti audiuerat diſſentire ſit auſus argutia potius uſus quam ueritate. Quod ſi maluiſſet uir ſe gratũ & iuſtum exiſtimari quam æquæ uerſutum ac doctũ: nunq̃ ab eo quod non minus probat:quam accutiſſime norat: declinaſſet itinere. Sed ita ſunt hominum ingenia gloriæ cupiditate plærunq; accenſa ut neq; penſi uelint:nec ueritatis habere rationem. Nec tamen ſtoici prætereũdi ſunt:qui auctore Antiſthene Socratis diſcipulo nomen inter philoſophos habent:honorificum plæriq; horum ex natura ignea conſtare animum putauerunt:qui cõſentientes Empedocli eius principalem partem locauerunt in corde:nec eã tamen ſanguinẽ eſſe uoluerunt. Siquidẽ ſanguis cum corpore ſimul naſcitur. At Zeno Cittieus thebani Cratetis auditor opiatus eſt animum eſſe ſpiritum:ex eo nactus rationem: quod ſpiritu recedente a corpore animal moreretur. Itaq; dicebat hoc ſane eſt

Xenocrates

Arceſlaus

Hippon
Empedocles

Heraclides
Plato

Speuſippus

Ariſtoteles

Stoici
Antiſthenes
Socrates

Zeno
Crates

animal.Sed naturalis ſpūs dum recedit moritur animal.Quo fit:ut naturalis ſpūs animus ſit.Cryſippus uero Stoicorum omnium ultimus ideꝗ eius ſectæ eruditiſſimus & in ſcribēdo non minus copioſus ꝗ accuratus dicebat una eadēꝗ re nos ſpirare & uiuere.Sed quoniam naturali ſpiritu ſpiraremus:eodem etiam nos uiuere ſpiritu.Et quia nos animo uiueremus:hinc cōcludere nitebatur animum nihil aliud eſſe quam naturalem ſpiritum.Animum uero ipſum in partes octo diuidebat.Cōſtare enī hunc aſſerebat ea ui:quæ imperat & ſenſibus quinꝗ:tum uocali ſubſtantia præterea ſerendi gignendiꝗ uirtute.Partes autem animi a cordis ſede tanꝗ a fontis origine manare:& ꝑ uniuerſum diffundi corpus uitaliꝗ ſpū ſingillatim membra cōplere omnia & ea regere atꝗ moderari arbitrabatur innumerabilibus diuerſis uirtutibus alendo adolēdo mouendo localibus motionibus inſtruendo:ſenſibus compellendo ad operandum totumꝗ animū ſenſus qui ſunt eius officia ueluti ramos ex illa prīcipali parte tanꝗ trabe futuros:eorum quæ ſentiuntur nuncios pandere Ipſum uero de iis quæ nunciauerint:iudicare tanꝗ regem. Et ut ſinguli quidem ſenſus unum quiddam ſentiunt:idꝗ ad pñs tempus.Nam neꝗ præteritum quicꝗ meminere:nec futuꝶ ſuſpicant̄ quicquam ita itimæ conſultationis deliberationiſꝗ ꝓprium eſſe Chryſippus uult : tū cuiuſꝗ ſenſus paſſionem intelligere:& ex his quæ nūciant:colligere quid ea res ſit:tum accipere præſentia:meminiſſe præterita:prouidere futura. Addit ꝗ muta etiam animalia habere uim animæ principalem:ſed eam dūtaxat:qua cibos diſcernant:imaginentur:īſidias declinent:prærupta præcipiciaꝗ proſiliant:& locos ſibi tutioris quæritent:ac neceſſitudinem recognoſcant:multaꝗ ſibi parent:quæ ad ſalutem expediūt:ſed hanc uim ſecūdum naturam eſſe dicit:non ſecundum eam mentis rationem:qua ex omnibus animantibus homo utitur ſolus.Adducitꝗ ſimilitudinem uir eruditiſſimus non ieptam.Ait enī.Quēadmodum A rachnea in medio caſſis ſedens omnia filorum exordia tenet pedibus:ut cū ex beſtiolis qd ex quacūꝗ parte plagas inciderit:de proximo ipſa ſentiat:ſic principalis uis animi poſita in media cordis ſede ſenſuum exordia retinet:ut cū qd nunciabūt:de proximo recognoſcat.Et uocem quoꝗ Chryſippus uult e gremio cordis mitti:quæ ubi tandem a lingua cæteriſꝗ dictionis inſtrumentis formata fuerit:ſonos articulatos ædere qui ſermonis ſunt elemēta:quo quidem ueluti interprætetur ipſius mentis arcani motus aperiantur.Et id uocant animi pricipale.Quare cum ſpiritum animum eē dicit. cum ſane corpus dicit:ideoꝗ eūdem pati:quem corpus interitum: Siue autem ſimul cum corpore eiuſmodi animus intereat:ſeu nō multo poſt ad rem nihil quāquam non intelligo:quid non pereat ſimul cū corpore:

Chryſippus

Poſſidonius

cum idem ſit etiam corpus. At Poſſidonius cum animum diceret eẽ corporis formam aliquid dicere uidebatur: ſed nõ multum: cum eã ſubiiceret interitui. Nos uero alia rõne & ab iis qui ſibi animum cũ pecudibus communem eſſe uoluerunt: & a Platone & cæteris qui hominis animũ deo æqualem ſtatuerunt: non iniuria diſſentimus. Credimus enĩ & affirmare idubitato audemus ita animũ eſſe ĩ corpore humano: ut deum in mundo. Nam ut deus qui nullo tangitur motu: omnia actu mouet cum ipſe neq; p ſe neq; per accidens moueatur: eodem modo cum animus ĩmobilis ipẽ ſua natura ſit: corpus tamen mouet. Mouetur enim per accidens animus: cum mouetur. Nam ut cæteris in rebus omnibus deo ẽ animus: ita uirtus animi quæ mouetur: inferior eſt dei uirtute: quæ mouet oĩa. Sed iam ad firmioris nos rõnes & xp̃ianas & noſtras ꝓpius acceſſuri quibus animi immortalitas dilucide appareat: quid animus ipſe ſit: nr̃o quaſi marte definiamus: atq; tueamur non tam fortaſſe ſubtiliter q̃ recte ac religioſe. Id uero facillimum factu fuerit: ſi prius oſtẽderimus non ſimpliciter dici animum: cum eius nomen latius pateat. Nam quæcũq; dicimus uiuere: iis animum damus. Quare cum & herbæ ſtirpeſq; omnes uiuãt: hæc oĩa minime carent animo eo ſcilicet: quo aluntur & adoleſcunt Et in pecoribus & iumentis ineſt animus idem: qui ĩ herbis & in arboribus: ac præterea qui dicitur ſenſitiuus. Sed in his neq; intelligentiam nec perfectam rationem ineſſe uolumus. Itaq; animus omni perfectiõis numero abſolutus ĩ homine eſt ſolo. Hunc ergo ita definiamus.

Animi definitio

Animus ẽ creata ſubſtantia ſpiritalis ſimplex rationis intellectuſq; particeps: quæ ſe ipſam mouens naturale inſtrumẽtaleq; corpus tandiu afficit ea ui: quæ & uitalis eſt: & ſenſibilia admittit: quoad eorum natura capax elementalem conueniẽtiam ſeruat. Hic mihi humanus uidetur animus: quẽ ſiqs ignorat quonam pacto quo delphico præcepto admonemur: ſeipſum cognoſcat: nõ intelligo. Huiuſmodi autem animum neq; corrumpi nec aliud quicquam pati poſſe: quo a ſeipſo diſcedat: cum diſceſſum facit a corpore nullus mihi uidetur labore ſuſtinere audacterq; defendere. Nam ut a facilioribus rem probare aggrediar: animus corpori applicatus nequaq̃ eſt: ut Platoni placet.

Plato

Id enim ſi eſſet: non unum quiddam eſſe animus poſſet: ſed multa permixta. Nec enim iccirco uitam ſuſcipit corpus: quod ei animus applicetur: ſed quoniam per omnes eius partes diffundatur. Quid autem aut permixtionẽ aut cõcretionem afferam: cum nullũ corpus queat aliud corpus uſquequaq; penetrare. Quare ſi neq; corpus neq; corporeum quicquam penetrat: animum corpore carere quis neget. Atq; omne corpus aut interiore agitatur: aut exteriore motu. Sed quæ exteriore utunt̃ motu: in anima ſunt: quæ autem interiore animata. Quod ſi

tus fiet.De ſociis aūt deq; aduerſus alias urbes fœderibus dicere īcipie
mus.Fœdera igit̄ atq; eoꝝ ordines neceſſe eſt publicis cōuentiōibus fiāt.

De ſocietatibus & fœderibus

Socii uero ꝓ ea temporum ſunt cōditione faciūdi:cum aliq̄ ſuis uiribus ī
firmi ſunt:aut bellū aliquod uideat̄ impēdere.Aut eo eſt cum aliq̄bus in
cunda ſocietas:quod bello quoſdā a ſe defecturos putēt.Hæ igit̄ ſūt cau
ſæ:hiiſq; cōſimiles:q̄bus pluris nobis aſſiſcimus ſocios.Neceſſe eſt aūt cū
īeūdam ſocietatē perſuadere uolueris:eā maxime tempeſtiuam oſtēdas
declaresq; eos ſocios apprime iuſticiam colere:& bene antea rempu.affe
ciſſe:eſſeq; potētiſſimo : & in ꝓximo reſidere.Quod ſi minus hæc oīa po
tueris:quæ ſuberunt oratione complectere.

Contrarium

Cum aūt ſocietatem diſſuaſe
ris:primum oſtēdas oportet:haud nūc eam facere opus eſſe : deinde q̄d
neque ii iuſti ſunt:poſtea uero quod & male nos prius affecerint . Sin id
minus poterimus:dicemus eos a nobis porro habitare : neq; facultatem
iis eſſe quo nobis opportune adſint auxilio. Ex his igitur hiſq; ſimilibus
circa faciundas:aut nō faciundas ſocietates & diſſuadendi ſuadendique
uſum facile cognoſcemus.Rurſus autem & pacis & belli faciundi maxi
ma nobis argumenta capiantur.Cauſæ itaq; bellandi aduerſus aliquos
ſunt huiuſmodi.Par autem eſt:de his tempeſtiue nūc ultionē capiamus:
qui nos antea iniuria laceſſiuerunt aut nunc iniuria prouocati pro nobis
ipſis:aut pro cognatis aut ꝓ iis qui benefici erga nos fuerint:aut quo au-
xilio ſimus iniuſte affectis ſociis:aut publica pro utilitate:aut ad gloriam
aut ad opes:aut ad uires:aut ad aliud quippiam huiuſmodi bellum ſuſci
piamus.Cum igitur ad bellū auditores uoluerimus exhortari : debemus
ex his cauſis q̄plurimas dicendo complecti:ac demum demonſtrare eoꝝ
plurima:quibus bellātes ſuperiores fiāt ipſis auditoribus adeſſe. Superio
res &.n.omnes fiunt:aut deorum beniuolentia:quam bonam fortunam
appellauerimus:aut corporum multitudine atq; robore:aut pecuniarum
affluentia atq; imperatoris prudentia aut uirtute ſociorum aut opportu
nitate locorum.Ex his igitur & ſimilibus quæ maxime rei congruāt: bel-
lum ſūmi oportere exhortabimur aduerſarioꝝ ptes deprimendo:noſtras
aūt augēdo atq; amplificādo.Quod ſi futuꝝ bellum impedire ſtudueri-
mus:p̄mum eæ cauſæ inueniēdæ ſunt:quibus demonſtret̄ aut oīo nullā
aut ꝑuas humileſq; moleſtias afferri:q̄bus ad bellum rapiamur:deīde q̄d
bellū minime cōducit:eritq; ꝑcurrendum:quæ hoībus bello ſoleāt accide
re:calamitates:ad hoc itē oſtendēdum:quæ uictoriā ſolent ī bellādo effi-
cere:ea hoſtibus magis adeſſe:hæc aūt ſunt:quæ paulo ante commemo-
rauimus.Futuꝝ itaq; bellū ex his rebus diſſuademus.Quod ſi ab inſtāti

bello quieſcendū eſſe cohortabimur:ſiquidem conſultores ſupiores fue
rint:hoc ipm̄ primū dicendum erit:decere eos:ꝗ mente ualent haud op-
periri quoad caſum eant:ſed cū uincūt:pacem faciūdā iis eſſe.Deide qm̄
ca belli natura ſit:ut & plæroſqꝫ ex eis:qui ſecūda in eo fortuna primum
uſi ſunt:ad poſtremū perdat.Pacis uero contra:ut & uictos ſeruet: & ui-
ctoribus rerū bello adeptarum fructum afferat. Exponēdum etiam erit
eas:quæ in bello cū multæ:tum uariæ mutationes fieri ſolent. Qui ergo
ſupiores ī bello fuerīt:ex huiuſmodi rōnibus ad pacem exhortabimur.
Eos autem quibus aduerſæ in bello res extiterint:tum ex ipſis caſibus ex
hortabimur:tū ue a quibus iniuriam ante ſuſceperint:ſuis calamitatibus
admoniti irritare eos pergant:tum ex his periculis:quæ antea quam pacē
noluiſſent perpeſſi fuerint:tū deniqꝫ quod ſati us partem aliquam ſuaꝝ
fortunaꝝ potioribus ipſis cedere:q̄ bello periculoſe decernere: quo ipſi
una cū ſua re pareant.Summatim aūt id ſciamus oportet:tūc ſolere om-
nis homines bellū īuicem ſoluere:cum aut iuſta hoſtes rogare arbitrent̓:
aut cū aduerſus ſocios ulla fuerit exorta cōtētio:aut bello defatigati ſint:
aut aduerſarios timuerūt aut ipſi iuter ſeſe diſſideant.Quamobrem quæ
ex his omnibus atqꝫ horum ſimilibus cōmodatiſſima ī rem fuerint:colli-
gens q̄facillime & de bello poteris & de pace diſſerere. Reliquum eſt ut
de pecuniis comparandis iam loquamur.Primum igitur conſiderandū
erit:ſi quid ex urbis poſſeſſionibus neglectum ē:& neqꝫ redditum afferat — De pecuniis comparandis
neqꝫ diis immortalibus dedicatum ſit:ueluti ſint quidam publici loci iā
neglecti:ex ꝗbus aliquis prouētus ubi ii priuatis hominibus:aut uenditi
mercede exculti fuerint:ciuitati fiat huiuſmodi namqꝫ cenſus oīum ma-
xime communis ē ſemper:quod ſi nihil ſit huiuſmodi:neceſſe erit ꝓ ſin-
guloꝝ copiis tributa inferant̓.Vt pauperibus quidem indictū ſit corpora
locupletibus aūt pecunias:opificibus uero arma præſtent aduerſum peri
cula.Summatim aūt oportet eū qui de huiuſmodi prouentibus narret di
cere eos æqualis ciuibus & diuturnos ac magnos eē:hoſtibus aūt ſecus.
Propoſitiones igit̓ de quibus ī deliberatiuo uerba faciemus: & haꝝ ptes
de quibus orationem & ſuadēdo & diſſuadēdo conſtituemus:ex antedi
ctis cognoſcemus. Rurſus aūt propoſitiones de laudatiua uituperatiua
qꝫ ſpecie deiceps dicere aggrediemur. Laudatiua igitur ſpēs ut cōpen- — De genere demonſtratiuo
dio utar ē & uolūtatum & reꝝ geſtarum:& uerborum illuſtrium amplifi
catio:& eoꝝ quæ abſint accommodatio.Vituperatiua aūt cōtra illuſtriū
horū extenuatio:obſcuroꝝ uero exaggeratio. Et digna ꝗdem laude ea
ſunt:q̄ iuſta q̄ legitima:q̄ utilia:q̄ honeſta:q̄ iucūda:q̄ facilia factu ſunt: q̄
ꝗdem omnia cuiuſmodi ſint:& quopacto iis abūdæ utamur:in ſuperiori
bus dictum eſt.Oportet autem eū ꝗ laudat:orationem oſtēdat in hoc ſeu

hoīe ſeu in rebus huius aliquid ineſſe:quod aut ipſe geſſerit:aut ꝑ ipſum manarit:aut ex hoc cōtigerit:aut huiuſmodi gratia factū fuerit:aut quod ſine hoc patratū non ſit.Eodem uero modo & uituperator oſtēdat: oportet:hoꝝ cōtraria ineſſe in illo quem uituperatum uelit:quod ex hoc contigerit hoc modo.Ex ſtudioſa corporis exercitatione uictoriæ cōtingunt: & ex ocio in ægrotationē incidit᷑.Item ex philoſophiæ ſtudio hoīes circa prudētiam ſunt acriores.Et ex negligentia ſunt rerum neceſſariaꝝ īdigētes:ꝙ huiuſmodi gratia factū fuerit hoc modo.Vt a ciuibus coronent᷑ ꝑ multos labores permultaq; pericula mortales ꝑferunt & ut iis quos diligunt gratificent᷑:aliud curāt nihil.Quod aūt ſine hoc patratū nō ſit: hoc modo.Neq; ſine nautis naualium pugnarū uictoriæ:neq; ſine potu æbrietates fiunt. Hæc aūt atq; his ſimilia proīde ut ſuperiora ꝑcurrens & laudare & uituperare abūde poteris.Amplificationes uero extenuationeſq; ac talia ſimul quæq; hoc modo tractabit.Primum quidem oſtēdes ueluti modo docebamus ab hoc multa uel bona effecta eē.Vnus igitur amplificandi modus hic ē.Secūdus aūt modus eſt cū iudicatum aliquid trāſfers ſi quid laudes:bonum ſin autem uituꝑes malū:deīde cōferas oportet qd᷑ abs te dictū ſit: & ad inuicē compares ex tuis maxima ex aduerſarii uero dictis minima enarrādo & hoc modo magnum illud iudicatū oſtendas Tertius modus ē:ut ad illud:quod abs te dictū eſt:minimum ꝗd ex his ꝗ̄ ſub eandem ſpēm cadūt:compares.Sic enim quod abs te dicit᷑ maius apparebit:ueluti mediocri ſtatura hoīes maiores apparēt:cum ad minores comparant᷑.Amplificare aūt poteris hoc modo. Si magnū ſit hoc bonū iudicatum:magnū appareat malum neceſſe eſt:ubi cōtrarium huic aliꝗd narraueris.Eodem uero modo:ſi magnum malum exiſtimatur: ubi huic cōtrarium dixeris:magnum bonū apparebit. Amplificabis aūt & hoc pacto uel bona uel mala:ſi eū gradatim oſtēderis: quod præmiditatus iam diu fuerit:quod de induſtria multa gerere aggreſſus ſit:quod ꝑ multum tempus geſſerit:quibus cum nemo alius:qd᷑ poſt hos poſt quos alius nemo quod ſponte quod ex ſentētia quod ſi omnes pariter atq; hic fecerimus:ꝑfecto bn̄ beateq; aut contra male miſereq; uixerimus.Oportet aūt & cōſequenti cōtinuatione uti:& rem alteram tanꝗ̄ in alterā ꝓperando amplificare hoc modo.Cuius uero amici curæ ſunt hunc recte cōſentaneum eſt ſuos etiā colere parentes. Qui aūt ſuos parentes colit:hic profecto uolet etiā patriæ bn̄facere.Summatim aūt ſi multarum ſiue bonarum ſiue malaꝝ rerum eū cām oſtēderis:eæ magnæ uideantur neceſſe eſt.Cōſiderandum ē etiam:qualis res ipſa uidebit᷑:eā ſuis partibus diuidēdo ſingillatimq; narrādo:quæq; maior uiſa fuerit:eam hoc modo explicare cōueniet. Amplificando igitur ubi hoc pacto tractaueris:& pluri-

mas facies & maximas. Extenuabis autem ī dicēdo & bona & mala ſi cō trario modo tractaueris: ſicuti ī magnis dixeramus: & tum maxime cum nullius eum rei auctorem demōſtraris: uel ſi id minus quod minimaꝶ & paruiſſimarum. Quomodo igitur & laudando & uituperādo amplificabimus: atq; extenuabimus: quæcūq; uoluerimus ſcire ex his poterimus. Amplificationum aūt cauſæ ī aliis quoq; ſpeciebus utiles ſunt. Sed plurima ipſaꝶ uis ī laudatiōibus uitupatiōibuſq; cōſiſtit: de qbus qdē ex ante dictis plane adiumēta nobis ſuppeditabimus.

r Vrſum autem ſit ī modo accuſandi defendēdiq; ſpēm: quæ circa iudicialē uerſat̃ cām: quibuſq; rebus cōſtat: & quomodo iis uti cō ueniat diuidamus. Accuſatio qdem ē: ut breuiter dixerim: iniuriarum delictorūq; expoſitio. Defenſio autē ē delictoꝶ & iniuriarum: quæ uel ī accuſationem uel ī ſuſpicionem uenerint diſſolutio. Cum utraq; uero ſpecies hanc uim habeat: accuſatori quidem dicēdum eſt: quando qdem improbitatis aduerſarios crimiet̃: eoꝶ facinora & iniuſta & iniqua eſſe: ac ciuium multitudini pernicioſa. Cum uero ſtulticiæ crimínet̃: qđ & ipſi agenti iutilia ea ſunt: & turpia & iniucūda: & quæ perfici nullo pacto queant: hæ & his ſimiles aduerſus improbos uanoſq; argumentiōes ſunt. Eſt præterea & hoc accuſatoris obſeruandum aduerſus cuiuſmodi crimia ſupplicia ſunt a legibꝰ cōſtituta & circa q̄ ipſi iudices mulctas defi niūt: cū lex itaq; pœnā definierit: hoc ē dūtaxat accuſatori cōſiderandū ut demōſtret facinus patratū eē. Cū iudices āt crimē admiſſum ſciūt: cria illa q̄q; aduerſariorūq; delicta augeri cōuenit: ac maxīe qdē demōſtrari ſpō te illū: & de iduſtria nō forte q̄dā: ſed debita uæhemēter opa iniuriā itulif ſe: qđ ſi mius hoc fieri abs te potuerit: putāſq; potius ab aduerſario demō ſtratū iri ſe mō quodā deliqſſe: aut ꝙ hæc agere ꝓbe meditato ſibi minus ꝓſpe ſucceſſerit: debes ucire apđ auditores auditū itercludere. Inqes nequaq̄ aduerſarios decere ut poſt geſtū negociū ſe īprudēter erraiuſſe dicāt: ſed aū potius uereri q̄ gerāt. Deide qđ q̄uis ille īprudent̃ geſſerit: aut ei aduerſæ ſucceſſerit oportet īpm tā ob caſus atq; īprudētiā lōge mulctari magis q̄ q hoꝶ neutrū ꝑpetraſſet. Prætēa qđ ēt legūlator eos q īprudenter deliqſſent nō penæ īmunes: ſed iudicio obnoxios fecit: ne oībus errando noceāt. Dicendū ē ēt qđ ſi talia rñdentē admiſerint: nōnullos ſunt habituri ad iniuriā q̄promptiſſimos. Nacti nāq; occaſionem quæcūq; uoluerint efficient. Si uero aberrauerint rem in fortunam reiicientes ſupplicio ſe liberabunt. Accuſatores igitur ex huiuſmodi rebus ueniæ locus auferendus eſt: ſicuti antea dictum eſt: multorum maloꝶ cauſæ aduerſariorū facinora ꝑ exagerationes demōſtrāda ſunt. Spēs igit̃ accuſandi ꝑficitur ex his ꝑtibus. Defendēdi aūt ſpēs tribus ꝑræceptis cōſtat: aut enim defen

De genere iudiciali

Accuſatio qd

Defenſio quid

Defendendi ſpecies

ſori oſtẽdendum eſt:ſe nihil eoꝝ quoꝝ accuſatur:patrauiſſe:aut ſi cogat fateri enitendum eſt:ut geſtũ a ſe negotiũ & legitimum & iuſtũ & honeſtum & publicæ utilitati uſui eſſe oſtẽdat. Si hoc aũt oſtendere nequiuerit:aut in iprudentiam aut in fortunam geſta negotia cõferens:& iacturas ab his profectas quãminimas oſtendẽs:ut ſibi ignoſcatur:operam dabit. Iniuriam autem & iprudentiam & caſum ita definias:quod ex meditatione mali fit quippiam id iniuriã ponere:inquiẽs oportere pœnas maximas in huiuſmodi rebus capere:quod uero per ignorantiam detrimenti quid agitur. Imprudentiam eſſe dicendum eſt:quod autem non ſpõte: ſed aliena potius ui aut fortuna quadam nihil eorum:quæ rectis conſiliis adminiſtrata ſunt:perficit. Caſum eſſe ponendum eſt:dicitoq; iniuriam ĩferre malorum eſſe hominum proprium. Imprudenter uero delinquere & circa rem gerẽdam aduerſam fortunam pati nõ eſſe ſibi priuatim modo ſed & commune & ipſoꝝ iudicium & aliorum quoꝝq̃ hominum:coactus aũt ex huiuſmodi cauſis quid fateri:ut tibi ignoſcatur:præcabere. Et ut per imprudentiam caſumq; delinquere tibi cum auditoribus ipſis cõmune eſſe oſtendas:ſtudebis. Oportet aũt defenſorem undiq; intueri:q̇bus in criminibus leges ſupplicia iuſſere. Iudices uero ipſi pecuniis puniũtur. Et cum lex ſupplicia iuſſerit:demonſtrandum erit:aut omnino nihil patrauiſſe:aut legittime iuſteq; feciſſe. Cum iudices uero conſtituti fuerint punitionis extimatores:rurſus eodem modo haud dicendum eſt:q̇d hæc non egerit:ſed elaborandum eſt potius:aut oſtendat ſe paruo detrimento aduerſarium affeciſſe:& inuitum deliquiſſe. Ex his igitur atq; ſimilibus accuſando defendendoq; uerba ſuppeditabimus. Reliquũ ẽ: ut iam queſtionis ſpeciem pertractemus.

De quæſtione

u T igitur ſummatim dixerim. Quæſtio ẽ uoluntatum uel rerum uerboꝝue adinuicem aut ad aliam diſſentiẽtem uitam demõſtratio. Oportet aũt quærentem quærere ſicubi aut uerbũ eius quem quæret aut actiones:aut uoluntates inter ſe diſcrepant. Præceptũ uero hoc ſit. Conſiderandum erit in præterito tempore: ſi cui quis antea amicus cum eſſet:rurſum inimicus & iterum hinc ipſi amicus effectus fuerit aut aliud quid contrarium aut ꝙ petulantiam & flagitium ferat geſſerit:geſſuruſue ſit:ſi quando ipſi det occaſio quod ante actis rebus eius contrarium ſit. Identidem quoq; intuere:ſi q̇d dicendo contrarium nunc iis dicit:quæ prius ab eo dicta fuerint:aut ſi q̇d iis quæ dicuntur:aut quæ antea dicta ſunt:contrariũ dixerit. Eodemq; modo ſiq̇d dicere uoluit iis contrariũ:quæ ab ipſo ante dicta ſunt:aut uelit opportunitate oblata. Idẽtidem uero aſſumendæ ſunt etiam ad alia præclara ſtudia eius:qui quærit:uitæ contrarietates. Quærendi ergo ſpeciem ſi hoc pacto tractaris:nul

lũ relinques quæſtionis modũ. Harũ autem omniũ ſpecierꝫ quas ſuperius partiti ſumus oportet etiam diuiſim qualibet pro cõmodo uti: & una ipſarꝫ proprietates commiſcere. Hæ namq; differentias habent maximas Enimuero communis earꝫ eſt ad inuicem uſus & idem quod & hominũ ſpecies patiũt. Hi nãq; partim ſimiles ſunt: partim ueri diſſimiles tũ aſpectibus tũ etiam ſenſibus. Sic aũt determinatis ſpeciebus rurſũ qbus indigent: cõmuniter enumerabimus: & qũo his uti cõueniat quæremus.

p Rimũ igit & iuſtũ & legitimũ & utile & honeſtũ & iucũdũ: reliquaq; deinceps: quemadmodũ ab initio ſũ partitus ſpeciebus omnibus ſũt communia. Verũtamen maxime in ſuadendo his utimur. Secũdo aũt loco amplificationes extenuationesq; præ cæteris oĩbus utiles ſũt: harꝫ uero uſus in laudem ac uituperationẽ maxime cadũt. Demũ aũt ꝓbationes ſunt: qbus &ſi circa omnis cauſarꝫ partes utendum eſt. In accuſationibus tamẽ defenſionibusq; ꝗutiliſſimæ ſunt. Hæc nãq; plurimæ cõtrouerſiæ indigẽt: Sũt præterea & præoccupationes & poſtulata & iterationes & orationis ꝓlixitas & ꝓlixitatis modus & breuitas & interpretatio. Hæc. n. & his ſimilia ſpeciebus oĩbus ſunt comunia. Quoniã igitur de iuſtis & legitimis ac de his ſimilibus prius determinauĩmus & eorꝫ uſum enarrauimus: & de amplificationibus quoq; extenuationibus que diximus: iam de aliis declarabimus.

u T igit a probationibus primũ incipiamus duo ſũt earꝫ genera: fiunt. n. aliæ qdem ex ipſis uerbis & negotiis & hoĩbus. Aliæ uero appoſitæ ſunt iis quæq; dicunt & quæ gerunt. Nam Icota & exẽpla & coniecturæ & cõmentationes & ſententiæ & ſigna & argumẽta & ꝓbationes ex ipſis uerbis & omnibus & negotiis ſunt. Appoſitæ aũt ꝓbationes teſtes iuramenta & quæſtiones exiſtunt. Opus eſt aũt harꝫ unãquãq; probationũ intelligere: qualis ſit: & unde idonea in eam uerba abũde nobis ſuppetẽt: & qd demum eæ inuicem differũt εἰκοσ icos igit qd ꝓbabilem ꝓpoſitionem dicimus: illud eſt: quod cũ dixeris: auditoribus in mentibus eius exempla tenent. Dico aũt ueluti ſi quis inqat uelle patriã magnam eſſe: & neceſſarios rebns ſecũdis uti: aduerſis aũt inimicos: atq; his ſimilia ſummatim ꝓbabilia uideant. Quilibet enim auditorꝫ q huiuſmodi deſyderiis teneat: Ipſe ſibi de hiſce deq; ſimilibus rebus conſcius ẽ Quam ob rem hoc nobis in dicendo ſemper ſuadendum eſt: ſi rei ð qua loquimur: conſcios auditores perceperimus: hiſce. n. rebus par eſt credere eos maxime. Vis ergo ꝓbabilis eſt huiuſmodi: Ipſum uero in tris diſtribuemur ſpecies. Vna quidem eſt: quæ eas perturbationes accuſando aut defendendo uerbis comprehendit quibus homines natura afficiuntur: ueluti ſi quem aliqui floccipenderint: aut timuerint: aut eandem rem ſæ-

De probationibus

εικοσ icos

piſſime fecerint:aut iterum uoluptate uel dolore uel libidine affecti fue-
rint:aut cupiditatem uacarint:ut diuitiis abũdarint:aut aliam huiuſmo-
di perturbationem ſine animis ſiue corporibus ſiue aliquo illoꝝ ſenſuũ
ꝗbus homines afficiunt᷑:paſſi fuerint.Hæc namq; & his ſimilia quæ cões
ſunt humani ingenii ꝑturbationes:auditoribus nota ſunt:quæ igit᷑ ſecũ-
dum naturã hoibus fieri cõſueuere:quæq; dicendo compræhẽdenda di-
cimus:ſunt huiuſmodi.Altera uero probabilis pars eſt mos:quem ꝓ con
ſuetudine ſinguli facimus.Tertia uero ſpecies lucrũ eſt.Nã ſæpe lucrãdi
gratia naturæ uim afferẽtes cõſulto mores inducimus.His aũt ita deter-
minatis in ſuadẽdo ꝗdem ac diſſuadẽdo demõſtrare pro quæſitis opor-
tet:ut hoc negotiũ:ad quod ipſi exhortamur:uel cui aduerſamur:ita fit ſi
cuti a nobis dicit᷑.Vel ut ea quæ huic negotio ſimilia ſunt:hoc modo fiũt
quo nos dicimus:aut plurima aut oia.Cõtra res igit᷑ hoc pacto ꝓbabile
eſt capiũdum.Cõtra hoies uero ĩ accuſationibus ꝗdem ſi potueris:demõ
ſtrabis aduerſariũ hoc idem negotiũ ſæpe antea patrauiſſe.Sin id minus
poteris huic ſimilia demõſtrato.Oſtẽdere ãt elabora quod hæc facere cõ
ducibile ei fuerat.Hominum aũt plurimi quoniam ipſi utile oibus rebus
anteponũt.Itidem etiam alios oia gerere huius genera facile putãt.Siꝗdẽ
igit᷑ ab ipſis aduerſariis ꝓbabile capere potueris.Ita illud inducito.Sin id
minus quiueris:a ſimilibus tibi:quæ hoies cõſueuere ĩferenda ſunt.Dico
aũt ut huiuſmodi iuuenis eſt:quẽ accuſas:quæ ii qui id ætatis ſunt agũt.
Hæc ipſum feciſſe dicito.Nam ꝓ ſimilitudine etiam quæ aduerſus hunc
dicunt᷑ facillime credent᷑.Eodemq; modo ſi eius ſocios tales oſtenderis:
qualem hũc eſſe dicis.Et.n.ob eam:quæ huic cũ illis cõſuetudo ẽ:uidebit᷑
iiſdem rebus ĩdulgere ꝗbus amici ſolẽt.Itaq; ꝓbabile accuſatoribus hoc
pacto tractandũ eſt.Defenſores aũt maxime oſtendãt:oportet ut minime
ꝓrſus oium quicꝗ̃ antea eaꝝ reꝝ quaꝝ inſimulant᷑ neq; ipſi neq; amico-
rũ aliꝗs neꝗ̃ ipſoꝝ ſimiliũ ꝗs unquã egerit:utq; nihil in iis utilitatis cõſeꝗ
potuiſſet.Quod ſi liꝗdum ſit hoc idẽ te antea patrauiſſe: cauſam ĩ ætatẽ
reiicies:& aliquã huiuſmodi aliã afferes cauſam:quã tũc nõ abſurde erra
ueris.Dic aũt nec ea tẽpeſtate:dum hæc geſſeras:cõduxiſſe tibi : nec etiã
nũc cõducere potuiſſe.Sin aũt nihil abs te huiuſmõi patratũ ſit:ſed ex tu
is amicis aliqui talia quædã fecerint.Dicendũ eſt haud quaꝗ̃ iuſtũ eſſe te
ab illis calũnia affici.Eritq; demõſtrandũ eoꝝ ſocios ꝗ tibi cõſuetudie iũ-
cti ſint:& moderatos & honeſtos eſſe.Sic.n.ĩ ſimulationẽ ambiguam red
des:quod ſi ſimiliũ aliquos demõſtrarint eadẽ patrauiſſe:abſurdũ eſſe in
quies:ſi ꝓpterea quod alii ꝗdam deliquiſſe appareãt:creditũ erãt :te eoꝝ
aliꝗd ꝗbus in iudiciũ arceſſeris factitaſſe.Si ꝗdem igit᷑ inficiatus fueris:
haud ea feciſſe:quoꝝ accuſaris:ſic te per ꝓbabilia reſpõdere oportet.Ita

namq; accuſatiōis ueriſimilitudinē infirmabis.Si uero fateri cōpellaris ex multoꝝ cōſuetudine ſimilitudinē negotiis tuis uēdica: quā maxime ī quiēs ut plurimi uel potius oēs & hoc & ſimilia agūt:ſicuti etiā abs te factitatū ſit:quod ſi hoc demōſtrari nequeat:cōfugiendū eſt ad caſū & ad īprudētiā:& ut ibi ignoſcat̄ enitēdū.Oēſq; hoīum ꝑturbatiōes qbus rōne deficimur cōplectēdæ:hæ aūt ſunt:Amor.Ira.Vinolētia.Ambitio & his ſimilia.Itaq; his præceptis ꝓbabile pulcherrime tractabimus.

Factitatum

Xēpla aūt ſunt res iis quæ factæ ſunt:ſimiles:& his de qbus nūc loqmur cōtrariæ.Iis uero utendū eſt:cū quod ipſe affirmas: ubi minus ueriſimile ſit:id te ꝑſpicuū facturū dicas.Nā ſi minus fidei ꝑ probabile p̄ſte[illegible]:ubi didicerint rē aliā ei ſimilē d' qua loqueris:ita habuiſſe:ut a te dicit̄:magis crediderint uerbis tuis.Sūt aūt exēploꝝ duo genera.Res nāq; partim rōne partim præter rōnē fiunt.Quæ uero ratiōe fiunt:facile credunt̄.Quæ aūt præter rōnem:nō credunt̄.Dico aūt ſicuti ſi quis ait diuites eſſe paupibus iuſtiores adducitq; iuſtas aliquas uirorum diuitū actiōes. Huiuſcemodi exēpla ſecūdū rōnē uidētur eē. Plurimi.n. putāt diuites paupibus iuſtiores.Quod ſi qs rurſus enūciet diuitū quoſdā ob pecunias iniuriā ītuliſſe:eo uſus exēplo:quod præter rōnē ſit: plāe afficiat quo locupletibus fidei minus adhibeat̄.Idētidē etiā ſi qs eaꝝ reꝝ exēplū afferat:quæ rōni ſimiles ſunt qm̄ Lacedæmonii quādoq; aut Athenieſes fræti eſſent magna ſocioꝝ manu:hoſtis expugnauere:& ſic audito tibus ſuadet ſocios multos eē faciūdos:huiuſmodi ergo exēpla ſecūdū rōnem ſunt.Oēs.n.exiſtimāt ī bellis multitudinē nō parū momēti ad uictoriā ferre.Siqs aūt oſtēdere uoluerit nō hāc eſſe uiuēdi cauſam : eaꝝ rerū utatur exēplis:quæ præter rōnem factæ fuerint.Inqens ut atheuaꝝ exules cū qnquagita primū uiris dūtaxat & tribu aſſumpta etiā aduerſus eos qadmodū plures ī urbe fuerāt:quāq̄ Lacedemoniis ſociis utebant̄:bello ī urbē rediere.Thebani aūt lacedæmoniis atq; oībus ꝓpe pelopōnēſibus ī boetiā īpetum faciētibus.Hi ſoli ad leuctra cōmiſſo prelio lacedæmoniorū uires ꝑfregere.Dion uero ſyracuſanus cū militibus tribus millibus ſyracuſas nauigās dionyſiū lōge maiore ui frætū debellauit.Itidē aūt & corithii cū ī ſyracuſanoꝝ auxiliū nouē triremibus iſſent:Carthagineſes q cētum & qnquagita nauibus ī ſyracuſanoꝝ portus applicuiſſent:atq; urbē oēm præter arcē haberēt:nihilo tñ minus expugnauere. Sūmatim uero hæc atq; his ſimilia:quæ præter rōnē ſint geſta:ea īcōſultationes īprobare cōſueuere:quæ pro rōne fiunt.Exēploꝝ igit̄ natura eſt huiuſcemodi. Iis uero utroq; modo utendum eſt.Nam cum res quæ ratione fiunt diximus:oſtendemus utplurimum hoc pacto negotia ꝑfici.Cū aūt quæ præ-

De exēplis

Quot genera exēplorum

Lacedæmonii

Athenienſes

Athenieſes exules

Lacedæmonii

Thebani

Lacedæmonii

Peloponnēſes

Boetia

Leuctura

Dion

Dionyſius

Corinthii

Syracuſani

Carthagineſes

ter rõnẽ fiũt:loqmur:afferemus quæcũq; temeritate uident̃ facta rectiſſimo fine concluſa. Cum aduerſa aũt hoc dixerint:oportet oſtẽdere: hæc peride ac fortunato caſu aliquo accidiſſe.Eritq; dicendũ eiuſmodi res q̃ rariſſime contigiſſe:quæ uero ad te narrarentur:q̃ ſæpiſſime. Exemplis igit̃ ita uti conuenit:enimuero cũ ea quæ nulla ratione ſunt facta in mediũ attulerimus:opus eſt eoꝝ q̃plurima complectamur:dicamuſq; nihil ea magis q̃ hæc fieri conſueuiſſe.Exemplis uero nõ ex his ſolum uerum etiam ex cõtrariis eſt utendum ſicuti ſi oſtenderis auare quoſdam uſos ſociis:& propterea ipſorum ſolutam amicitiã & aſſeras:nos uero ſi æqualiter ac pro commodis erga ipſos rem geſſerimus:ſocietatem multũ tẽporis cõſeruabimus.Et iterum ſi quos alios quoniam imparati deſcẽdiſſent in bellum:deuictos ſuperatoſq; oſtendas:ita dixeris ſi inſtructi bellũ aggredi uoluerimus:meliores certe ſpes de uictoria habuerimus.Multa uero aſſumẽs exempla:tum ex præteritis:tum etiam ex inſtãtibus negociis. Plurimæ nãq; res partim ſimiles:partim diſſimiles iuicẽ ſunt.Quãobrem ob id cauſæ exemplis abũdabimus:& quæ ab aliis dicũtur:haud difficile refellemus.Exẽploꝝ ergo genera & quõ iis uti oporteat:& unde mlta capiẽda ſunt:ex antedictis cognoſcere poſſumus.

De cõiecturis

c Oniecturæ autem ſunt:quæcũq; iiſce rebus:de quibus omnis habetur dictio:repugnarint.Et quibus ipſa ſibi oratio aduerſatur. Auditorum enim plurimi his contrarietatibus:quæ dicendo agẽdoue contingunt.Coniectant ſani ineſſe nihil:neq; in dictis neq; i factis quidem.Multas autem capies coniecturas intuẽs:ſiue ipſa ſibi aduerſarii cõtradicit oratio ſiue res ipſa ẽ dictioni cõtraria.Cõiecturæ igit̃ huiuſmodi ſunt:& ita uti hubertim poteris.

De cõmentationibus

c Ommentationes uero ſunt.nõ eæ modo quæ orationi atq; negotio aduerſant̃:ſed & aliis rebus oĩbus.Aſſumes aũt multas eaſq; tractabis:quẽadmodũ inquærẽdi ſpecie dictũ eſt.Cõſiderabis etiã ſicubi ipſa ſibi diſſentit oratio:aut ſi geſta negocia iuſtis aut legi aut utili aut hõeſto aut poſſibili aut facili aut ꝓbabili aut mori dicẽtis aut reꝝ cõſuetudini aduerſat̃.Huiuſmodi igit̃ cõmẽtatões ſũt ↄtra aduerſarios aſſumẽdæ.His uero cõtrariæ ꝓ nobis dicẽdæ ſũt.Quippe q oñdamus & negocia & uerba nr̃a iniuſtis & ex legibus & iutilibus & iproboꝝ hoĩum moribus & ſummati his q neq̃ cẽſent̃ maxime aduerſari.Oportet aũt haꝝ ſingulas breuiter & noĩbus q̃pauciſſimis eloq.Cõmẽtatiõibus igit̃ hoc mõ copioſiſſime uti optimeq; poterimus.

De ſententia
Quot ſentẽtiarũ genera

ſ Ententia uero ut ſummatim dicam:eſt aduerſus res omnes opinionis propriæ declaratio.Sententiarum autẽ duo genera ſunt. Alterũ quidẽ credibile.Alteꝝ uero incredibile.Cũ ergo credibile

dixeris:nullæ ſunt reddēdæ cauſæ.Nam neq; quod dicitur:ignorat᷑: neq; nō credit᷑ qdem.Cum uero incredibile dixeris:cauſæ paucis ſunt dicēdæ ut & dicacitatem & incredulitatem effugias. Sentētiæ aūt eæ ſemp afferē dæ ſunt:quæ ſint rebus præſentibus q̄conſentaneæ:ne quod dicitur incō cinum uiolentumue appareat.Eas aūt multas faciemus:aut ex ꝓpria na tura aut ex ſuperlatione aut ex ſimilitudine.Sententiæ aūt ex propria na tura huiuſmodi ſunt.Nemo mea ſententia rerum imperitus grauis īpe- rator eſſe pōt.Altera autem talis eſt.Prudentium uirorum certe eſt:ex re- rum præteritarum exemplis operam dare:ut inconſulta effugiant errata. Ex ꝓpria igit᷑ natura huiuſmodi ſententias faciemus.Ex ſuperlatione ue ro talis:ex acerbiora mihi uident᷑ fures q̄ latrones admittere.Nam ii clan culum:hi uero palam pecunias eripiunt.Sētentias igitur ex ſuperlatione hoc modo multas faciemus.Ex ſimilitudine aūt ſunt huiuſmodi:qui pe- cunias auferunt:idem faciūt mea ſentētia:q̄ ii ſolent:q urbes produnt. Vtriq;.n.crediti iniuria credētes afficiunt.Alia uero huiuſmodi ē.Vident᷑ mihi aduerſarii tyrānos plane imitari.Nam etiam illi quarum ipſi rerum iniurias aliis faciunt:pœnas dare indignum putant:quæ autem aliis cri- mini dant uæhementiſſime horum cauſa illos cruciant: & hi ſi quidem ipſi aliquid mihi debent:haud reddunt:ſi quid uero his ego debeo: & id & fœnora reſtitui ſibi decere arbitrantur. Sententiis igitur ita tractando affatim abundabimus.

De ſignō

Signum quid

ſ Ignum uero eſt alterius aliud nō quod ius cuiuſuis:neq; omnis omne:ſed quod aut ante fuerit:aut in ipſo negotio:aut poſt fie ri conſueuerit.Eſt autem ſignum & factum non facti ſolum:ſed & non facti.Identidem uero & non factum non ſolum non facti uerum & facti.Signa uero efficiunt alia quidem opinionem:alia uero ſciētiam. Id autem pulcherrimum eſt quod ſciētiam efficit.Secūdo autem loco qđ opinionem maxime ueriſimile operatur.Signorum autem copia nobis hubertim erit:ut ſūmatim dicam ex eoꝝ ſingulis:quæ dicūtur:quæ gerūt᷑ quæ uident᷑:pro uno quoq; aſſumendo tum ex magnitudine:tū ex pra- uitate eorum:quæ nobis mala bonaue contingunt. Item ex teſtimoniis ex teſtificatis ex noſtris ex aduerſariorum fautoribus ex ipſis illis ex pro- uocationibus ex temporibus ex aliis multis hinc igitur ſignorum multi- tudine abundabimus.

De argumētō

Elenchon

a Rgumentum autem eſt:ſic.n.elenchon īterpretamur:quod ali ter habere nō poteſt:atq; ipſi dicimus.Aſſumitur autem ex na- tura neceſſariis:ut nos dicimus:aut aduerſarius & ex iis quæ na tura fieri aut poſſunt:aut non poſſunt:ſicuti aduerſarii dicunt. Natura igitur neceſſarium eſt:ſicuti uiuos cibis indigere: & his ſimilia. Vt uero

nos dicimus:neceſſarium eſt:affectos uerberibus ea confiteri:quæ cæden
tes iuſſerint. Natura autem fieri non poteſt:puellum argenti tantum fur
to ſubripuiſſe:quãtum ferre nequeat:& id ferentem abiſſe. Vt autem ad-
uerſarius dicat:fieri nõ poterit:ſi quidem dixerit quibus temporibus athe
nis debiti tabellas nos feciſſe:ipſi aũt poſſumus auditoribus demõſtrare:
ut ea tempeſtate ad aliam quãdam urbem aberamus. Argumenta igitur
ex his atq; ſimilibus faciemus. Prorſus uero & ex ipſa conditione & ex ne
gotiis & ex aliis probationes omnis tranſegimus. Cõſideremus etiam qd
item inuicem eæ differunt.

**De probabili & differentiis**

p Robabile igit' ab exemplo hoc differt:quod pbabilis ipſi audi
tores notionem hẽnt. Exempla uero ex cõtrariis & ex ſimilibus
fieri poſſunt. Coniecturæ aũt ſolum ex dictionibus actionisq;
contrariis conſtãt. Verum commẽtatio a coniectura hãc habet differenti
am:quod coniectura quidem circa dictionem actionẽq; cõtrarietas quæ
dam eſt. Commentatio uero & circa reliquas ſpecies cõtrarietates excipit
Aut quod & cõiecturam nõ eſt in nobis aſſumere:niſi circa res & uerba
repugnãtia quædam fuerit. Cõmentatio uero e multis locis trahi dicẽdo
põt. Sentẽtiæ aũt a cõmentationibus differunt:quod eæ ſolum ex contra
riis conſtãt. Sẽtentias uero & cum repugnãtiis & ſimpliciter ipſas ſecundũ
ſeſe oſtẽdere poſſumus. Signa aũt a ſentẽtiis & ab oibus ãtedictis hãc ha-
bet differẽtiam:quod reliqua quidem oia opinionem faciũt apud audito
res. Signoꝝ aũt quædam ut etiam perſpicue hi cognoſcãt:efficiũt. Itẽ qd
ex reliquis nequaq̃ cõtigerit:ut ipſi plurima ſuppeditare poſſimus. Signa
uero plurima facile queũt fieri. Item & argumẽtum a ſigno hãc habet dif
ferẽtiam:quod ſignoꝝ quidem aliqua opinionem dũtaxat faciunt apud
auditores. Argumtum aũt oẽm ueritatem iudices edoceat. Verboꝝ igitur
rerumq; probatiões eiuſmodi ſunt:& unde his abũdemus:quidq; inter ſe
differunt poſſumus ex antedictis cognoſcere:quæ aũt apponũtur eas ſin
gillatim percurramus. Opinio ergo dicẽtis eſt ſuã aduerſus negotia de-
clarare ſentẽtiam. Opus aũt eſt earum ſe rerum:de quibus orationem ha
buerit:peritum eſſe oſtendat:demonſtretq; ſibi cõducere nõ mediocriter
ut ueritatẽ de his loquat'. Aduerſariũ uero demõſtret nullã prorſus:de q-
bus cõtra enũciet:tenere peritiã:opinionẽq; identidẽ oſtẽdat. Sin hoc fie-
ri negerit:dicẽdum erit:ſolere etiam rerum peritos errare nõ nunq̃. Si hoc
aũt dici nequeat dicetur pernicioſum aduerſariis eſſe de hiſce rebus ueri
tatem loq. Itaq; hoc modo dicẽtis opinionibus utemur:& noſtra aſſeren-
do & aduerſariis contra dicendo.

**De teſtimonio & teſtibus**

t Eſtimoniũ uero eſt rei cognitæ uolũtaria cõfeſſio. Neceſſe aũt ẽ:
aut ueriſimile teſtificatũ eẽ:aut nõ ueriſimile:aut ad credẽdũ am

biguũ.Eodē quoq; modo teſtē aut ꝓbabilē aut ĩprobabilē aut ambiguũ eſſe:cũ ergo teſtificatũ ueriſimile fuerit:& teſtis uerax:teſtimonia epilogis minime ĩdigēt:ni fortaſſe decoris gratia uel ſententia uel commētatiōe ut paucis uolueris:cũ teſtis aũt ſuſpectus fuerit demōſtrãdũ erit:ut neq; gratia neq; cruciatu neq; lucro aliquo hic mēdacii qcq̃ teſtificaret᷑.Docendũ ē etiã:neq; cōducere qdem mēdoſum teſtimoniũ.Nã & utilitates puas eē & argui difficilimũ ꝑſertim cũ deprehēſum nō ſolũ argēto uerũ & gloriæ & pſidiæ pœna leges plectēdũ uolunt.De teſtiũ igit᷑ fide ita loquemur. Ii aũt qui teſtimonio cōtradicũt:oportet teſtes moribus detrahãt:ſi improbus fuerit:aut teſtificatũ quærēdum eē dicãt:ſi minus ꝓbabilitatis habuerit:aut hoꝝ utriq; cōtradicãt:& in unum oĩa aduerſarioꝝ uitia flagitiaq; congerãt.Cōſiderãdum ē etiam:an teſtis ei : cui teſtimoniũ dicit:amicus eſt:aut ſi ſecũ negotii alicũde eſt particeps:aut ſi ei quē cōtra teſtificat᷑ inimicus eſt aut pauper.Hi &.n.alii gratia alii cruciatu alii lucro mēdacii ſuſpicioni obnoxii teſtificãdo exiſtũt.Et falſoꝝ teſtiũ legē de his legũlatorē tuliſſe inqemus.Proĩde abſurdũ eſſe dicemus:qbus legũlator nō crediderit:Iudices q ſecũdum leges iudicare iurati ſunt:teſtibus ipſis credãt.Hoc igitur modo teſtiũ fidem ĩfirmabimus.Poterimus aũt & teſtimoniũ ĩprudentibus aduerſariis noſtris ſubducere:hoc pacto.Dic mihi o calicle teſtimoniũ.per deos ĩmortalis nullo modo ſum dicturus.Nam me prohibēte hæc geſta ab hoc ſunt.Et ob id inferēda ſentētia falſus teſtis falſi teſtimonii pœnæ nō erit obnoxius.Cum igit᷑ teſtimoniũ ſubducere nobis cōduxerit:ſic eo utemur:quod ſi aduerſarii tale qd fecerint : demonſtrabimus eoꝝ uerſutiã & ſcriptis teſtimoniũ dicere uidebimus. Quomodo igit᷑ & teſtibus & teſtimoniis uti cōueniat ex his ſciemus.

q Væſtio uero eſt inuita conſcii hominis cōfeſſio.Cum nobis igitur utile fuerit eam uæhementem efficere:dicendum erit:ut ꝑuatim quidem homines de ualde neceſſariis : ciuitates autem de maximis rebus ex quæſtionibus probationes capiunt:quodq; certior teſtibus eſt quæſtio.Nam teſtibus mentiri conducit ſæpe : quibus autem quæſtiones admotæ ſint:ueritatem loqui plurimum utilitatis affert. Sic enim cruciatu celerrime liberantur.Cum uero quæſtiones improbare uolueris:primum qdem dicēdum erit:ut quæſtionibus cruciati iis:a quibus traditi ſunt:hoſtes fiunt:& propterea non nihil in heros mentiuntur.Deinde quod quærentibus plerũq; nō uera cōfitentur:quo maturius doloribus ſeſe eximant.Erit etiam demonſtrandum non nullos liberos homĩes quo celerius ſuppliciũ effugerēt:aduerſum ſemetipſos tormentis effectos emētitos.Quam ob rem magis conſentaneum eſſe ſeruos aduerſus dominos:quo ſuum effugiãt cruciatum ementiri q̃ multos dolores & corporibus & aĩs tollerare:quo cæteri nihil mali patiãt᷑:ubi mētiri ipſi uoluerit.

Quæſtiones igitur ex his atqꝫ horum ſimilibus probabilis & improbabi-
lis conſtituemus.

De iureiurādo

i

Vſiurandū eſt cum diuina ueneratione dictio probatiōis expers.
Cum igitur augere ipſum uoluerimus:ita dicendum erit.Nemo
certe peierare uellet:cum diuini ſupplicii metu : tum dedecoris
apud homines : eritqꝫ ſubdendum latere homines poſſe:deos autem nō
poſſe.Cum aduerſarii uero ad iuſiurandum cōfugerint: ſi extenuare id
uoluerimus:demōſtrandum erit:eorūdem eſſe hominum:ut male agāt:
& peierare nō curent.Nam qui facinoroſus deos latere putat:hic neqꝫ pe
ierans ſupplicium ſe ire ſortitum putat.Et iuſiurandum quidem eodem
modo:quo etiam reliqua antedicta tractauimus plane dicēdo nobis ſup
petere. Summatim autem omnis probationes quemadmodum propo
ſuimus:iam percurrimus:dedimusqꝫ non eam uim ſolum:q̃ earum quæ
libet haberet:uerūetiam quid īter ſe differūt:& quo pacto iis uti cōueniat
oſtendimus.Nūc autem edocebimus de reliquis partibus: quæ & trium
ſpecierum ſunt:& ī oēm orōnē plurimū decoris & utilitatis afferūt.

De præoccu-
patione

p

Ræoccupatio igitur eſt:qua & auditorum exiſtimationes & eoꝝ
qui contradicturi ſunt uerba præuenientes obuias difficultates
remouebimus.Auditorum autem exiſtimationes hoc ſunt mo-
do præoccupandæ.Admirātur autem alii qui fortaſſe ueſtrum:quod ipē
iuuenis ita de rebus magnis uerba facere aggreſſus fuerim. Et rurſum
Nemo ſeſe mihi difficilem obuiam offerat:quod de his ſim uobis rebus
conſultaturus:de quibus alii quidam audacter apud uos eloqui cūctant
Quæ igitur moleſte auditoribus laturi ſunt:ſic præoccupando cauſas fe
ras oportet:quibus recte facere cōſultādo uideare:utpote qui demōſtres
oratoꝝ inopiam periculorum magnitudinem aut publicam utilitatem :
aut aliam huiuſmodi cām:qua auditorum indignationem ſoluturus ſis
Quod nihilominus auditores turbētur:breuiter dicēdum eſt uel tanq̃ in
ſentētiæ uelut ī commētationis figura:quarū oīum abſurdiſſimum ueni
re quidem tanq̃ ea hiſce de rebus cōſulturos:quæ optima ſint. Nūc autē
quādo quidem uolūt eos audire:qui ſentētiā dicūt:arbitrari pulchre con
ſulere poſſe.Et rurſum honeſtum ē:aut ipſos aſſurgētes ſententiam dice-
re:aut dicētes audire:quæcūqꝫ ex ſuffragiis facere ipſi cēſuerint.Delibera
tiuo igitur in genere ſic ē:& præoccupationibus utendum & tumultibus
occurrendum.In iudiciali autem præoccupationibus utemur quēadmo
dum etiam ī prædictis.Occurremus autem tumultibus ſiquidem ī ora-
tionū pricipiis fiant:hoc modo.Nonne igitur abſurdum ē legūlatorem q
dem iuſſiſſe duas orationes aduerſariorum cuiqꝫ reddendas:uos autem

& Craterum quidem tum acutũ tum ſtrenuum. Amphoterũ uero hebetẽ ac ſtultum: dicere ſolitus ẽ Craterũ amphoterũ eſſe. Amphoterus autem utrũq; ſignificat: ad amphoterũ eſſe neutrũ. Eos aũt qui conſulebant amarius eſſe utendũ Athenienſibus: inſanire dicebat: qui hoĩem qui ad gloriã oĩa agendo patiendoq; referret: gloriæ theatrũ iuberent abiicere. Cũq; duos improbos flagitioſoſq; iudicaret: ſentẽtiam tulit: ut alter e macedonia fugeret: alter ut illũ inſequeret᷑. Et cum ĩ bono agro caſtra foret poſiturus: audiretq; illic pabulũ iumẽtis nõ eſſe: cuiuſmodi ĩquit: noſtra ẽ uita: ſi ad aſinoꝝ commodum nobis uiuendũ eſt? Atq; cum munitiſſimũ caſtellũ quoddã capere uelle: ubi exploratores retuliſſent quãdifficillimum eẽ & nullo modo capi poſſe: rogauit: an ita eſſet difficile: quo ne aſinus quidem auro honuſtus quiret accedere? Atqui cũ laſchenis olynthii milites quererentur: moleſtiſſimeq; ferrẽt: quod a philippi militibus proditores ꝑ contumeliã uocarent᷑ ĩeptos inqt macedonas natura eſſe & agreſtis: q ſcapham etiam ſcapham dicerent. Filium uero admonebat macedonibus blande atq; gratioſe utendum ſe præſtaret: quo ſibi multitudinis uires compararet: donec alio rege humanũ eſſe licebat. Conſulebat quoq;: ut qui ĩ ciuitatibus uiribus præſtaret: & bonos uiros amicos ſibi cõparet & malos: deĩde alteris uteretur: alteris abuteretur. Idem philoni thebano & benefico & hoſpiti ꝑ id tẽporis: quo thebis degebat obſes: cũ nullum a ſe poſtea munus uellet accipere ait: noli me: quæſo: hac ꝑ̃ua re præſtãtia uincendi: ſiquidem beneficio gratiaq; ſupas. Multos autẽ quos bello ceperat: eos uenũdans ſublata impeditaq; tunica ſedebat nequaq̃ decore. Itaq; unus ex iis qui uenũdabant᷑: clamauit: ignoſce mihi philippe. Nam a patre amicitia mihi tecũ eſt. Interrogãte aũt Philippo unde homo amicus es & quomodo: ait ꝓpius accedens tibi eloquar. Vt aũt ꝓpius factus ẽ: paruꝫ ꝑ inferius chlamyda demitte: ita.n. ineptus ſedes. At philippus iſtum ait dimitte: nam q uero beniuolus atq; amicus eſſet: latebat me. Præterea cum ab hoſpite quodam ad cænam ĩuitatus: ml̃tos quos obuios habuiſſet: adduceret: uideretq; hoſpitem turbatum: nõ eĩm ſufficiebant: quæ parata erãt: ſingulis amicis commonefactis: ut placẽtæ locũ relinquerent iubebat. Ii uero ita eſſe putantes expectanteſq; comedebant haud multum atq; oĩbus hoc pacto ſatis fuit. Hipparchi aũt euboici mortem non obſcure moleſte tulit. Dicẽte aũt quodã attamen tempeſtiue ille ac mature mortuus eſt ſibi quidem reſpondit: mihi quidẽ celeriter. Prius enĩ diem obiit: quam a me dignam amicitia noſtra grãm recepit. Rurſus cum accepiſſet Alexandrum queri: ac ei crimini dare ꝙ filios ex pluribus ſuſciperet mulieribus: proĩde inquit quãdo quidẽ multos habes regni æmulos: dato operam: ut & honeſtus & probus fias: quo

Atheniẽſes
Macedona
Exploratores
Aſinus
Philippus rex
Proditores
Scapha
Macedones
Philo
Thebæ
Philippus
Hipparchus
Alexãder

Ariſtoteles non mea ſed tua gr̃a regnū adipiſcaris. Eundē𝞀 iubebat ut & Ariſtotelē obſeruaret:philoſophiæ𝞀 ſtuderet:neqd multa huiuſmodi agas: quæ egiſſet me pœnitet.

Philoſophia

Antipater Cum itē ex Antipatri amicis quēdā iudicum numero aſcripſiſſet:poſtea𝞀 & barbā ſibi & capillum īficere certo ſenſiſſet hominem remouit:īquiens qui in pilis fidus nō foret: eū non eſſe dignum exiſtimādum:q fidem in rebus ſeruaret.

Machetas Machetæ uero cuiuſdam cām iudicans qm̄ eſſet ſomnolētus:minus accurate 𝞀 iuris foret:attēdebat:ꝑide aduerſus eum ſententiam tulit. Illo autem reclamante prouocare ſe iudicium iratus philippus ad quē inquit? & machætas ad teipſum rex ſubdidit:ſi uigilans quidem attēdens𝞀 audieris.Surrexit tunc Philippus ubi uero magis ad ſe rediſſet:noſſet𝞀 iniuria machætā affectum:iudicium quidem nō reſcidit:ac æſtimationē litis ipſe perſoluit.

Harpalus Item cum harpalus rogaret:ut Crateta gentilem ac familiarem ſuū qui eſſet iniuriarū accuſatus:iudicio liberaret:ne in cōuitio foret:ac nihilo tamē minus mulctam ſolueret:melius ē inquit hunc ip̄m q̄ nos huius cā in infamia eſſe.

Pelopōnenſes Ad hæc grauiter amicis & inique ferentibus pelloponnenſes beneficiis affectos ī olympiis aduerſus eum īſuſurrare at𝞀 obſtrepe turpiter. Quid igit̄ inquit:ſi male afficiant̄.

Antipater At cum pluſculum tp̄is militiæ ſomno indulxiſſet:deinde ubi ſurrexit:tuto inquit dormiebam: Antipater enim uigilabat.

Græci Rurſus cū interdiu is dormiret:& græci qui ad fores conuenerant:grauiter id ferrent:at𝞀 incuſarent.

Parmenio Parmenio ne admiremini ait: ſi nunc Philippus dormit:nam cū uos dormiretis:hic uigilabat.

Philippus

Pſaltes Cū uero pſaltē quendam uellet inter cænādum emēdare:ac de pulſandis chordis diſſerere:ait pſaltes:ſupi id abs te mali rex auertant:ut hæc quam ego melius ipſe teneas.

Olypias

Demarathus At cū per id tp̄is quo ī olympiada uxorem & ī Alexādrum filium erat iratus: Demarathus chorinthius ad ſe ueniſſet:quæſiuit quo pacto īuicem græci haberent:demarathus autem ualde ꝑfecto inquit:græcoꝝ cōcordia tibi curæ eſt:quando qdē neceſſarii at𝞀 ꝑpiqſſimi affecti adeo in te ſunt.

Græci Quod cū ille cōſideraſſet:depoſuit iram: & eis reconciliatus ē.

Anus Anus uero paupcula cū rogaret:ut ſuā cām iudicaret: eēt𝞀 ſæpe īportunior.

Philippus rex Philippus ait ocioſum ſe nō eē.Tunc anus uociferās īqt:ac regē te noli.Ille aūt uerbū admiratus nō illā mō ſed alias quo𝞀 continuo audiuit.

Alexander a Lexander adhuc puer iis quæ ꝓſpe philippus multa ac p̄clare gereret:minime lætabatur:ſed ad ſodales conuerſus pueros dicebat ac mihi pater nihil relinquet.Reſpondentibus aūt pueris:ille tibi hæc cōparat. Verum qd prodeſt:inquit:ſi multa ſint nobis:cum agamus nihil

Olympiaci ludi Idem cū & læuitate corporis & pedū uelocitate plurimum ualeret:hortatus a patre ut in olympiacis ludis ſtadium curreret ait facerem id qdē

ſi cum regibus certamẽ mihi futurum. In multam uerò nòctem cũ ad Stadium
eũ puella:quo quieſceret:adducta foret:iterrogauit:quid tam ſero? Illa Puella
ãt rñdente: expectaui enim quoad uir cubare:grauiter i ſeruos animad- Serui
uertit:qm̃ quantum in illis fuerat:adulteriũ ſere perpetraſſet. Atqui cũ Adulterium
diis immortalibus largius odores ſacrificaret: leonides pedagogus quo Leonides
pñte perſæpe thus arriperet:ſic ait heus tu puer large odores:offeres:cum Epiſtola
regionis thurifere potiere. Eius igitur potius ad illum epiſtolam dedit. Thus
Miſi ad te thuris & caſiæ talenta:ne quæ minima ſunt:maximi facias i di Caſia
uinis rebus:utpote qui non ſis neſcius non pigmentiferi potitos ſoli.Item Talenta
cum granici prælium pugnaturus eẽt:macedonas hortabatur:affati cæ- Macedones
narent:ac omnia in medium ferrẽt peride ut ex hoſtium rebus poſtridie Perillus
cænaturi. Inſuper cum ex amicoꝝ numero perillus quidam dotem filia Talẽta.xlx.
rum gratia peteret:talẽta ut quinquaginta acciperet iuſſit.Eo autem di-
cẽte decem ſatis eſſe:tibi dixit accipere quidem ſatis eſt:at mihi dare ne-
quaquam ſatis. Quæſtori autem cum iuſſiſſet:ut Anaxarcho philoſo Quæſtor
pho quantum peteret daret:quæſtorq; dixiſſet:talenta centum eum pete Anaxarchus
re:pulchre iquit facit:nouit enĩ & amicum ſe habere:& eum quidem ami Philoſophus
cum:qui talia elargiri & poſſit & uelit. At cum mileti multas athletarũ Miletum
ſtatuas qui in olympiacis phytiiſq; ludis uictoriæ corona donati eſſent:i Athletæ
tueretur forſitã huiuſcemodi corpora tunc ait extiterunt:quando barba-
ri urbem ueſtram obſidebant. Et cum Ada regina carum abſonia at- Barbati
q; cruſtulas per artifices & coquos paratas magnifice ad eum ſemper mit Ada regina
tere delectaretur: inquit melioris ſibi eẽ obſonatores ad prandium quidẽ
nocturnum iter:ad cænam uero prãdii paucitatem. Omnibus autẽ ad
pugnam inſtructis cum prætores militum interrogaſſent:num ad hæc a
liud quicq̃ iubes? Nihil reſpondit:niſi ut barbæ macædonum radantur.
Parmonione uero admirante:an ignoras inquit captum in prælio nullũ
eſſe quam barbæ meliorem. Atq; cum a Dario ei talentum permulta Parmenio
millia darentur:& ut Aſiam ex æquo diuideret:diceretq; parmenio: equi Darius
dem acciperem:ſi Alexander eſſem. Et ego quoq; per Iouem inquit: ſi Aſia
parmenio eſſem. Dario autem reſpondit neq; terram duos ſoles: neque Alexander
Aſiam reges duos tolerare. Et cum ad arbelas aduerſus decies centena Iupiter
hominum millia de ſumma rerum acie dimicaturus foret:eum amici a- Darius
diere:qui milites accuſarent:quod intra tabernacula ſermones haberent. Aſia
ac paciſcerentur: ut nihil omnino ſpoliorum in regiam relaturi fo-
rent: ſed ſibi ipſis comparaturi.at ille ſubridens bona inquit nuncia-
tis omina: audio enim iis uiris uincendi non fugiendi conſultatio-
nes eſſe. ac permulti milites eum adeuntes rex aiebant fide: neque
hoſtium multitudinem pertimeſce:ipſum enim pedorẽ noſtrũ nõ pferrẽt Pedor

Inſtructo aũt exercitu cum militem quẽdam intueret̃:q̃ iaculum amẽta-
ret ex acie:ut inutilem expulit quippe qui tũc ĩſtrueret̃:cũ iam armis utẽ
Epiſtola dum eſſet. Epiſtolam uero quæ a mr̃e ad eum data ſecretas accuſatiões
Antipater in antipatrum atq̃ calũnias cõtineret:dum una cum epheſtione uti con-
ſueuerat:lectitaret:illum nõ amouit:ſed cum legiſſet:ſui quem eduxerat.
Hamnon a nulli illius ori gẽmam appoſuit.Idem ĩ hammõis templo cum iouis fili
us a ꝓpheta eſſet appellatus:haud ĩquit mirum oĩum.n. Iupiter natura
pater ẽ:ſuos aũt eos efficit:qui optimi ſunt.Sagiptæ aũt ictu in crure uul-
Cælicolæ neratus:ut eoꝝ multi cõcurriſſent:q̃ eum appellare deum cõſueſſent:læ-
Antipater ta hilariq̃ facie:hic q̃dem ſanguis ẽ ait ut uidetis:& cruor.Cælicolæ qua
Parſimonia lem diui miſere flentem. Quibuſdam uero ãtipatri parſimoniam tenui
tatemq̃ laudantibus:utpote q̃ dure auſtereq̃ degeret:extrinſecus inquit.
Antipater albis ẽ uulgaribuſq̃ ueſtibus:ĩtrinſecus uero purpureis ꝑſus.
Per hyemẽ uero ac frigus cum apud amicum epularetur eſſetq̃ & focus
paruus & paruũ ignis allatum:ut uel ligna uel thus ingereret iuſſit. Atq̃
Antepatrides cum Antipatrides formoſam pſaltriam duxiſſet ad cænam : facie in eius
Pſaltria amorem Alexander commotus Antipatriden rogauit:nunquid mulieris
amore teneretur.Id autem illo confitente o ſceleſte ait:non abduces con
tinuo e conuiuio mulierem.Item pythona:quem Euius tibicen amabat:
Caſſander cum uicaſſander ſuauitare uellet:idq̃ ægre ferentem Euium ĩtueret̃.Ale
xander:iracunde in caſſandrum exiliuit uociferans:ergo nec quẽq̃ ꝑ uos
amari licet.Cum eos autem macedonas qui aduerſa ualitudine labora-
rent:quiq̃ manci debiles inutileſq̃ eſſent:ad mare dimitteret:quidã oſtẽ
ſus ẽ:qui ſeſe inter ægrotos ſcripſerat:cum is tamen nequaq̃ ægrotaret. Is
igit̃ ubi coram adductus ac diligenter examinatus confeſſus eſt:eo ſe id
cauſæ inueniſſe quoniam amore Teleſippæ:quæ ad mare abiret:uæhem
Teleſippa ter cruciaretur:quæſiuit Alexander:qui cum de Teleſippa ſermo haben-
Alexander dus eſſet:uerum ubi didicit eam eẽ liberam:ꝑinde ait o Antigenes ſua-
deamus Teleſippe:nobiſcum ut maneat:nam liberæ mulieri uim afferre
Antigenes noſtrum non eſt.Quos autẽ græcos apud hoſtes merentes captiuos ege-
rat.Athenienſes quidem in pedicis cuſtodiri iuſſit:quoniam qui alimen-
tum ex publico haberent:ſtipendiis militarent. Theſſalos uero q̃d agrũ
Theſſali quem optimum poſſiderent:haud colerent.At thebanos dimiſit inquiẽs
quoniam ſolis hiſce neq̃ urbs neq̃ ager per nos reliquus eſt.Qui autem ĩ
Ludi ter ludos optime arcu uti uideret̃:diceret̃q̃ per anulum ſagiptam emitte
re:eum cum haberet captiuum:ut id oſtẽderet:iuſſit.Quod cum ille nol
Alexander let:iratus Alexander hominem imperauit intercmi.Ille uero cum ageret̃
ubi ad eos a quibus agebat̃:conuerſus diceret multos ſe dies ei rei nõ ſtu
duiſſe proptereaq̃ ne aberraret:timuiſſet:id poſteaquam Alexander au-

diſſet:& miratum eſſe & muneribus donatum hominem liberaſſe: quo-
niam occiſum iri ſe:quam indignum gloria uideri maluiſſet. Inſup cũ
Taxilles quidam rex unus indorum obuiam factus inuitaret alexandrũ — Taxilles
ne prælium ſecum uellet neq; bellum:quin potius ſiquidem minor eſſet
ut ſibi benefieri pateret':ſin ipſe præſtaret:ut benefaceret:rñdit. At ob
hoc ipſum pugnandum eſt:uter beneficus uictor euaſerit. At qui cum
de ſaxo indorum illo accepiſſet:quod perinde quaſi auibus inacceſſibile — Indi
ſit aornum appellatur ut locus quidem difficillimus captu eſſet:at qui il-
lum teneret meticuloſus:nũc inqt locus iſte facillimus captu ẽ. Prærerea
dit urbe capta. Atq; in ſicilia cum quis percunctaretur:cuius rei fiducia
Sicilia ad Carthaginem claſſe foret traiecturus:oſtenſis ei armatis exercitatiſq;
Carthago uiris trecētis & alta turri:quæ e mari eminebat. Nemo eſt horum ĩquit :
qui ſi ſuper hanc turrim aſcenderit:nō ſe ſi iuſſero:præcipitem iaciat.
Cum uero & agro potitus eſt:poſteaquam traieciſſet atq; hoſtium ca

ſtra concremaſſent:miſſaq; legatione Carthagineſes pepigiſſent ictis fœderibus tum bælluas tum nauis tum etiam pecunias datum ire: & quoniam ex italia adnauigaſſet Annibal ea fiducia ductos cōuentorum pœniteret:his auditis Scipio ait ne illis quidem uolētibus fœdera ſeruaturū ſeſe:ni talentum etiam quinq; millia ad ea priora ſoluerit: ꝓpterea quod Annibalem accerſiſſent. At ubi omnino uicti Carthaginenſes pro fœderibus ac pace legatos ad eum miſiſſent:qui uenerant illico abire iuſſit perinde ac non eos auditurus quam.L.Terentium adduxiſſent.Erat autem Romanus Terentius uir frugi & bonus:quem Carthaginenſes captiuum egerant. Qui ubi adductus eſt:eum iuxta ſe in prætorio ſedere ꝓ tribunali uoluit:& ita Carthaginenſibus reſponſum dedit:ac bellum ſoluit. Terentius autem eum triumphantem ſecutus eſt pilleatus tanquā donatus libertate. Atq; poſt eius mortem iis qui uenerant ad efferendum funus:mulſum miniſtrauit:quæq; alia ad ſepulturam attinebant: q̄ diligentiſſime curauit.Sed hæc poſtea. Rurſum cum Anthiochus poſteaquam romani aduerſus eum traieciſſent in Aſiam:pro ſoluendo bello ad Scipionem miſiſſet:prius inquit oportuit:non nūc cum & frænum & ſeſſorem ſuſceperis. Præterea cum ei pecuniæ a ſenatu ex ærario decretæ eſſent:neq; eo die quæſtores ærarium uellent aperire:ſe aperturum ait. Et enim per ſe clauſum eſſe:qui tam ingenti pecunia illud īpleſſet.

L.Terentius

Antiochus

Scipio

Quæſtores

At cum multa in eum crimina a Pætilio & Quinto coniicerentur apud populum:ait hoc ipſo die Carthanenſes cum Annibale a ſe uictos:quare coronatum ſeſe aſcenſurum capitolium. Qui autem uellet ſuffragia ferret aduerſus ſe iuſſit:quæ locutus capitolium aſcendit: populus uero ſecutus eſt accuſatoribus adhuc dicētibus relictis.

Pætilius

Quintus

Capitolium

t Itus quintus ita ſtatim ab initio fuit illuſtri fama:ut ante tribunatum: ante præturam : ante ædilitatem conſul deſignatus ſit. Is cum aduerſus philippum cum imperio miſſus eſſet cum illo in colloquium uenire auſus eſt. Philippo autem obſides petente: illum enim eſſe cum multis Romanis:ſe uero ſolum eſſe macædonibus. Tu enim reſpondit Quintius ſolum te feciſti : quoniam & amicos & cognatos occidiſti. Atq; ubi philippum acie uiciſſet: iuſſit in iſthmiis proclamari liberos ſe græcos dimitti ac ſui iuris. Atq quotquot romani Annibalis temporibus in captiuitatem acti apud græcos ſeruiebant : hos ſingulos redemptos denariis quingentis Quintio græci dedere dono:& illi in urbe triumphantem ſecuti ſunt pilleos capite gerētes ut iis mos eſt qui liberi facti fuerint. Atq; Achæos:quibus ī Zacynthio

Titus qntius

Philippus

rum inſulam exercitum ducere mens erat monuit:cauerent:ne quemad modum teſtudines protenſo capite extra peloponenſum diſcrimen adi- rent. Inſuper cum Anthiocus rex ingenti cum exercitu græciam pete- ret:cunctis perterritis cum ob militum multitudinem:tum ob armorum uarietatem. Huiuſmodi ad Achæos dictione eſt uſus. Ait enim cum chal cide apud hoſpitem cænaret:admiratum ſe multitudiem carnium at ho ſpitem reſpondiſſe eas omnis porcinas eē ſed condimentis modo appa- ratibuſq; differre. Proinde nec uos ait admiremini regias copias:cum ha ſtatos cataphractos & pæzeteros:hoc eſt pedeſtris ſocios:cumq; equeſtris ſagiptarios auditis. Nam hi omnes ſyri ſunt armis inuicem differentes. Philopœmeni quoq; prætori achæorum:qui multo equite & grauioris ar maturæ pedite abundaret:pecuniis uero indigeret:illudens aiebat. Philo poemeni & manus & crura eſſe:uentrem autem non eſſe. Et enim forma corporis Philopoemeni talis erat.

Antiochus rex
Græcia
Chalcis

g Aius domitius quem ſcipio maior in bello aduerſus Anthiochū apud lucium fratrem ſuis legationis uicibus fungi uoluit:cum hoſtium aciem eſſet conſpicatus:præfectis hortantibus ut ſtatī hoſtem adoriretur:horam nequaquam ſatis eſſe reſpondit:ut tot homi- num millibus trucidandis:impedimentiſq; rapiendis repetentes caſtra ſe ipſos curarent. Verum hoc in tempore cras factum ire congreſſuſq; poſtri die hoſtium quinquaginta millia ad internicionem redegit.

G. domitius
Scipio maior
Antiochus

p Vblius licinius conſul imperator uictus equeſtri prælio a perſe macedonum rege milites duo millia octingentos amiſit ꝑtim cæſos partim captos. Poſt prælium uero cum perſes & pro foe- deribus & pro pace oratores miſiſſet:uictus uictori iuſſit:ut & regnum & res omnis romanis cederet.

Xlx. millia ho- ſtium deſyde rata
P. licinius
Perſes

p Aulus æmylius ſecundum conſulatum petens repulſam habu it. Sed ubi imperitia & mollicia imperatorum bellum aduerſus perſen ac macedonas prolyxitatem accepit:& ob id conſulem illum declararunt:ait eis ſe gratias non habere:quoniam non eo eſſet im perator deſignatus:quod tam imperio ſibi quam illis imperatore opus fo ret. Cumq; domum e foro petiſſet:ac tertiam filiolam:quam lachrymā tem offenderat:quidploraret:interrogaſſet:atq; illa reſpondiſſet: quoniā perſes nobis mortuus eſt:erat aūt catellus ita nominatus:in bonam for- tunam ait o filia:omenq; arripio. Atq; cum multa in caſtris audaciam garrulitatemq; offendiſſet:quam imperatores ac rerum minime neceſſa riarum ſtudioſi induxiſſent:ut quieſcerent:ac ſolum gladios acuerent:iuſ ſit:ſibi enim reliqua curæ fore. Nocturnas autem excubias iuſſit ſine ha ſta & ſine enſe aſſeruarent:quo deſperantes: qui hoſtibus repugnarent:

Paulus æmi lius
Callide
perſes

Macedonia
Naſica

magis ſomnó reſiſterent. Et cum macedonia per locós ſaltuoſos inuaſiſſet:ac inſtructos hoſtes aſpexiſſet.Naſica enim eum hortante ut confeſtim illos adoriretur:facerem iſtud quidem:ſi tua mihi ait ætas eſſet.Veꝝ multa mihi experientia impedimento eſt:ut itinere fatigatus aduerſus inſtructam aciem dimicem.At ſuperato perſe cum ꝑ uictoria. epulum præberet:dicebat expertum peritumqꝫ exercitum maiori hoſtibus terrori eſſe ſuauiſſimumqꝫ amicis conuiuium præbere. Ad hæc cum perſes captus eſſet:ac in triumphum duci deprecaretur:hoc inquit in te eſt.Ita.n.poteſtatem ei dedit:ut ſe ipſe interimeret.Grandi autem ac propemodum infinita inuenta pecunia nihil ipſe accepit.At genero tuberoni philam argenteam ponderis librarum trium militiæ præmium dedit.Et hanc aiūt primam æmyliorum domum argenteam ſupellectilem ingreſſam.Præterea cum quattuor ei maſculinæ prolis filii eſſent:duos adoptioni aliis antea dediderat:reliqui duo qui domi erant:alter qui ānos quattuordecim natus quinto ante triumphum die:alter quinto itidem die poſt triumphū agens annum duobecimum:diem obiere.Cumqꝫ procedenti ipſi populus eius uicem condoleret:collugeretqꝫ:nunc ait patriæ ſe metu atqꝫ periculo eē liberatum:quando ſucceſſuum ſuorum inuidiam:quam ī familiam ſuam fortuna euomiſſet:pro oībus ulerit.

Cato ſenior

c Ato ſenior cum apud populum in prodigalitatem & immodicos ſumptus inuæheretur:inquit:quam difficile eſt habere ad uentrem orationem qui aures non babet.Mirari autem:ꝗ urbs illa ſeruaretur:ubi pluris ueniret piſcis quam bos. Item cum uxorum effrænatius petulantiuſqꝫ imperium aliquando repræhenderet:omnes:inquit:homines uxoribus dominantur nos uero cunctis hominibus:nobis autem uxores.Aiebat etiam male pro collato beneficio gratiam non recipere quam pro illata iniuria ſupplicium non ſubire :& iis ſemper omnibus qui delinquerent:prærerquam ſibi ueniam dare. Et cum magiſtratus ad delinquentis plectendos hortaretur:dicebat qui & poſſent:& non propulſarent iniuriam:eos lapidibus eſſe obruendos.Rurſus iis ſe iuuenibus magis dicebat delectari:qui rubeſcerent:quam qui palleſcerent:Dicebat etiam eum ſibi militem odio eſſe:qui ambulando manus:pugnando autem pedes moueret:ac ſterteret maius:quam inclamitaret.Atqꝫ peſſimum eum aiebat imperaiorem:qui ſibi ipſe:imperare non poſſet. Ad hæc maxime oportere exiſtimabat:ut quiſqꝫ ſui ipſius pudore teneretur: neminem enim unquam ab ſeſe ab eſſe. Inſuper cum plurimorum hominum erectas uideret ſtatuas:at malo de me inquit:homines queritent cur catonis ſtatua poſita non eſt:q̄ cur eſt poſita. Item quibus poteſtas eſſet:ut ea parce uterentur ortabatur:quo ſemper poteſtate liceret uti. Et

qui uirtuti honorem auferrent:eos dicebat iuuentuti honorem auferre. Idem neq; pro iuſtis rebus magiſtratum aut iudicem horandum eſſe dicebat neq; pro rebus iniuſtis exorandum. Iniuriam quoq; dicere ſolitus ē etiam ſi in ferentibus minus ſit:omnibus eē periculo. At ſenectuti multa cum adſunt turpia:ne uitii turpitudo adderetur hortabatur. Atq; iratum ab inſano arbitrabatur tempore differre. Item illis minime inuideri : qui fortuna manſuete modeſteq; uterentur. Non enim nobis ſed quæ nobis bona ſunt:inuident. Præterea qui eēt in ridiculis ſtudioſi : aiebat in ſeriis ridendos fore. Et pulchras actiones pulcherrimis quoq; actionibus dicebat eē occupandas:ne illarum gloria paulati deflueret. Corripiebat autē ciues:qui eoſdem ſemper ad magiſtratum deſignaſſent. Videbimini enim dicebat : exiſtimare aut non multi magiſtratum faciundum : aut non multos dignos eē:qui:magiſtratum gerant. Rurſum quia agros maritimos emiſſet eum ſibi admirationi eē ſimulabat tanq̄ mari ualētiorem. Nam quæ illud uix inundet:hic facile abſorbeat. Et cum cenſuram petens uideret alios:qui & rogarent:blandirenturq; multitudini clamabat ipſe indigere populum & ſeuero medico ac magna purgatione proinde non eum deſignandum eē:qui gratificaretur:ſed qui inexorabilem ſe præſtaret. Quæ cum diceret:cunctis in electione prælatus eſt. Item cum iuuentutem doceret audenter pugnandum:eē:dicebat & uerbo magis q̄ enſe & uoce magis quam manu plærūq; uerti & cōſternari hoſtes. Atqui cum bellum aduerſus eos gereret:qui ad betim flumen habitarent : magnoq; in diſcrimine propter hoſtium multitudinem poſitus eēt. uellentq; celtiberi ducentorum ſtipēdio talētorum auxilium ferre:romani uero nō ſinerent mercedem barbaris hominibus decerni:eos ait errare. Cum eīm uicerint:non ab ipſis mercedē:ſed ab hoſtibus exactam ſoluturos. Quod ſi uicti fuerit :neq; a quibus illa peteret̄:nec qui peterent futuros. Et cum plures cepiſſet urbes:ut ipſe ait diebus quibus inter hoſtes commoratus eſt:nihil ipſe plus cepit:q̄ quæ ex hoſtium agro comedit:ac bibit. Idem cū argenti libram uiriti diſtribuiſſet in milites:ait melius eē ut multi cum argento quam pauci cum auro ab militia reuerterent̄:magiſtratibus enim aliud nullum in ꝓuinciis quam gloriæ additamentum faciundum eſſe. Atq; ſeruos quinq; militiæ habebat horum unus cum tria captiua emiſſet corpora:neq; prius lacuiſſet Catonem:quam in conſpectum iſſet:hominem ſtrangulauit. Et rogatus a ſcipione africano:ut achæorum exulibus auxilio eēt:quo redirent in p̄rias:ſimulabat eam ſibi rem nulli curæ eē. At cum in ſenatu uerba plurima fierent:ſurgens tanquam nihil habeamus:inquit:quod nobis agendum ſit:ſedemus de græcis ſeniculis differētes:utrum a noſtris an ab achæorum pollinctoribus efferant̄. At cum po

Fortuna

Cenſura

Betis fl.
Celtiberi
Romani

Scipio africanus

Pollinctores

ſthumius labienus hiſtorias græce ſcripſiſſet:ac ueniam ab auditoribus peteret:ait illudens cato ueniam dandam eſſe:ſi coactus amphictionum decreto ſcripſit.

Poſtumius labienus
Cato

ſCipionem iuniorem ferunt annis quattuor & quinquaginta:qbus uixit:nihil emiſſe:nihil uendidiſſe:nihil ædificaſſe : libras autem argenti tris ac triginta duntaxat in magna ſubſtantia & auri duas reliquiſſe:cum tamen carthago in ipſius poteſtate fuiſſet : & unus omnium imperatorum milites locupletaſſet.Præterea polybii præceptum obſeruans ſtudebat non prius e foro abire:quam aliquem ex adeuntibus familiarem ſibi atq; amicum quouis pacto effeciſſet.Et cum iuuenis adhuc eſſet:tantam & fortitudinis & prudentiæ expectationem de ſe præſtitit:ut Cato ſenior de iis interrogatus qui ad carthaginem militarent:inter quos etiam erat Scipio:diceret ſolus is quidem ſapit ac uiget : ad hunc aūt umbra concedunt.Item cum romam ueniſſet ab exercitu : eum inuitabant:non quo illi gratificarentur:ſed quod per illum propedi em ac facile carthaginem capturi eſſent. Atq; cum murum ſuperaſſet: & carthaginenſes ex arce repugnarent:ne tu mare iſtud munies : id autem iacebat inter utroſq;:nec admodum erat profundum:dicente polybio atque conſulente:ut tribulos ſpargeret ferreos:aut tabulas ſtimulis perforatas iniiceret:ne tranſeuntes hoſtes aduerſus aggeres pugnarent: ridiculū eſſe ait:qui muros cepiſſent:& intra urbem eſſent:inde ita ſe gerere : quo aduerſus hoſtes non pugnarent.Et cum urbem græcis ſtatius oblationibuſq; ex ſicilia aduectis refertam inueniſſet:iuſſit per præconem:ut quæ præſentes urbium ciues ſua cognoſcerent:reportarent in patriam. Atqui rerum illarum neq; ſeruum:nec libertum ullum accepit.At ne emit quidem:cum & diriperent:& deprædarentur tamen oēs.Rurſum cum.G.lællio:quo & amiciſſimo & ſocio utebatur:conſulatum petenti ſuffragaret̃: pompium interrogauit:an etiam ipſe peteret conſulatum?erat autē pompius tibicinis filius:quo r̃ſpondente nequaquam petere:quin potius cum Lællius peteret:illius deſignandi gratia ſe quoq; comitia ambiturum crediderunt:& ita expectantes ab illo decepti ſunt:nunciabat̃ enim eum circuire foꝝ ac ciues dextera.blandiēdo apphendere. Quare aliis turbatis ſubridēs Scipio ſtulti inqt:ſumus:q quaſi nō homīes ſed deos īmortales ꝓcaturi ſimus:tm̄ terētes tēporis tibicinē expectamus.Rurſum cū Appius claudius eius cōpetitor ī cēſura eēt:ac diceret romāos oīs ab ſe nōmiatim ſalutari.Scipio qui omnes fere ignoraret:uera inquit narras:nam maiori curæ mihi fuit:ut a nemine ignorarer:quam ut multos noſſem.Hortabatur autem ciues : quando quidem aduerſum celtiberos bellum gerebant ut utroque militatum miſſo aut legato : aut tribuno militum ſumerent

Scipio iunior
Carthago
Polybius
Cato ſenior
Roma
Sicilia
G.lellius
Pompius
Lællius
Sipio
Appius claudius

utriuſque u'rtutis teſtes ac iudices bellatores ipſos. Inſuper cenſor de-
Placenta claratus adoleſcentē priuauit equo: quoniam ſumptuoſiore ĩ cœna quo
tempore Carthago oppugnabatur:placentā melle compoſitam quā ĩ ur
bis ſimilitudinem figurāqꝫ formarat:& hanc Carthaginem appellarat:cō
uiuiis propoſuit rapinæ:pcūctantiqꝫ adoleſcenti quam ob cām equum ſi
G.licinius bi abſtuliſſet:prior enim quam ego:Carthaginem ĩquit diripuiſti. Et
cum.G.licinium prætereūtem intueretur:ſcio hunc:ait:uirum peieraſſe.
At nequeo nemine accuſante & accuſator eē & iudex. Ad hæc cum a
Clytomachus ſenatu tertium miſſus eēt:cum urbium nationum regūqꝫ inſpector intue
retur:ut ait Clytomachus. Quis urbes homineſqꝫ animis qua lege tuē
Alexandria tur. Alexandriam uenit:cūqꝫ egreſſus nauim incederet:capite toga opto.
Alexandrini qui undiqꝫ ad eum uiſendum accurrerēt:rogabant: ut &
Scipio caput detegeret:atqꝫ cupientibus ſibi faciem oſtenderet.Quod cum is fe
Panætius ciſſet:ſtrepitu omnes ſunt ac plauſu ꝓſecuti. Et cum rex propter corpo
ris tarditatē atqꝫ molliciam uix ſequeretur:incedentis illos Scipio ſubmiſ
ſā uoce immurmurans ad panætium dixit: iam alicui alexandrinis no-
ſter aduentus fructui & uoluptati eſt:propter nos enim ambulantem re-
gem cōſpiciunt. Comitabatᷣ autem eum amicus unus panætius philo
ſophus & famuli qnqꝫ:quorum unus cum in ea peregrinatione uita de-
functus eſſet:aliam quoniam emere nollet:ex urbe accerſiuit. Rurſum
cum numantini uiderentᷣ inuicti:ac plæroſqꝫ imperatores ſuperaſſent:ſe
cūdum populus ad id bellum conſulem Scipionem declarauit. Et cum
multi in expeditionem irent:id ſenatus quoniam exhauriretur italia: ꝓ-
hibuit neqꝫ pecunias ex ærario ſumeret conceſſum eſt:ſed prouentus ue
ctigales quorum nondum tempus aderat: decreti ſunt. Ad Scipio nō
opus ſibi pecuniis eſſe dixit:ſuas enim atque amicorum ſatis ſuperqꝫ fo-
re. Sed de prohibitis militibus quæſtus eſt. Nam bellum graue & peri
culoſum eſſe. Si propter hoſtium fortitudinem totiens ſuperati ſunt:
quod aduerſum tales id geratur:ſin propter ignauiam ciuium: quod cū
talibus. Atqꝫ ubi in caſtra uenit:multamqꝫ & licētiam & luxuriam & ſu-
perſtitionem delitiaſqꝫ offendit:uates continuo & hariolos lenoneſqꝫ exe
git:imperauitqꝫ:uaſa cuncta dimitterent præter ollam ueru ac fictilem
calicem:argenteum uero poculum non maioris quam librarum duarū
ponderis pro arbitrio habendum permiſit lauari:etiam uetuit & unguen
tis quiſqꝫ ſe ip̄e fricaret iuſſit:ſumenta enim quoniam manibus carerēt al
terius fricatiōe indigere. Imperauit quoqꝫ:ut ſtātes crudū pranderēt ob-
ſonium:cænarent aūt diſcūbentes panē aut ſimplicem pultem & carnem
aſſam aut elyxam. Ipſe uero nigro fibulatus ſagulo exercitum circui-

bat:eiuſq̨ lugere dedecus aiebat. Atq̨ cum Mēmii cuiuſdam tribuni mi- Memmius
litum iumēta comprehendiſſet:quæ lapideas peluis & uitrea pocula de-
portarent:mihi inquit:ac patriæ triginta dies:tibi uero in oēm uitam cū
talis es:temetipſum inutilē feciſti. Et cum alius pulcherrime ornatū ſcu-
tum oſtētaret:heus inquit:adoleſcens ſcutum certe pulchrum ē:uerū de-
cet romanū uirum:in dextra potius ſpes ſuas quam ī ſiniſtra collocet. Itē
cum is qui uallum ſuſtuliſſet:uæhemēter ſe premi diceret:recte inquit:fi-
dis.n.magis huic ligno quam gladio. Et cum effrænatam hoſtium amen
tiam eēt intutus.dicebat tempore ſecuritatem emi. Nam boni impatoris
ſicuti medici officium eē:ut ferri curatione utatur ad poſtremum. Verum
tamē tempeſtiue adortus numantinos in fugam uertit. Cumq̨ uictos gra
uiter ſeniores ferrēt:exprobrantes:quid eos fugiſſent:quos totiens fugaſ
ſent:numantinum quēdam dixiſſe fertur:pecudes eaſdem quoq̨ nūc eē:
at paſtorem alium. Ad hæc ubi capta numantia ſecundum triumphaſſet G.gracchus
contentio ei pro ſenatu ac ſociis aduerſum. G. graccgum conſtituitur. Scipio
Quare turbatus populus in eum qui in tribunali eēt:tumultuabat᷑. Tūc
ait Scipio:nūquam nos legionum clamor uociferatioq̨ perterruit:ne dū
hominum confluctuatio atq̨ confuſio:quibus non matrem italiam ſed
potius nouercam eē ſcio. Et cum ab amicis gracchi ſublatus eēt clamor
de interficiundo tyrāno. Recte inquit:qui patriam oppugnant:me prius
uolunt de medio tollere:non enim romam caſuram putant ſcipione ſu- Roma
perſtite:neq̨ uicturum ſcipionem:ſi roma ceciderit.

c Aecilius metellus cū munitum caſtellum adoriri uellet:dixiſſetq̨ Cæcilius me-tellus
centurio:ſi modo decem uiros amiſerit:fore:ut caſtellum caperet:
rogauit Metellus:an uellet unus ex decem eē. Rurſum cum iunior qui-
dam tribuuus militum quæreret:quid facturus foret:ſi hanc: reſpondēt:
tunicham exiſtimarem mentis meæ conſciam eē:eam exutus in ignem
mitterem. Atq̨ ſcipionis mortem cui uiuo infenſus fuerat:tulit quammo
leſtiſſime:ac filiis iuſſit:ut ſubeuntes lectum tollerent dixitq̨ gratias ha-
bere ſe diis immortalibus:quod non eēt apud alios natus Scipio.

g Aius Marius ex obſcuro genere rempu. capeſſens ædilitatem am- Gaius marius
pliorem pollicitus eſt. Cūq̨ perſpicue aduertiſſet eodem ſe die de-
fecturum:ad minorem tranſiit:atq̨ illa quoq̨ fruſtratus non tamē futuꝝ
diffiſus eſt ſe romanoꝝ principem. Et cum utroq̨ in crure uarices patere Varices
tur:ſolutus crus medico execādum præbuit neq̨ ullo emiſſo ſuſpirio nec
contractis ſuperciliis ſectionem pertulit. At cum medicus trāſitum face-
ret ad alterum crus:noluit inquiens curationem eo dolore dignam non
eē. Inſuper cum Cluſius ſororis filius in eius ſecundo cōſulatu militi cui- Cluſius
dam præſtanti forma Trebonio nomine uim afferret:ab adoleſcente oc Trebonius

ciſus eſt Multiſq; Trebonium accuſantibus:is a ſe illum occiſum : qui in m̄ratu eēt:nō negauit:ſed necis cām dixit:ac probauit.Itaq; Marius quæ ꝓ præclaris militiæ facinoribus corona dari cōſueuerat:ferri ad ſe iuſſit : trebonioq; īpoſuit.Atq; cum aduerſum teutonas in ꝓximo caſtra poſuiſſet eo i loco q parū hēret aquæ:dicerentq; milites ſiti ſe affici:mōſtrato illis flumine:quod iuxta hoſtiū uallū deflueret:illinc uobis potus eſt iquit : emēdus ſanguine.Ii aūt duci ſe rogabant:donec i ſanguine ieſſet humor ac nōdum præſiti cōſtringeret᷑.Præterea camertiū uiros mille q egregia uirtute i bellis aduerſus cymbros extitiſſent:præter oēs leges ciuitate uniuerſos donauit.Quod qdem factū cū a nō nullis accuſaret᷑:aiebat uerba legū ꝓpter armoꝝ ſtrepitū exaudire nequiuiſſe.Et cū in bello ciuili foſſa circūdatus & obſeſſus occaſionem ac tempus opperiret᷑:dixiſſetq; Pompeius Silo:o Mari ſi magnus imperator es : deſcende in aciē :·proinde tu inquit ſi magnus es imperator : coge me uel inuitum in aciem deſcendere.

(Marius — Cymbri — Pompeius)

c Atullus lutatius cū i bello aduerſus cymbros ad Atiſonē flumen caſtra hēret:& romani qm̄ barbaros ad trāſitū niti ītuerent᷑: cederent ubi eos detinere nō poſſet:cōtendit ad p̄mum curſim abſcēdētium agmēne romani fugere hoſtes ſed imperatorē ſequi uiderētur.

(Catullus lutatius — Romani)

ſ Ylla cognomēto felix inter maximas ſuas felicitatis duas exiſtimabat:pii metelli amiciciā:& quod urbē athēarum non æquaſſet ſolo:ſed ſeruaſſet potius.

(Sylla — Pius metellus — Athenæ)

g Aius popilius ad Anthiocū legatus miſſus eſt cū epl'a a ſenatu: qua iuberet᷑ anthiochus:ut exercitū ex ægypto abduceret : nec ptolemæi filioꝝ q orphani eēnt:regnū occuparet.Popilium uero ꝑ caſtra aduenīētem cū emitius ātiochus q̄ humaniſſime ſalutaſſet:illæ nō ſeruata ſalutādi uice tabellas reddidit.Quibus lectis cū rex dixiſſet cōſultatuꝝ ſeſe datuꝝq; reſpōſum:popilius rege uirga i gyrum circūſcripto:hic ergo ſtās inqt:cōſulta:& rn̄de.Cūctis aūt uiri grauitatē atq; animi magnitudinē admirātibus ſtupētibuſq; & antiocho facturū ſe:aſſentiente quæ romani uellēt:ita popilius & ſalutauit eum:& complexus eſt.

(G.popilius)

l Vcullus i armenia cū decē millibus peditū & mille eqtum aduerſus Tigranē q cētū qnquagintamillia hoīum ī expeditiōe hēret:ꝑ die nonas octobres ꝓfectus ē.Quo die prius ſcipiōis copiæ a cymbris cōſumptæ ſunt.Quare eū qdā dixiſſet romanis illū diē nefaſtū eē atq; formidabilē.Igit᷑ pugnemus:inqt:hodie impigre:quo hūc quoq; romanis diē

(Lucullus — Armenia — Tigranes — Cymbri)

ex acro & triſti iucūdū hilarēq; reddamusſEt cū cataphractos maxime Romani
milites metuerēt:bono aīo eē iuſſit:futuꝝ.n.plus laboris ī illis ſpoliandis Catafracti mi-
q̄ uincēdis. Atq; cū collē primus aſcēdiſſet:barbaroꝝq; motū aſpexiſſet: lites
magna uoce:inqt:uicimus o cōmilitiones. Ac nemīe ſuſtinēte dū illos fu-
gat:romāos qnq; lœto īterceptos amiſit:hoſtes uero ſupra centum millia
occidit.

g Næum pompeiū æque romani amauerūt:atq; p̄rem oderāt. Is Gn.pompeius
cum puer admodum eēt:ſyllanæ ſe pti aſciuit:& cū neq; magi- Romani
ſtratu fungeret̃:neq; ſenator eēt: magnum ex Italia conflauit Italia
exercitū.Cumq; a ſylla accerſeret̃:negauit ſe ſine præda ac ſine cruore co Sylla
pias impatori oñſurum.Nec prius uenit:q̄ hoſtium duces pmultis præliis
uiciſſet. Idē cum a ſylla prætor ī ſiciliam miſſus accepit milites egreſſos Sicilia
ī itinere uim īferre:ac rapina uti:q alias palātes circūcurſarēt:ſupplicio af-
cit:ſed iis q a ſe miſſi eſſent:ad gladios gemmas addidit. Ad hæc ma-
mertinos q cōtrariam ptem ſecuti fuerant:poterat uniuerſos occidere.At
ſthenius factionis princeps cum dixiſſet eū nequaq̄ iuſte agere:q pro ſon Sthenius
te ī ſontes multos uocaret ad pœnam:hūc aūt ſeipſum eē:abs quo & ami
ci pſuaſi & inimici coacti res Marianas elegiſſent: admiratus pompeius Pompeius
ait ueniam dare mamertinis:q.ab eiuſmodi uiro eſſent pſuaſi:qui p̄riam Mamertini
ſaluti ſuæ uitæ anteferret:& cum urbē tum ēt ſthenium liberauit. Itē cū ī Africa.
africam aduerſum domitiū traieciſſet:& illo magna pugna ſupato a mi- Domitius
litibus eēt imperator ſalutatus:r̄ndit non ſe honorē illum admittere:q̄diu
hoſtium uallū ſtaret.Itaq; ſimul ēt cum imbri milites facto impetu caſtra
expugnarūt:ceperunt:depopulati ſunt. Cum aūt reuertiſſet:tum cæte-
ris eum honoribus prompto aīo uultuq; amiciſſimo ſyllā excepit:tum oī- Sylla
um primus magnum appellauit. At cum uellet triumphare: quoniam
nondum ſenator eſſet: nequaq̄ permiſit:q̄ ob rem cum pompeius dixiſ-
ſet ad circunſtantis ignorare ſyllam etiam plures orientem ſolem q̄ occi- Seruilius
dentem adorare:exclamauit ſylla triumphet. Ad ſeruilius uir ſenato-
rius & ſi grauiter rem ferebat:tamen cum plæriq; aduerſarentur triūpho
quippe qui largitiones aliquas expoſcerent:dixiſſetq; pompeius ſe potius
triumphum dimiſſurum q̄ blande illos allocuturum:nunc ait uero intue
ri ſe pompeium & magnum & triumpho dignum. Inſuper cum romæ
mos eſſet:quandocunq; militiæ munus pro legitimo tempore obiſſent:
æquum ad duumuiros:quos cenſores uocāt:in forū agerent:adnumera-
tiſq; militiæ muneribus quibuſq; imperatoribus ea geſta ſunt:aut lauda-
rentur pro meritis:aut uituperarentur.Pompeius cōſulē gerens ipſe equū
deduxit ad gellium & lentulū cēſores.Quibus ut mos ē pcunctātibus an Pompeius

omnia militaria munera obiſſet:omnia reſpondit:& me quidẽ imperató
re. Idem ſertorii ſcripturis in hiſpania potitus ĩter quas erant multorum
Sertorius
ducũ epiſtolæ:quibus ad perturbandam mutandamq; rempublicã. Ser-
Hiſpania
torium romam accerſebant:illas omnis cõcremauit facultatem quidem
iis præbens:ut mali ad ſanitatem redirent:ac meliores fierent. Præterea
cũ phrahates rex parthoꝝ p legatos eũ rogaſſet:ut termino eufrate utere
Phrahates rex
tur:qn potius romani:iqt:termino utent̃ aduerſus parthos iure ipſo.Rur
Eufrates
ſum cum.L.lucullus militia functus uoluptatibus ſeſe dediſſet:uiueretq;
Romani
ſumptuoſius:pompeium autem uituperaret:quoniam præter ætatẽ plæ-
Parthi
raq; ſibi gerenda appeteret magis:inquit:ſeni præter ætatẽ ẽ deliciis ope-
L.lucullus
ram dare q̃ impare. Et cum ipe aduerſa ualitudine laboraret:ut turdo
Pompeius
uеſceretur:medicus iuſſit. Illum ſui fruſtra quæſiuerũt:erat enim præter
anni tempus.Dixit quidam fore:ut apud lucullũ turdi:quem penes an-
num integrum nutriant̃:inuenirentur.Ergo inqt:ni lucullus ſtuderet de
litiis:uiuere pompeius non poſſet?Ac dimiſſo medico paratu facillimis
uilibuſq; cibis uſus eſt. Idem cum uæhemẽtiſſima annonæ caritudine
urbs p̃meret̃:uerbo quidem cui annonæ cura mandata eẽt: declaratus:
re aũt terræ ac maris ius habens in africam & ſardiniam ſiciliamq; naui-
gauit:collectaq; grandi frumẽti copia ad Vrbem maturabat.Magna ue-
ro tẽpeſtate orta gubernatoribuſq; perterritis ubi primus inſcẽdiſſet naui
& anchoram tolli iuſſiſſet:clamauit quod ad nauigationem cogeret nõ
ad uitam. Idem cum eius aduerſus cæſarem ſimultas ĩ aperto iam eẽt:
Cæſar
& Marcellinus unus ex iis qui a pompeio p̱ducti ad dignitatem fuerant
deinde mutato erga cæſarem aĩo multa ĩ ſenatu in pompeium loqueret̃
Non te pudet marcelline ĩquit:maledictis me onerare:per quem & e mu
to loquax factus es:& exuriem cum uomitu commutaſti? Et ad cato
Cato
nem grauius mordentem quoniam quã ſæpiſſime prædiceret potentiam
& auctoramẽtum cæſaris nequaq̃ reipu.bono cedere.reſpondit tua qui-
dem magis ad diuinationem accedũt:at mea ad amicitiam. Atq; cum
de ſe liberius loqueretur:ait omnem ſe magiſtratum & accepiſſe citius:q̃
expectaſſet & depoſuiſſe citius:q̃ eẽt expectatus. Ad hæc cum poſt cõſli
ctum pharſalicum in ægyptum fugiens ex triremi foret ĩ piſcatorium na
uigium:quod rex miſerat:tranſiturus:cõuerſus ad uxorem & filiũ aliud
nihil q̃ illud ſophoclis dixit:quiſquis tyrannum petit:is & ſi liber it: illius
eſt ſeruus. Cum uero tranſcendiſſet enſe percuſſus ſuſpirio ſemel emiſ
ſo nihil locutus ẽ:ſed uelato capite ſe ipm̃ tradidit.

Cicero
c Icero orator in nomen cauillatus & amicis ut id mutaret:hortã
tibus ait ciceronis nomen ſeſe facturum q̃ & catonum & catu-
lorum & ſcaurorum nomẽ illuſtrius. Et cũ argenteum poculũ

diis ĩmortalibus uotum ſoluiſſet:prima nõia litteris notauit:ſed ꝓ cicerõ Cicer
ne cicer incidit. At eos oratores qui altiore uoce uterent᷑:dicebat ꝑpter ĩ
firmitatem ĩ clamorem ueluti claudos in equum aſcẽdere. Et cũ uerres Verres
cuius filius corporis forma male uteretur: Ciceronẽ maledictis laceſſeret
ꝑide quaſi & mollẽ & cynædum criminaretur:ignoras:iq̄t:decere ĩtra fo-
res cõuitiis filios urgere. Rurſum cũ Metellus nepos ad eũ dixiſſet: plu- Metellus
ris teſtimonio tuo occidiſti:q̃ patrocinio ſeruaſti.Et enim plus mihi eſt:ĩ-
quit:fidei q̃ eloquẽtiæ. Interrogãte ẽt Metello quis ei pr̃ eſſet:hanc: ĩquit
reſponſionem difficiliorem effecit mater tua.Fuerat enim metelli mater ĩ
pudica.At Metellus ipſe & leuis erat:& ĩconſtans & libidinibus deditus.

Rurſus cũ Diodoto rhetoricoꝝ doctori uita defuncto lapideum coruũ Diodotus
metellus ipſe apposuiſſet:iuſtam ĩquit retributionẽ factã:uolãdi enĩ huic
nõ dicendi doctrinam tradidit:Atq; cum Vatiniũ hoiem & inimicum ſi- Vatinius
bi & ꝑditiſſimum prius audiſſet interiſſe:mox certior de eius uita factus
eẽt: male inq̄t ꝑeat:q male mentitus ẽ. Ad eũ quoq; q genere libys eẽt:
diceretq; nõ audire ipm dicentẽ:neq; tamen r̄ndit habes aurẽ non foratã

Caſtum aũt popillium:qui ſe iuriſperitum haberi uellet:cũ & rudis tñ &
obtuſus eẽt:ubi ad cõtrouerſiã quandã aduocaſſet teſtẽ:atq; ille dixiſſet
nihil ſcire:putas.n.ait:de iure fortaſſis ĩterrogari? Præterea cum hortenſi Hortenſius
us orator argenteã ſphĩga mercedẽ a uerre accepiſſet: cũq; obliq; quidã Verres
ac ſubdole cicerone ad eũ locuto:dixiſſet ſe enigmatũ ſoluendorũ ĩpitũ Cicero
eẽ.Attñ r̄ndit cicero ſphinx apud te ẽ.Et cũ uoconiũ cũ tribus filiabus de Sphinx
formoſiſſima facie obuiũ habuiſſet:ſubmiſſa uoce ad amicos dixit:phœ Fauſtus
bo haud oriẽte genuit hic pignora. Atq; cũ fauſtus ſylla puer ꝑpter æris Sylla
alieni ac fœnoꝝ magnitudinem ſuppellectilẽ ꝓſcripſiſſet:hanc ait: liben Pompeius
tius q̃ patris eius ꝓſcriptionẽ amplector.Pompeio aũt ac cæſare diſſiden Cæſar
tibus ait:quẽ fugiã:noui:ad quẽ fugiã:ignoro. Ac põpeiũ accuſabat: q
urbẽ deſeruiſſet:eẽtq; Themiſtoclẽ potius q̃ periclen imitatus:cũ res non Themiſtocles
illis ſed hiſce ſiľes eẽnt. Ad hæc cũ ueniſſet ad põpeiũ:ac rurſus ueniſſe Pericles
pœniteret:ab eo iterrogatus ubi piſonẽ generũ reliq̄ſſet:apud tuũ : ĩquit: Piſo
ſoceꝝ. Et cũ quidã ad Pompeiũ a Cæſare trãſfugiſſet:diceretq; præ cele-
ritate atq; alacritate equum reliq̄ſſe:melius ĩquit eũ de equo cõſuluiſſe.
Item ad eũ qui nũciabat cæſaris amicos triſtis eẽ:narras iq̄t:eos eẽ cæſarẽ
exoſos:ab eoq; diſſentire. Cum aũt poſt pharſalicũ præliũ pompeio fu-
giente Nonius quiſpiam dixiſſet adhuc aquilas ſeptem apud ipſos eẽ:& Nonius
ob id ut bono aio eẽnt hortaretur.Recte inquit moneres:ſi cum graculis
nobis pugnãdũ foret. Et cũ potitus uictoria cæſar ꝓſtratas põpeii ima- Cæſar
gines honorifice erexiſſet:ea de re loq̄ns cicero ait:cæſar in erigendis põ- Cicero
peii ſtatuis ſuas firmat. Adeo aũt quod pulchre ſciteq; diceretur: pluri-

t

mi faciebat:& ita ad id operã ſuam uæhemẽter accõmodabat:ut cum ei cõtrouerſia eẽt apud centum uiros cõſtituta:& inſtante die ab Eronte ſer uo nũciatum foret in diem poſterum controuerſiam reiectam:eum liber tate donauerit.

G.Cæſar Sylla g Aius Cæſar cũ Syllam fugeret adhuc adoleſcẽs in prædones in cidit:& cum primũ magna uis argẽti ab eo peteret᷑: prædones deriſit tãq̃ eius:quẽ haberẽt:ignaros ac duplum ſe datuꝝ ꝓmi ſit.Deide aſſeruatus donec pecũias cogeret:ut & dormiẽti ſibi qeti eẽnt: ſilẽtiũq; pſtarẽt:ipabat.q̃s ãt orões poemataq; ſcribet eis legebat:& q mi nus uæhemẽt᷑ ea laudaſſẽt fatuos ac barbaros appellabat Ac p riſũ eos ſu ſpẽſuꝝ ſeiabat᷑ id qđ ẽt paulopoſt effecit.nã cũ poſt aduectũ ſui redimẽdi pciũ libatus & uiros & nauigia ex aſia cõgregaſſet: tũ cõphendit pdones

Aſia Catulus tũ etiam affixit cruci. Inſup cũ romæ pontificatum peteret: haberetque eius rei æmulũ atq; competitorem catulũ:qui romanis reliquis dignitate præſtabat:a matre ad fores deductus hodie inquit:mater uel põtificem fi lium uel exulem habebis.

Clodius Atq; pompeiam uxorẽ:qm̃ eẽt de clodio infa mata:repudiauit:deide clodio eã ob rem in iudiciũ acto teſtis adductus nihil neq̃ de uxore locutus ẽ.Accuſatore aũt iterrogante qd igit᷑ eã eieci ſti?qm̃:inquit:decet uxorẽ cæſaris calũnia ẽt uacare.

Darius Præterea cum Ale xandri res geſtas legeret:colachrymauit:dixitq; ad amicos: is cũ hac eẽt ætate:Darium uicit:mihi uero in hãc uſq; diem geſtum ẽ nihil. Et cum i alpibus ſterile inopſq; oppidulũ præteriret:amicis quærentibus an etiã hic ſeditiones aliquæ cõtẽtioneſq; de principatu eẽnt:ſubdubius cogita bũduſq; malim:inquit:hic primus eẽ q̃ Rome ſecũdus. Fortiſſimorum aũt facinoꝝ ea obeũda eẽ dicebat quæ & periculoſiſſima maximaq; eẽnt uerũ haud cõſultanda.

Gallia Rubicon flu. Metellus Et cũ ex gallia prouincia aduerſus põpeium ru bicona flumẽ trãſiret:ait:iacta ſit oĩs alea. Item cum ad mare pompeius fugiſſet roma:ac metellus q ærario præſideret:cæſarem a capiũda pecu nia ꝓhiberet:ærariũq; occluſiſſet:ei mortẽ minatus ẽ. At Metello perter rito hoc:iqt:adoleſcens difficilius erat dictu mihi q̃ factu.

Dyrrachium Brunduſium Ad hæc cum ſerius dyrrachiũ ad eum milites aduæherent᷑ a brũduſio clam oibus na uigium paruũ igreſſus traiicere pellagus aggreditur.Fluctuante aũt na uigio ubi ſeſe gubernatori manifeſtaſſet:clamauit:crede fortunæ certior factus cæſarem abs te uæhi.Et tunc quidem uæhemẽtior tẽpeſtas inſur gẽs ei impedimẽto fuit. Atqui milites cõcurſu facto magna cum aiorũ ægritudine quærebantur:q; uires alias expectaret:quaſi ipſis diffideret.

Pompeius Cæſar Sed poſteaq̃ pugna facta uictor pompeius nõ ẽ uſus uictoria:ſed ĩ ca ſtra rediit:erat inquit:uictoria apud hoſtes:ſed uincẽdi gnarum non hñt Rurſum cũ ad pharſalũ inſtructam aciem locis ſuis ſtare:hoſteſq; recipe

pōpeius iuſſiſſet:eum erraſſe cæſar dicebat ꝙ illam militum aĩ ex curſu ĩ
citationē illã uim:illam pugnãdi alacritatē naturaliter ĩnatam debilitaſ
ſet. Atqꝫ cū primo ipetu facillimeqꝫ pharnaca pōticum uiciſſet ad ami-
cos ſcripſit:ueni:uidi:uici. Præterea ubi pōpeiani ĩ libya ĩ fugã uerſi ſu-
patiqꝫ ſunt:ac ſeſe cato interemit:ĩuideo tibi:ait:Cato mortis tuæ: & eim
tu mihi ſalutis tuæ inuidiſti. Rurſum cū a quibuſdam hortaret:ut An- Cato
toniū atqꝫ dolobellã:de qbus male opinabant:ſibi caueret:rñdit nō hos Antonius
ſibi rubicundos & pĩguis timori eē ſed gracilis illos ac pallidos bruto caſ Dolobella
ſioqꝫ oñſis. Et cū inter cænandū ortus eēt de morte ſermo:quæ nam fo- Brutus
ret optima:inopinata rñdit. Caſſius

c Aeſar q primus eſt auguſtus cognominatus:cū adhuc eēt ado- Cæſar augu-
leſcēs: ab Antonio repetiuit duomillia qngēta ſex tertiū: quæ & ſtus
primi cæſaris ĩterfecti ædibus antonius ad domū ſuã trãſtuliſſet
uolebat eñi romanis ſoluere quos cæſar legauerat uiritĩ:nūmos quinque
ac.ſeptuaginta. At cū Antonius pecunias hrēt:& illū moneret:ut ab iis re-
petūdis deſiſteret:ſi ſanus eēt:pr̃na bona ꝓclamauit:ac uēdidit:largitionē
ꝙ pſoluit. Qua ex re & ſibi beniuolentia apud ciues cōpauit:& ĩ illū odiū
cōcitauit. Atqꝫ cum Rhœmetalces rex thracum qui ab Antonio ad eū
trãſierat:nō moderatum ſe ac demiſſum ĩ cōuiuiis ſed petulãtē odioſum Rhœmetalces
ꝙ pſtaret ſocietatē ex ꝓbrãs:ꝓprio cuidã alioꝝ regū ait cæſar:ego ꝓditio
nē amo:ſed ꝓditores nō laudo. Itē Alexãdrinis poſt captiuitatē extrema
ſe mala paſſuros opinantibus ubi cæſar ſuggeſtū aſcēdiſſet. Ario alexan
drino corã cōſtituto ait:ſe Vrbi ignoſcere primū pp eius & magnitudinē
& decorē:dein ob cōditorē Alexandrū:demū uero pp ariū amicum. Idē Arius
cū accepiſſet erota q ægyptiacas res gereret:emiſſe coturnicē : quæ cæte-
ras oĩs pugna ſuparet:eētqꝫ ipſa inuicta:& eã aſſam deglutiſſe:eo acceſi
to atqꝫ agitata quæſtione nauis malo hoiem:ubi rē cōfeſſus ē:iuſſit affigi
Ac Siciliæ ꝓ theodoro ariū præfecit:libello aūt ſibi a quopiã reddito ubi Sicilia
ſcriptū erat:caluus theodorus tarſeus fur erat:quid tibi uidet? cæſar ſcrip
ſit uidet. A mecœnate aūt ſodali ſingulis dono ãnis phialã ĩ nataliciis
accipiebat. Athenodoro ēt philoſopho ut domū dimitteret ob ſeniū p-
cati cōceſſit:ſed cū ĩ ſe ſalutãdo & ĩ extrēo abeūdi gratificãdiqꝫ officio A- Athenodorus
thenodorus dixiſſet:cū ira te cæſar cepit:nihil ꝓus neqꝫ dixeris nec feceris Cæſar
ꝗ ipas qtuor ac.xx.lr̃as tecū ipe pcurreris:eo mãu apphēſo adhuc:ĩqt tua
mihi pñtia opus ē ipmqꝫ annū totū detinuit:ĩqēs eē taciturnitatis quoqꝫ
nūerationē tutiſſimã. Inſup cū audiſſet alexãdꝝ ubi duos ac. xxx. natus
ãnos maximã orƀ ptē ſubegiſſet:admodū dubitaſſe qd ĩliquū tp̃s fcūrus Alexãder
eēt miratus ē qd ñ maius opus Alex. exiſtiaſſet iſtituere ptū ipiū ꝗ magnū
ꝯpaſſe. Et cū ꝺ adultis legē tuliſſet:ꝗ ſixerat:quo pacto rei iudicãdi ac de



Biblioteka Główna w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

præhenſi puniendi eſſent deide ira lapſus adoleſcẽtem:qui de Iulia eius
filia eſſet inſimulatus:pcuteret manibus:cumq; ille reclamaret legem tu-
liſti o cæſar:ita pœnitentia ductus eſt:ut diem illum cænam omiſerit.Rur
ſum cum gaium ex filia nepotẽ in armeniam mitteret:optabat ab diis i-
mortalibus:ut pompeii beniuolentia & audentia alexandri ac ſua ipſius
Tiberius
deinceps fortuna illi contingeret.Atq; eum ſe romanis imperii ſucceſſo-
rem dicebat relicturum:qui nunq̃ bis eadem de re conſultaſſet de Tibe-
rio loquens.Item cum iuuenes illos:q in cõſultatione tumultuarent̃:inſti
tuere uellet:nec attenderent:ſed turbulẽtius potius clamarẽt. Audite in-
quit iuuenes ſenem:quem iuuenẽ ſenes audiebãt.Præterea cum atheniẽ
Aegina
ſium populus quippiam aduerſus eum deliqſſet:ſcripſit ex ægina putare
ſe ſuam illis iram obſcuram non eſſe:nõ.n.æginæ hyematurum ſeſe : ali
Eurycles
ud uero his nihil neq; dixit:neq; fecit.Ad hæc cum unus ex euryclis accu
ſatoribus temere atq; petulanter libertate dicendi ad conuicium uteret̃:
Cæſar
ac inſolentius efferret̃:huiuſmodi quiddam locutus eſt : ſi hæc tibi cæſar
Thucydides
aud uident̃ magna:iube is mihi reddat ſeptimum Thucydidis uolumẽ.
Quare cæſar iratus eum abigendum iuſſit:ſed cum didiciſſet ex poſteris
braſidæ hunc eſſe reliquum:hominem accerſiuit : caſtigatumq; modice
piſo
dimiſit.At cum Piſo ædes a fundamentis ad totum uſq; tectum accura-
Roma
tiſſime ædificaret:bono me animo lætoq; inquit facis:qui ita ædificas: tã
quam perpetua roma futura ſit.

FINIS.

Plutarchi cheronenſis Apophthegmata ad Traianum Cæſarem explici-
unt feliciter ab eodem Franciſco phileifo equite aurato laureatoq; poeta
quãdiligentiſſime & reuiſa & emendata.

FRANCISCI philelſi præfatio ad Nicolaum quintum põſificem maxi-
mum in Plutarchi cheronenſis apophthegmata laconica.

Nicolaus quintus pontifex

q VoD E TE MAGIS Nicolae quinte dies ac noctes me-
cum ipſe cogito:eo benignus noſtro ſæculo immortalem
deum conſuluiſſe arbitror:qui ut res omnis humanas in
Prouidentia
credibili curat moderaturq; prouidentia:eum te uniuer-
ſæ chriſtianæ eccleſiæ pontiſicem praeſſe uoluerit:in cu-
ius mirabili uirtute ſummaq; ſapientia ſuam ſpem oẽm
doctiões & boni uiri poſitam eſſe conſtitutamq; intelligant. Haud eim
uitio naturæ fieri puto:ut magis alia quam alia ætate minor ſit hominũ
doctiſſimorum & eloquentium numerus.Si enim in diuina quam uocãt

eſſentia nihil eſt:quod minus oī parte pfectum ſit:perfectā quoq; eſſe ho minum naturā quā ipſe creauit deus omnipotens:dubitare quis debet? Itaq; eandem ſemp ineſſe humano in genere uim igenii & interiorē mētis agilitatem quā græci ενεργειαν energiam nominant:ad egregiū qđ q; obeundum atq; præclaꝝ opus plane credendum ē. At fit neſcio quo deprauato hominum more:ut niſi pulcherrimis quibuſdam præmiis ho noribuſue propoſitis nulli uirtuti laudi nulli opera det᷑:eaq; ſolum floreſcāt ſtudia:quibus ſeſe hoīes ī præcio magis fore opinentur.Quare quod bonum ſit ꝑpter ſe expetendum:id haud honore aut emolumēto metiūtur. Et certe pauciſſimi admodum ſunt:qui uirtutem ullam uirtutis ſequantur ſtudio.Itaq; eo maior ē laus tua pater beatiſſime eo admirabilior eo diuinior:quod tuas uigilias oīs curas oīs labores omnis ad uirtutē ſemp deumq; rettuleris nullā tibi proponēs inanem gloriam nullam mūdi huius utilitatem. Quibus tuis optimis cogitatibus & laudatiſſimis īſtitutis factum eſt diuina benignitate:ut neq; petens neq; cogitans p oēs deinceps dignitatis gradus ad ſummum maieſtatis faſtigium ſis euectus Sedes tu quidem unus inter mortales ī diuinæ altitudinis ſolio:chriſti optimi maximi uicem geris ī terra humani generis ſaluatorem cum auctoritate & gratia:tum per illius uitæ ſimilitudinem omnibus repræſentas. Te ſibi omnes ante oculos ponunt:& qui uirtutem propter uirtutem colunt:& qui eam commodis ſuis definiūt.Quam ob rem boni omnes undiq; ad te ueniunt.Quiſquis aut īgenio aut eloquentia aut elegātiore ulla diſciplina excellit:ad te confluit.Tu uero ut es animo ingenti ac benefico:negligis neminem:omnes libenter admittis. Te in omnes beneficētiſſimum præſtas.Qua tua tanta facilitate liberalitateq; naturæ fieri uidemus:ut iā ueluti excitatis nōnulloꝝ īgeniis q̄ obdormierāt & īdocti doctrinā adamare īcipiāt:& docti fiāt quottidie doctiores.nāꝑdes tu qdē oībꝫ & exēplo uitæ:& donādi magnificentia. Nō igit᷑ nō poſſum eos oēs qui ullum uel bonitatis uel diſciplinæ ſimulacrum præſe ferunt: accuſatione dignos exiſtimare:ſi minus perſæpe aliquos īgenii ſui fructus tibi ꝓ ſua quaſi uillicatione reddiderunt:ut intelligas operam tuam in tam illuſtri bene ficiendi munere nō eē omnino fruſtra.Qua rōne cum ipſe quoq; me tibi debere plurimum cenſerem uel pro ea qua in me nuper cū Neapolin petens romam diuertiſſem:pulcherrima beneficentia uſus es:aliqua ſtudiorum meorum monimenta tuæ beatitudini referre uolui. Nā cum mihi tempeſtiue e græco in latinum conuerſa eēnt Plutarchi cheronēſis laconica apophthegmata quæ a noſtris tum dicteria tum dicta nominantur:ea uiſa ſunt non indigna:quæ ſanctiſſimo tuo nomini dicarē em ſane non admodum magnam ſi uolumen ipm cōſideretur:pulchrā

ενεργεια
Energia

Neapolis
Roma
Beneficentia
Plutarchus
Apophthegmata laconica

Oratio

tamē & uiris doctis in primiſq; eloquentiæ ſtudioſis non iutilem. Oratio enim quæ huiuſmodi ſentētiarum argutia exemplorūq; grauitate ac lepore referta fuerit: nō poteſt omnibus non placere. Etenim duo a plutarcho libri qui ſcilicet extent: de huiuſmodi dictis: non iiſdem temporibus ſcripti ſunt alter ad Traianum cæſarem: quem ipſi iāpridem iterpræ tati illius præſtantiſſimi principis Philippi Mariæ Angli nomine inſigniuimus: & hic alter: quem tuo ueluti munere & cognoſci a latinis: & haberi uoluimus. Non multo autem poſt ut ſpero: maiores a nobis aliquæ lucubrationes & fortaſſis etiam gratiores ad te ibunt. Vale pr̄ beatiſſime.

Traianus cæſar

Philippus Maria anglus

## PLVTARCHI CHERONENSIS Apophthegmata Laconica.

Agaſicles rex

a GASICLES REX LACEdæmoniorum admirante quōdam Philophanen ſophiſtam ab ipſo non admitti præſertim cum is diſcendi deſiderio teneretur: opus inquit: eſt mihi horum eē diſcipulo: quorum ſum etiam filius. Ad illum uero qui dixiſſet: quonam pacto ſine ſpiculatoribus tuto imperare quis poſſit: ſi ita reſpondit ſuis imperarit: ſicuti patres filiis

Ageſilaus

a Geſilaus ille magnus cum eſſet aliquādo conuiuii princeps ſorte conſtitutus: interrogatus a pincerna quantum cuiq; afferret. Si multum ait uini paratum ē: quantum quiſq; petierit: ſin autē parum: ex æquo omnibus dato. Et cum latro quidam tolerāter perferret quæſtiones: ut improbus admodum inquit homo flatioſis turpibuſq; in rebus patientiam cōſtantiamq; definit. At cum laudaret quidā oratorem: quod res paruas quāuæhementiſſime augeret: equidem ait: cerdonem illum minime bonum duco: qui paruo pedi magna calciamenta induit. Præterea cum quiſpiam aliquando ad eū diceret: promiſiſti: idemq; ſæpius loqueretur: ita me hercule promiſi: inquit: ſi iſtud quidem eſt iniuſtum. Sin autem iniuſtum: locutus ſum: non promiſi. Cumq; idem ſubdidiſſet: uerumtamen decet reges: quicquid capite annuerint: perficere: non reges magis reſpondit: quam illos qui reges adeūt: petere iuſta decet: & ita loqui: ut & quod tempeſtiuum ſit: & quod regibus accommodatum conſentaneumq;: conſiderent. Ad hæc cum uituperātes aliquos laudantiſue audiret: non minus eorum qui dicerent: quā de quibus dicerent: perdiſcendos mores arbitrabatur. Et cum puer adhuc paleſtricis puerorum ludis in obſcurum locum a chori magiſtro conſtitueretur: obtemperauit quamuis eſſet rex declaratus. Inquiens tu quidem ut libet facito: oſtendam enim non locis uiros: ſed uiris locos honoratos reddi.

Latro

De promiſſis

Idem cum medicus quidam difficiliorem curationem & eam minime ſimplicem imperaret: per geminos ait: nō omnino mihi propoſita uita ē: neq; ſi bona etiam omnia reciperem. At qui præfectus aliquando aræ chalcidicæ butytarum mineruæ cum a pediculo morderetur: nō ſe auertit: ſed eo ī omnium conſpectu compræhenſo atq; interfecto addidit per immortales deos libenter inſidiatorem interficio uel in ara. Rurſum cū alio tempore puellum intueretur: qui ex oſtio murem traheret: ubi mus ī eum conuerſus detinentis manum momordiſſet: fugiſſetq; : aſtantibus oſtenſo mure. Quando illud minimum inquit animal ſic eos excipiat: a quibus iniuriam patitur: quid uiris faciendum ſit: conſiderate. Volēs etiam bellum aduerſus perſas uæhementius aggredi: quo græcos Aſiam incolentis liberaret: oraculum iouis dodonæi conſuluit. Illo uero militādum eſſe iubente oraculum ephoris rettulit: qui cum iuſſiſſent Ageſilaū etiam delphos petere: & eiſdem de rebus numen conſulere: profectus ad uaticinium ita interrogauit. Apollo uideturne tibi quod etiā patri tuo Apolline uero comprobante lectus imperator ita expeditiones duxit. Ageſilaus rex

Cum initio Tiſſaphernes cum Ageſilao fœdera metu percuſſiſſet regē græcas ei ciuitates liberas dimiſſurum: deīde accerſito permagno a rege exercitu bellum ei indixiſſet: ubi minus abiret ex aſia: libenter tranſgreſſionem illam peierationemq; ſuſcipiens exercitum mouit perinde quaſi in cariam proceſſurus: ubi cum Tiſſaphernes copias cogeret. Ageſilaus ſoluēs in phrygiam impetum fecit. Ibiq; quamplurimis captis urbibus grādiq; pecunia dixit amicis: frangere fœdera impium quidem eſt. At hoſtium cogitatus fallere non modo iuſtum eſt & glorioſum uerum etiā tum iucundum tum perutile. Equitatu autem dimminuto epheſum cōceſſit: pronunciauitq; opulentis ſi ſe militia ſolutos uellent: equum ꝑ ſeſe quiſq; uirumq; præberent. Quare ſtatim pro timidis & diuitibus tum equi tum uiri idonei congregati ſunt. Itaq; dicebat imitari ſe Agamemnona. Illum enim cum equam bonam accepiſſet: ignauum diuitemq; uirum militia liberaſſe. Cum uero iuſſiſſet captiuos nudos: uenire uenderētq; huiuſmodi prædæ uēditores & ueſtis quidem emptores ꝑmulti eſſent at corpora qm̄ alba & omnino mollia ob delitias ociaq; ꝯerāt: ea ſane tanq̄ inutilia: nulliuſq; præcii deriderēt: aſtās Ageſilaus hæc ſunt: īquit pro quibus pugnatis: iſti aūt quibus cū pugnetis. Et cū Tiſſaphernen ī fugam in lydia uertiſſet pluribus deletis: in agrum regium incurſionem facit. At rex ubi pecuniis ante ad eū miſſis Ageſilaū de belli ſolutiōe rogaret: rñdit is pacis ius penes ciuitatē eē: lætari aūt magis locupletādis militibus q̄ ſeipō. Ad hæc pulcherrimū ducere nō mūera græcos ab hoſtilibꝰ cape: ſed ſpolia potius ꝑdāq; pare. Inſuꝑ cum Megabates ſpithridatis

Apollo
Tiſſaphernes
Agramemnon

ceretur:propter tempora inquit:non quemadmodum uos eſtis ob uſum ipſoꝝ uitium. Ad eum uero qui interrogabat:quoniam quis pacto maxime præſentia bona tueat̃.reſpondit:ſi nõ omnia fortunæ crediderit.Interrogatus quoqꝫ quid maxime liberis pueris diſcendum eſſet:ea ĩquit: quæque ſint eis cum in uiros uenerint:profutura.Idem ꝑcunctante quopiam quam ob cauſam minimo ſpartiatæ potu uterent̃:ĩquit:ne pro nobis alii ſed pro aliis ipſi conſultemus.

l Eotychidas ariſtonis filius cum quis dixiſſet demarati familiares in eum male dicere:ꝑ deos inquit nequaquam miror.Nam bene dicere nemo iſtorum poſſit.Ad propinquiorem autẽ portam cum draco eſſet claui aduolutus:uateſqꝫ prodigium eſſe affirmarẽt: minime id mihi quidem uidetur:inquit. At ſi clauis draconi eſſet aduoluta:prodigium foret.Et ad Philippum tenebrarum myſteriorum cultorem qui uæhementiſſima mendicitate premeret̃:ac diceret tamen fore: ut ii qui apud ſe diſciplinæ myſticæ operam dediſſent:felicitatem poſt mortẽ conſequerentur.Quidnam ergo ait:o fatue non quamprimum moreris: quo a miſeriæ flætu paupertatiſqꝫ quieſcas?Cum quis autem eſſet ꝑcunctatus:quur hoſtium arma diis immortalibus nõ offerrẽt:quoniam ĩquit quæ ob poſſeſſorum timiditatem uenati ſumus:nec a iuuentute uideri nec diis offerri decet. Leotychidas

Eon eurycratidæ filius interrogatus quam quis urbem habitãs
l tuto habitarit:ubi inquit neqꝫ plura incolentes poſſidebunt neque pauciora:& ubi ius firmitatem roburqꝫ accipiet:iniuria uero infirmitatem ac imbecillitatem.Atqꝫ in olympia cum curſores intueretur:qui ut emitterẽtur feſtinarent:idqꝫ quo plus lucri aſſequerentur:quanto ait magis pro uelocitate quam pro iuſticia curſores ſtudent.Idem cum quis de rebus haud inutilibus uerba feciſſet ĩtempeſtiue Nõ opportune hoſpes inquit:opportuno uteris. Leon

l Eonidas anaxandridæ filius & cleomenis frater ad quendam q̃ dixiſſet:præter regiam dignitatem alio nihil nobis præſtas:at ni uobĩ inquit:melior extitiſſem:dignitatem regiam adeptus non eſſem:Et cum uxor gorgo ꝑcunctaretur:quo tempore ad thermophylas cum perſis pugnaturus egrediebatur:ſi quid ſibi præciperet:inquit:ut & bonis nubas & bona parias pignora.Dicentibus autem ephoris eum paucos ſecum ducere ad thermophylas:haud ĩquit:paucos ad quod ꝓficiſcimur negotiũ. Iterum cum ii dixiſſent:nunquid aliud facere decreuiſti?quid nam ĩquit: aliud quam barbaroꝝ tranſitus uerbo impediturus:re uero pro græcis ĩteriturus?Atqui in thermophylis cum iam eẽt:ait ad commilitones:dicũt barbarum in ꝓximo eſſe quare tempus nõ eſt terẽdum.Iam.n.aut uinci Leonidas Gorgo Thermophyle

a nobis barbaros aut nos mori libet.Et quopiam dicēte a barbaroꝝ ſagi-
ptarum ictibus neqꝫ ſolē ipſum ītueri licere:ꝓpterea īquit eo id gratius:
quod ſub umbram cum iis pugnabimus.Idē cum alius dixiſſet:adſunt ꝓ
pe nos: ergo inquit nos quoque prope illos adſumus. Ad hæc cum
quis dixiſſet o leonida aduerſus multos cum paucis dimicaturus ades.
Si me inquit multitudini fidere exiſtimatis: ne omnis quidem græcia
ſatis eſt:breuis enim pars eſt pro illorum multitudine: ſin autem uirtuti-
Epiſtola bus uel hic numerus ſatis ē.Alio uero eadē dicēte:attamē īquit mľtos me
Epiſtola cum traho ut morituros.Præterea cū xerxes ſcripſiſſet.Licet tibi ubi mecū
inſtrui q̃ cū deo pugnare malis hēre græciæ pͥncipatum:reſcripſit leōidas.
Si quæ ī uita honeſta ſunt cognoſceres:abſtineres ꝓfecto ab alienaꝝ rerū
cupiditate:apud me uero lōge plus ualet mors ipſa ꝓ ſalute græciæ:q̃ pͥn
cipatus ī græcos.Rurſum cū xerxes ſcripſiſſet.Mitte ad me arma:reſcrip-
ſit.Veni:& accipe.Et cū iam hoſtes adoriri uellet:ac magiſtri eqtum dixiſ
ſent:alios ei ſocios expectādos eē.Non.n.ii adſunt:īquit:ꝗ ſint pugnaturi
an neſcitis eos ſolos pugnare aduerſus.hoſtes ꝗ & uerēt & metuūt reges?
Milites aūt monuit:ut pranderēt tanq̃ apud īferos cænaturi.Inſuꝑ īterro-
gatus quur uiri fortiſſimi illuſtrē ac præclaram mortē obſcuræ uitæ ante-
ponūt:quoniā īquit:alterū naturæ alterū ſui ipſoꝝ ꝓprium putāt.Et cum
cælibes uellet īcolumes:ſciretqꝫ ꝑſpicue illos id minime toleraturos ſcuti-
cis īcertis epiſtolis cuiqꝫ datis eos ad ephoros miſit.Itē cū ex adulta ætate
tris ſeruare uoluiſſet:ii re cognita eas epiſtolas accipe noluerunt. Quin
Lochagus unus dixit nō nūcius ſed pugnator ſecutus ſum.Secūdus iſtic iꝗt manēs
melior ſim.At tertius.Nō eqdē poſt hoſce ait:ſed ātepugnabo.

Lycurgus l Ochagus polyænidæ ac ſironis pater cum ei eēt a quodam nū-
ciatum e duobus filiis alterum mortuum eſſe:diu ſciebam inꝗt
eum mori oportere.

l Ycurgus legumlator uolēs ab īueterata præſentiqꝫ uiuēdi cōſue
tudine ciues ī teꝑantiorē uitæ ordinē traducere:& honeſtos ꝓ
boſqꝫ efficere:erāt.n.uictii & ſumptuoſo & delicato:duos enutriit catulos
eodē patre ac matre genitos:quoꝝ alterum dimiſſum:domi edacitati cra
pulæqꝫ aſſuefecit:alterum ſecum ducēs uenatiōibus exercuit.Deinde iis
in concionē actis uepres illic poſuit & quædam gulæ irritamēta:ſubinde
leporem dimiſit.Cum uero cōſueta uterqꝫ petiiſſet:& alter cepiſſet leporē
ait aſpicitis o ciues:ꝙ eodē nati genere inſtituto uitæ q̃ uæhemēter inuicē
diſſimiles differētesqꝫ euaſerunt?quodqꝫ ad res honeſtas atqꝫ illuſtres arti
ficioſior exiſtit exercitatio q̃ natura?Sed ferunt aliꝗ nō eos adductos catu
los:qui eiſdē parētibus nati eēnt:ſed alter ex cicuricus alter ex uenatoriis:
deinde deteriore natum genere uenatioribus exercuit:at meliore natum

luctationibus ſolum aſſueſecit.Inde uterq; ad quæ fuerat aſſuetus:im-
petum cum feciſſet:eſſetq; declaratum:quanto educatio & ad bonum &
ad malum adiumento ſit:ait lycurgus.Sic nos quoq; o ciues ſplendor ge-
neris quem multi admirant̃:herculiſq; poſteritas nihil adiuuat:ni ea geſ
ſerimus:quapropter ille omnibus ſe hominibus clariorem nobilioremq;
oſtendit:& id quidem ſi res honeſtas per omnem uitam exercemus ac di-
ſcimus. Idem ſolo diuiſo & in omnes æqua portione ſorteq; diſtributo:
fertur aliquando poſteriore tempore cum ex peregrinatione per agrum
nuper demeſſum tranſiens poſitos aceruos ſimiles æqualeſq; uidiſſet:af-
fectum lætitia ſurriſiſſe dixiſſeq; ad aſtãtis.Quam omnis laconita multo
rum fratrum uidetur eſſe:qui eam modo diuiſerint.Et cum ad æs alienũ
reſcindendum hortatus aggreditur etiam omnem ſupellectilem ex æquo
diuidere:quo inæqualitatem omnino & diſſimilitudinem tolleret:intuẽs
lacedæmonios grauiter ac moleſte ferre manifeſtam oblariõem nũmum
tum aureum tum argẽteum infirmum irritumq; effecit:ac ferreo ſolo utẽ
dum imperauit:ad cuius ſolutionem definiuit:ut ad id uſq; quod neceſ-
ſarium foret:totam ſubſtantiam haberent.Quo quidem facto omnis in-
iuria e lacedæmone eſt eiecta.Nam nec furari:nec corrumpe muneribus
nec alium priuare aut rapere quiſpiam amplius quicquam poterat:quan
do quidem id neq; occultare:neq; poſſidere iucunde neq; uti ſine pericu
lo neq; aut exportare aut importare tuto quiret.Ad hæc inutilia ex urbe
omnia ſupuacaneaq; exegit.Quare neq; mercator neq; ſophiſta neq; ua-
tes nebuloue neq; rerum laboraturum artifex ſpartam ingrediebatur.
Nec enim nummum apud eos qui eſſet in uſu:lycurgus conceſſerat: ſed
ferreum duntaxat conſtituerat:quod mina eſt æginenſis ponderis:ualo-
ris autem æreorum quattuor.Et cum aduerſus delicias bellum aggredi
diuitiarumq; deſyderium auferre animo uolutaſſet:conuiuia introduxit
Itaq; ad illos qui percunctarentur:quamobrem hæc conſtituiſſet:& cum
armis minutatim ciues diuiſiſſet:quo ĩquit alacriter ac facile imperia ad
mitterent:ac ſiquid tumultuarentur:paucis daretur erratum:& ut etiam
ex æquo cibus potuſq; eſſet nec ullis potulentis eſculẽtiſue:præterea nec
ſtrato aut uaſis aut alia quapiam re omnino diues pauperi antecellat.
Cumq; diuitias negligendas contemnendaſq; reddidiſſet: quippe quæ
nemini nec uſui nec oſtentationi eſſe poſſent:dicebat ad familiares: quã
pulchrum eſt o ſocii ex operibus diuitias demonſtrare: cuiuſmodi uero
ſunt:quoniam cæcæ. Inſuper curam adhibuit:ne ante cænatis domi fa
cultas eſſet ad conuiuia proficiſci: aliis eſculentis potulentiſue repletis.

Vituperabant autem cum reliqui perinde atque incontinentem &
ad communem uictum demollitum: qui minus ſecum aut biberet aut

Agis ederet Mulctabaturque is: qui manifeſto eſſet depræhenſus. Itaque
Agis diu poſteaquã rex creatus ẽ militia reuerſus: debellauerat enĩ athe-
nienſes: cum uolens uno die apud uxorem cænare portiones accerſeret:
eas tribuni militum non miſere. Quod cũ ephoris inotuiſſet: ab iis mul-
ctatus eſt. Huiuſmodi ergo conſtitutiones cum locupletes inique mo-
leſteq; tuliſſent: in eum inſurrexere: maledictis iactuq; inſequentes: quip-
pe quem lapidibus uellẽt obruere. Pulſus aũt e foro elabitur. Et aliis anti
Minerua cipato itinere in ædem defugit Mineruæ chalcioecæ. Et cum retro faciẽ
Alcander uertiſſet: eius oculũ baculo alcander ĩſequens eruit. At hũc publico de
creto cum accepiſſet ad cruciatum: nec male affecit: nec repræhendit qn
potius eum uitæ uictuſq; ſociũ habens reddidit non modo laudatorem
cum ſui ipſius tum etiam communis uitæ ac uictus: uerum etiam totius
uiuẽdi moruq; inſtituti ſtudioſum. Illius uero calamitatis monumẽtum ĩ
Minerua chal- ſacello chalcioecæ Mineruæ ſtatuit: quam optiletin appellauit: oculos.n.
cioeca Dores optilos dicunt. Idem ĩterrogatus quur ſcriptis legibus nõ eẽt uſus:
Minerua opti- quoniam inquit eruditi ac prouecti neceſſario ĩſtituto quod pro tempo-
letis re uſui ẽ: probant. Item quibuſdam percũctantibus quare culmen ædi
bus ſecuri ĩponẽdum imperarit: ualuas autem ſerra dũtaxat nulloq; alio
ferramento: quo ĩquit ciues omnibus in rebus quas ĩ ædes ĩportant: me-
diocritatem ſeruent: nec habeant ex iis quicquam: quæ apud alios habẽ
Leotychides tur ĩ præcio. Ex qua qdem conſuetudine Leotychiden ferunt qui primus
ſpartæ regnauit: cũ apud quẽpiam cænaret: uidiſſetq; domus tecti appa-
ratum & ſumptuoſum atq; tabulatum: hoſpitem rogaſſe: an quadrata a-
Lycurgus pud eos ligna naſcerent. Interrogatus etiã lycurgus quãobrẽ aduerſus
eoſdem hoſtes ſæpius expeditiões ducẽdas prohibuiſſent: quo ue ſæpius
inquit: repugnare cõſueſcentes bellãdi peritiam caperent. Quare Ageſi-
Ageſilaus lao quoq; regi nõ mediocri dandũ crimini uiſum ẽ: quod cõtinuis ĩ boe-
tiam irruptionibus ac pugnis thebanos inſtruxerit: qui lacedæmoniis re
Antalcidas ſiſterent. Propterea ſaucium Antalcidas cũ eum uidiſſet. Perpulchram
ait: doctrinæ a thebanis mercedem recipis: quibus uel inuitis ac neſciis
pugnandi diſciplinam tradideris. Alio etiam quærente quamobrem
uirginum corpora curſibus & luctationibus ac diſcorum iaculorũq; iacti
bus exercuiſſet: quo inquit: radicatio gignendorum robuſto principio in
robuſtis ſumpto corporibus pulcherrime germinet. Ipſæq; partus robu-
ſte perferentes & facile & pulchre doloribus reſiſtant: ac ſiqua neceſſitas
acciderit: poſſint & pro ſeipſis & pro natis & ꝓ patria pugnare. Et cum
uirginum in pompis nuditatẽ quidam repræhenderẽt atq; cãm quærerẽt
ut inquit: iiſdem quibus uiri ſtudiis exercitatæ nulla eis recedant neq;

corporis uel uiribus uel ualetudine neqꝫ animi ambitione ac uirtute &
ut etiam ob exteram gloriam ſint animo elatiore.Itaqꝫ de gorgone uxo- Gorgó
re leonidæ huiuſmodi quoqꝫ reſponſum traditur.Nam cum quædam:ut Leonidas
uidetur peregrina ad eam dixiſſet:ſolæ uos lacænæ uiris imperatis: reſpõ
dit:ſolæ enim nos uiros parimus.Et cum eos qui nubere noluiſſent:a ſpe
ctaculo gymnicis in ludis prohibuiſſet:eiſdemqꝫ ignominiam addidiſſet
effecit:ut gignendis filiis quandiligentiſſime proſpicerent.Nam eo hono
re atqꝫ obſeruantia quam ſenioribus iuniores præſtant:illos priuauit:& il
lud in Dercillidan dictum quamuis ſpectatus imperator eſſet: repræhen Dercyllidas
dit nemo.Et.n.aduenienti quiſpiam e iunioribus ſubſellium nequaquã
ceſſit:inquiens.Nam nec tu mihi qui cederet:genuiſti.Percunctante aũt
quodam cur ſanxiſſet nuptui puellas ſine dote dari?quo inquit neqꝫ ob
egeſtatem ſine uiris ulle dimitterentur:neqꝫ propter opulentiam expeterẽ
tur:ſed quiſqꝫ potius ſpectato puellæ ingenio ac moribus in capiẽda uxo
re moueretur.Ob id autem ornandi etiam ſtudium ex urbe amouit.Idẽ
cum nubendi tempus certum ſtatuiſſet tum mulieribus tum etiam uiris
ad eum qui huiuſce rei cauſam quæreret:reſpõdit ut partus ei adultis ge-
niti ualentiores eſſent.Ad illum uero qui miraretur: quod uirum ſimul
cum nupta cubare prohibuiſſet:imperaſſetqꝫ:ut plurimũ diei cum æqua
libus una eſſet:noctes autem totas quieſceret:cum ſponſa uero & clam
& non ſine pudore congrederetur:ait:ut & ualentiores corporibus quan
doquidem ad ſatietatem uſqꝫ non coiuerint:& amando ſemper ſint no-
ui:natoſqꝫ robuſtiores præſtent.Ad hæc odorum pretioſumqꝫ unguentũ
amouit perinde atqꝫ olei contagium ac perniciem.Itemqꝫ tingendi artẽ
tanquam ſenſus aſſentationẽ.Et omnibus cultus ornatuſqꝫ corporei opi
cificibus ſpartem inacceſſibilem fecit:perinde ui artis prauitate artes in-
quinantibus.Tanta uero illis temporibus mulierum erat pudicicia:tan-
tumqꝫ aberat ab ea quæ poſteris ſæculis ſecuta eſt:mulierum procliuita-
te:ut incredibile ſit:eas ſuperiore tempore adulterio obnoxias extitiſſe. Geradas
Atqꝫ Geradæ cuiuſpiam hominis ſpartiatæ uetuſtiſſimi dictum celebrat':
qui rogatus ab hoſpite quid apud eos adulteri paterentur: nam ſe nullã
uidere legem hac de re a lycurgo latam:iqt nullus o hoſpes adulter apd'
nos fit.Subdente aũt illo at ſi fieret:idem inquit Geradas.Nam quo inqt
modo adulter fiat ſpartæ:ubi diuitiæ deliciæ cultuſqꝫ omnis ornatuſque
corporis ignominiæ ẽ.Verecundia uero ac decorum magiſtratuumque
obedientia & habetur in pretio:honoraturqꝫ in primis.Idem lycurgus ad
eum qui popularem principatum in urbe conſtituendum hortaretur: ait
tu primus in tuis ædibus popularem principatum facito. Percunctante
uero quopiam quamobrem parua adeo tenuiaque deorum immortaliũ

ſacrificia ſtatuiſſet:quo inquit nunquam ab honoranda diuina re deſi-
ſtamus.Et cum ea ſola certaminia in quibus manus mīus tolleretur:exer-
cere ciues iuſſiſſet:eiuſce rei cauſam percunctanti quo nullus ipſorū ait:
laborando defatigari aſſueſcat.Interrogante etiam quodam quare fre-
quenter caſtra mutanda iuberet:ut maiore inquit detrimento inimicos
afficiamus.Alio iterum quærente quur turris oppugnare prohibuiſſet:ne
Thebani inquit aut a muliere aut a puero aut ab aliquo huiuſmodi homine fortō
Leucothea res interimantur.Item conſulentibus thebanis de ſacrificio ac luctu : quē
leucotheæ præſtarent:conſilium dedit:ut ſi quidem deam ducerēt : haud
lugerent.Sin autem hominem arbitrarentur:non perinde ac deæ ſacrifi-
carent.Rurſum quærentibus ciuibus quo pacto hoſtium impetum repel
lamus:ſi pauperes inquit fueritis:nec alter magiſquam alter interrogetur
Ac iterum de muris quærentibus inquit eam urbem quæ uiris non lateri
bus cincta eēt:ſine muris nequaquam eē.Præterea ſpartiatæ diligentiam
comæ adhibebant quoddam lycurgi de hac re dictum celebrantes:quod
& pulchros coma magis decoros:& turpes formidabilioris faceret.Mone
bat autem qui belli in fugam uertiſſent hoſtes uiciſſentq;:eo uſq; inſeque
rentur:quoad foret uictoria confirmat:deinde continuo reditum facerēt:
nū modo nō moris græcanici eē inquiens illos qui ceſſiſſent enecare : ſed
eam quoq; eē utilitatem:quod cum hoſtes ſcirent lacedæmonios eis par-
cere qui cederent:ſuſtinetis uero tollere:fugiendum utilius quam manē-
dum eē ducerent. Atq; percunctāte quopiam quamobrem hoſtium ca
dauera ſpolianda uetuiſſet:ne circaſpolia tempus terentes inquit hērent
in pugnando negligentius:quimpotius paupertatem una cum ordine
ſeruarent.

Lyſander l Yſander cum a Dionyſio ſiciliæ tyranno ad eius filias pretioſi
Dionyſius ſumptuoſioreſq; amictus miſſi eſſent:eos nequaquam accepit
Ariſtas inquiens uereri ſe:ne hiſce turpiores uiderent. At paulopoſt
ad eundem tyrannum ex eadem urbe Ariſtas miſſus cum ad ipſum quo
que dionyſius duas miſiſſet ſtolas:iuſſiſſetq;:utram mallet : acciperet ac
portaret ad filiam:ipſam inquit illam melius electuram quare utraque ac
cepta abiit. Acer item Lyſander cauillator & admodum decipiendo ua
rius:uipote qui & iuſtum in eo quod conducit:& honeſtum in commo-
do collocaret:aiebat uerum præſtare mendacio.Vtriuſq; autem perinde
ut expediret:& æſtimationem & pretium definiri. Ad eos uero a qui-
bus uituperaretur:quod plurima decipiendo ageret:perinde atq; degene
raſſet ab hercule:quodq; res non aperto marte efficeret ſed dolo:ſurridēs
reſpondebat:quo leonis non aſſequeretur:uulpis pellem aſſuendam eē.

Miletum

Et cum ab aliis accuſaretur: quod quæ Mileti iuratus fuerat: nequaquã obſeruaret: aiebat puerorum eſſe talis decipere: uirorum autem iureiurã do. Idem ubi ad capræ flumen athenienſes ex inſidiis uiciſſet: ac eos pſ- ſiſſet fame: urbem cepit: ſcripſitq; ad ephoros: athenæ captæ ſunt. Ad ar giuos uero qui de ſoli finibus cum lacedæmoniis diſceptarent: ſeq; iuſtio ra iis loqui dicerent: diſtricto gladio qui huius iquit ius habet: optime de ſoli finibus diſſerit. Boetios quo tempore per eorum agrum tranſiret: tumultuantis inter ſe intuens miſit ad eos percunctatum: utrum rectis ha ſtis an declinatis per ipſorum agrum iter faceret. Et cum uir megaren- ſis in publica concione audacius dicendi licentia apud eum uteretur: tua uerba o peregrine inquit ciuitatis indigent. Idem ubi corinthii defeciſ- ſent: ad eorum muros profectus cum lacedæmonios timidiuſculos ado- riendo aſpiceret: lepuſq; uiſus eſſet foſſam tranſiliens: non uos pudet in- quit o ſpartiatæ huiuſmodi hoſtes formidare: ad quorum mœnia lepo- res ob otioſam inertemq; uitam dormiunt? Ad hæc in ſamothracia ora- culum ei petenti ſacerdos ut ſibi diceret: iuſſit: quod iniquiſſimum eſſet a ſe opus in uita perpetratum. Quare lyſander iterrogauit utrum tuo an deorum iuſſu facere hoc oportet? Illo autem præ metu iuſſu deorum in- quiente. Tu ergo ait: abſis eminus: & ego illis iniquitatem enarrabo: ſi p- cunctentur. Item cum a perſa interrogaretur: quam potiſſimum remp. la udaret: eam inquit: quæ fortibus ac timidis præmia digna reddiderit. Ad eum uero qui dixiſſet ipſum a ſe & laudari & defendi: duo inquit boues mihi in agro ſunt. Vtroq; autem ſilente: plane ſcio: & qui nihil operatur: & qui operatur. Idem cum a quopiam conuiciis afficeretur: ait dicito cre brius o peregrinelle: dicito nihil omittens: ſi tuum iis malis euacuare ani mum poſſis: quorum plenus uideris eſſe. Atqui poſtero tẽpore cum poſt eius obitum in contradictiõe ſociali Ageſilaus ueniſſet in Lyſandri ædes quo litteras de ea controuerſia conſideraret: eas enim Lyſander apud ſe ſeruabat: reperiſſetq; libellum ad Lyſandrum de rep. ſcriptum: ut oporte- ret ab Euryprotidis ab Agiadiſq; regnum auferre: atq; in medium pone- re & ex optimatibus electionẽ facere: quo non herculis poſteris ſed illi po tius daret honos: qui talis foret uirtute iudicatus: qualis hercules extitiſ- ſet: cum ob eam ẽt ille in diuinos honores ſublatus eẽt. Et hanc quidem orõnem ædere & ad ciues efferre aggreſſus ẽ: quo inde demonſtraret: qd latebat: qualis Lyſander fuiſſet ciuis: & id quidem iis agens in Lyſandri amicorum calumniam: at aiunt Cratiden qui per id temporis princeps inter Ephoros eẽt: ueritum ne oratio ſi lecta foret: aſſenſionem faceret: repræhendiſſe Ageſilaum dixiſſeque non Lyſandrum effodiendum eẽ:

Capra flumen
Athenienſes
Athenæ
Argiui
Boetii
Megarenſis
Corinthii
Samothracia
Ageſilaus
Euriprotidæ
Agiadæ
Hercules
Cratides

ſed eam potius orationẽ callide ꝑſuaſiueq̃ compoſitam una cum illo de
fodiẽdam. Ad hæc illi q eius filias ꝓcati fuerant:deide poſt obitum q̄m
pauper eẽt inuentus:eas abnuerẽt:ab ephoris mulctati ſunt:q̄m quem di
uitem exiſtimantes colebant:ubi iuſtum ubi frugi ac probum ex pauper
tate cognoſcẽt:deſpiciebant.

Amertes miſſus legatus cũ a quopiam ex illius loci hominibus
Mamertes m laudibus ſummis efferetur:quod amicis pluribus abũdaret: iter
rogauit:an exploratum haberet quonammodo abũdãs amicis
pluribus periculum facturus ſit. Id alter cum item diſcere quæreret:ad
uerſa inq̄t fortuna experimentum faciet.

Nicander Icander cum quidam dixiſſet argiuos male de ipſo loqui. Num
Argiui n ergo inquit:dant pœnam:qui de bonis loquunt̃ male. Percun
ctante aũt quopiam quare comam barbamq̃ nutrirent:quoniam inquit
ꝓprius ornatus uiro ẽ omnium pulcherrimus ac minime ſumptuoſus.
Athenienſes Et cum ex atheniẽſibus quidam dixiſſet ocium Nicander admodum
admittitis:uera inquit narras:at non quẽadmodum uos:ut acciderit: ſtu
demus negociis.

Pantheodas Antheodas legatione in aſiam fungens oſtentantibus ei quibuſ
Aſia p dam murum & magnum & ſublimen:per deos inquit peregri
Academia ni:pulchra eſt mulierum domus. Idem in academia cum phi
loſophi multa ſeriaq̃ diſſererent:ac deinde Pantheodam interrogarent
quid hi ſermones ei uiderent̃:q̄d uero aliud iq̄t:quam boni:cæterum uti
litatis habentes nihil:ſi minus uoſipſis utamini.

Pauſanias Auſanias cleombroti filius deliis aduerſus athenienſes de iſula
Delii p diſceptantibus dicentibuſq̃ ut ſecundum ſuam ipſorum legẽ
Athenienſes neq̃ mulieres in inſula pariunt:neq̃ mortui humantur. Quonã
igitur:inquit:pacto hæc patria uobis ſit:in qua neq̃ fuit ueſtrũ ullus: nec
erit. Exulibus autem hortantibus ut aduerſus atheniẽſes exercitum du
ceret:dicentibuſq̃ cum de ipſius laudibus ĩ olympiacis ludis prædicaret
Atheninĩſe ſolos athenienſes aduerſus eum inſibilaſſe. Quid nam igitur exiſtimatis:
inquit:eos facturos:ſi male affecti fuerint:qui bene affecti inſibilant. Et
quopiam percunctante quur Tyrtæum poetam ciuitate donarint: quo ĩ
quit nunq̃ peregrinus nobis præeſſe uideatur. ad eum quoq̃ qui cũ cor
Tyrtæus pore eſſet ĩfirmus:conſuleret aduerſus hoſtes terra mariq̃ dimicandum
uiſne igitur:inquit:teipſum exutis ueſtibus oſtendere:qualis es: qui no
bis pugnandum conſulas. Idem ſumptuoſitatem ueſtis in barbarorum
præda cũ quidam admirarentur:melius eſſe inquit ipſos eẽ multifaciun
Medi dos q̃ quæ multifacienda ſunt poſſidere. at poſt uictoriam de medis ad
Platææ platæas iuſſit præparatam perſarum cænã ſuis apponendam. Quæ cum

mirabili ſumptu eẽt:p deos ĩquit:lurcho ẽ pſes:qui cum tam multa hr̃et: ad maſſam nr̃am ueniebat.

p Auſanias pliſtonactis filius ad illum a quo eẽt interrogatus:quam obrẽ ex priſcis legibus nullã apud ipſos mouere liceret:qm̃ leges i qt uiris nõ legibus uiros oportet dñari. Item cũ tegææ poſt exilium lace dæmonios laudibus efferret:ait qſpiã quur igit᷑ non manſiſti Spartæ:ſed fugiſti potius?quoniam ne medici quidem:ĩqt:apud eos,qui bene ualẽt ſed ubi ſunt ægrotantes:uerſari cõſuerũt. Ad illũ uero q ab eo pcũctare tur:quo pacto thracas uincere quiret:ſi medicum inquit conſtituerimus ducem. Et cum medicus eum conſideraret:diceretq; nihil habes mali. Non enim te medico inquit utor. Idem cum ab amico quodam repræ henderetur:quod in quempiam medicum malediceret:nec eum tamen expertus nec ulla affectus iniuria:quoniam inqt ſi eẽm iſtũ exptus:mini me uiuerem. Inſuper cum medicus ei dixiſſet:ſenex es factus:quia inqt nõ ſum te uſus medico. Dicebat etiã hũc medicũ eẽ optimum: qui non ſineret ægrotantis morbo marceſcere:ſed quãcelerrime ſepeliret . Pauſanias Tegæa

p Aedaretus dicente quopiam magnum eẽ hoſtium numerum. Er go inquit eo maiorem gloriam conſequemur:quo pluris enecabi mus. Quendam uero intutus:qui tãetſi mollis natura erat:tamen pro pter modeſtiam laudaretur a ciuibus:ait nec uiros mulieꝝ ſimilis laudã dos eſſe neq; uirorum mulieres:niſi mulierem neceſſitas:aliqua coegerit Idem cum in trecentorum numerum non eẽt electus:qui honos in ur be ordine præſtabat:hilaris ſubridenſq; abibat.Reuocatus autẽ ab epho ris & quid rideret:interrogatus ĩquit:quoniam urbi gratulor:quæ me tre centos melioris habet ciues. Pædarctus

p Liſtarchus leonidæ filius ad eum qui interrogaſſet:quam ob cãm a primis regibus minus appellarẽtur:quoniã inquit illis erat opus rege agide:at illorum poſteris nequaquam. Et cum quidam patronus cãrum ridicula diceret:non cauebis inquit:peregrinæ continua ridicula quo ipſe non fias ridiculus:quemadmodum ii luctatores fiunt:qui ſe cõ tinuos i luctando præſtant. Item ad eum qui luſciniam imitaretur: libẽ tius ait hoſpes luſciniam ipſam audirem. Dicente autem quodam ipm̃ a quopiã maledico laudari:miror id quidem ait : ni me fortaſſe mortuũ ei quis nũciarit.Nam bene loqui de uiuo nemine ille poteſt. Pliſtarchus Luſcinia

p Liſtonax Pauſaniæ filius cum atticus quidam rhetor in ſcitiam la cedæmoniis obiiceret:recte inquit narras.Nam e gæcis omnibus ſoli nos mali nihil a uobis didicimus. Pliſtonas

p Olydorus alcamenis filius cum frequentius quis minitaretur ini micis:neſcius inquit es maximam cruciatus partem abs te conſu- Polydorus

Meſſena mi. Idem cum exercitum aduerſus Meſſenam:educeret: interrogauit
quidam:an eēt aduerſus frēs pugnaturus?minime inqt:ſed in id agri ſe ꝓ
Argiui fecturum:de quo nondum eēt ſors habita. Argiuis aũt rurſus poſt trecē
toꝝ illoꝝ pugnam uniuerſis acie ſupatis.Polydorum ſocii hortabant̃:ne
oportunitatem prætermitteret:ſed hoſtium adhortus muꝝ urbē caperet.
Nam cũ & uiri periſſent:& uxores deſertæ eſſent:id facillimũ factu fore.
Quare ad eos ait æqua pugna aduerſarios uincere mea ſententia hone-
ſtum eſt.Sed qui de agri terminis pugnauerimus:urbem capere cupia-
mus:iniuſtum eē duco:ueni enim ut agrum recuperarem:non ut urbem
occuparem.Interrogatus etiā quáobrem ſpartiatæ fortiter in bello diſcri-
men ſubeunt:quoniam inqt uereri duces non metuere didicere.

Polycratidas p Ollycratidas ad regios prætores una cum aliis legatione fungens
cum ab iis īterrogaretur:utrum priuati adeſſent:an publicæ miſſi
eēnt:ſi ait:impetrauerimus:publicæ miſſi ſumus:ſin minus impetraueri-
mus:priuatim adſumus.

Phoebidas p Hoebidas cũ quidā ante leuctrēſe diſcrimen diceret:diem hũc de
monſtraturum fortem uirum:inquit multi diem illum eē faciun-
Clitorii dum:qui fortem uirum monſtrare ſaluum poſſet. Et cum in eo loco a
clitoriis obſideretur:qui & difficilis eſſet & exps aquæ:fertur ĩ ea fœdera
ueniſſe:ut ſolum bello partum eis cederet:ſi una ſecum ſui omnes e ꝓxi-
mo fonte biberent.Nam fontem hoſtes præſidiis tenebant.Poſt iuſiuran
dum uero coactis omnibus qui cum eo aderant:uoluiſſe illi qui nollet bi
bere:regnum dare.Quod cũ nemo admiſiſſet:ſed bibiſſent omnes ipm
ubi poſt omnes deſcendiſſet:at ſeſe a qua inſperſiſſet:etiam præſentibus
hoſtibus adortum eē egroq; potitum:pinde atq; non bibiſſet.

Telecer t Elecer ad eum qui dixiſſet patrem maledictis ĩ ipſum uti:niſi iis in
quit:dignus eēm:haud pater uteret̃.Dicente aũt fratre non æque
ciues ei aduerſari atq; ſibi:cum iiſdē tñ parētibus natus ſit.At iſtud inqt:
abſurdius.Nam quas ipſe neſcis:ego iniurias pati ſcio. Interrogatus ēt
quid mos apud eos eēt:ut iuniores ſenioribus aſſurgerent quo inquit ita
hi hñtes in maioribus natu honorādis maiore honore parētes ꝓſequant̃.
Et cum quiſpiam eſſet percunctatus:quantum ſubſtantiæ poſſideret:
plus inquit:quam ſat eſt.

Charilaus c Harilaus interrogatus quamobrem Lycurgus paucas adeo tuliſ-
Lycurgus ſet leges:quoniam inquit pauca dicētibus paucis ēt legibus opus
eſt. Percũctante aũt quodam quare puellas aperta facie:uxores aũt ue-
lata in propatulum agerēt:quia inqt puellis uiri ſunt īueniēdi:at uxori-
bus uiri ſeruandi. Idem cum mancipiũ quoddā audacius ei aduerſaret̃
ni ait:iraſcerer:enecarē te. Atq; ĩtrogatus a quopiam quā putaret opti

mam eē rempub. inquit:ī qua plurimi ciues inuicem ſine ſeditione uelit de uirtute certare. Item cum quis pcūctaret:quur omnia deorum ſigna cum armis eēnt apud ipſos poſita:quo inquit nec quæ in homines exprobrationes obprobriaq; dicūtur:ꝑpter timiditatem in deos referamus:nec iuuenes inermes diis imortalibus præces habeant. Ad illum quoq; qui eēt pcūctatus:quare nutrirent comam:quoniam inquit ex omnibus hic & naturalis ornatus eſt & minime ſumptuoſus.

s Amiorum legatis ꝓlyxiore oratione utentibus dixere ſpartiatæ. Prima quidem obliti ſumus. Poſtrema uero ignoramus:quia res memoria exciderunt. Cum longa orator ꝓlyxaq; uſus oratione reſponſiones peteret:quas ciuibus referret:refer igit' dixere:& te dicendo & nos audiendo uix deſiſſe. Et ad thebanos aliquibus de rebus contradicētes dixerunt:aut ſape minus opoitet aut plus poſſe.

l Acon interrogatus quāobcauſam menti pilos plurimum nutris? quo inquit canos intuens:nihil agam ipſis indignum. Lacon

a Lius cum eēt quis percunctatus:quare ſicis breuibus utimini:quo inquit comminus cum hoſtibus manus conſeramus.

l Audante quopiam fortiſſimos pugnatores:lacon iquit:in Troia.

a Lter cum audiſſet quoſdam in cæna ad bibendum ui cogi:non etiam ad edendum inquit ui cogunt'.

p Indarus cum ſcripſiſſet:Græciæ ſuſtentaculum athenæ:lacon ait: græciam funditus ruituram:ſi huiuſmodi ſuſtineat' ſuſtātaculo. Pyndarus

e T cum quis intutus in tabula quadam picta laconas ab athenienſibus iugulari diceret fortes quidem athenienſes: lacon tempeſtiue ſubdidit:& ii quidem in tabula.

a D quendam uero qui calumnioſa male dicta libenter audiret:lacon ait deſine aures aduerſus me benigne præſtare.

a D eum qui plecteretur:ac diceret:inuitus erraui:dixit quiſpiam inuitus igit' etiam plectere.

i Ntutus quidā hoīes q dū uita decederent:in ſellis curulibus ſedebant:abſit inqt:ut hic ſedeā:unde nō licet aſſurgere ſeniori.

c Hii cum olim e cæna abeūtes ī ephoroꝝ curia uomuiſſent: curulibuſq; ī ſellis ubi ſedebāt ephori:deieciſſent:uæhemēter primū q ea feciſſent:inquirebant:an ciues ii eēnt. Vt uero chios extitiſſe ſenſerūt:proclamauere chiis ꝑmittitur laſciuire. Chii

c Vm quis amygdalas duplo uiliore præcio quam duros ſilices uenire aſpiceret:nūqd rari inquit ſunt lapides.

l Vſciniam cum qs uelliſſet:ac parū inueniſſet carnis:ait uox hoc ē & aliud nihil.

Lacon

l Acon quis cum cynicum diogenẽ cõplecti ſtatuam æream ui-
diſſet in magna ui frigoris:percunctatus eſt:an rigeret.Quod cũ
ille negaſſet:ait quid nam igitur magnum facis.

T cum metapontino cuidam lacon metum exprobaret attamẽ
e inquit nõ parum alieni habemus agri:hic aũt ait nõ ſolum igitᷣ
meticuloſi ſed etiam iniuſti eſtis.

Peregrinus

p Eregrinus qdam cum ſpartæ rectus in alteꝝ crus indueretᷣ cal-
ceis:ait ad lacona.Nequaq̃ tu lacon mea ſententia quantũ ego
temporis tantũdem ipſe ſtares ſup pedem.Qui excipiẽs non.n.ſtarẽ inqt:
& ex anſeribus qdem nullus ẽ q nõ ſtaret.

c Vm qs artis rhetoricæ laudibus efferetᷣ:aliqs lacon ait.At p ge-
minos ars ſi ueritatẽ nõ tetigerit:nec ẽ nec unq̃ ſit futura.

Argiuus

a Rgiuus aliquãdo cum dixiſſet:mlᷣta ſpartiataꝝ ſepulchra apdᷣ
nos ſunt dixit lacon:at argiuoꝝ apud nos ne ullum qdẽ:pinde
atq; ii ſæpe argos adorti eſſent at ſpartã argiui nunq̃.

Lacon

l Acon captiuus cũ ueniret:diceretq; præco.lacona uendo:incre
pauit inquiens:captiuum proclamato.

Lyſimachus

Vidã ex iis militibus q apud Lyſimachũ merebãt:ab illo interro
q gatus nunqd eẽt ex mancipiis.Tu aũt putas inqt ſtipẽdio quat
tuor oboloꝝ lacona ad te iturum.

Thebani
Leuctra
Eurotas

c Vm thebani laconibus uictis ad leuctra ad ipſum Eurotã eẽnt
& qdam iactabũdus diceret:ubi nunc lacones ſunt:lacon ab iis
captus nõ adſunt:inqt.Non.n.uos huc ueniſſetis.

Athenienſes
Samus

Thenienſibus rogantibus quo tempore urbem tradiderant.Sa
a mum ſibi dimittetent:dixerunt.Cum ueſtri fueritis:tunc alios
quoq; habere poſtulare.Ex quo etiam prouerbium illud ẽ.Qui

Prouerbium

ſeſe ipſe non habet:ſamum uult.

u Rbem quandã cũ lacedæmonii ui cepiſſent:ephori dixerũt:pe
riit luctatio iuuentutis.Non.n.poſthac iuuenes hẽbunt:qui eis
repugnent.

a Liã urbem rege lacedæmonioꝝ pollicente ſe penitus euerſuꝝ.
Nã ea laconibus negotia plerũq; præbuerat:nequaq̃ pmiſerunt
inquientes nullomodo euertes:nec tolles iuuentutis cotem.

Lyſander
Charon

Vctãtibus pædotribas q pueros exercerẽt atq; erudirẽt:haud p̃-
l ficiebãt:quo nõ arte ſed uirtute honori ſtuderẽt.Itaq; Lyſander
interrogatus quonammodo eum charon uiciſſet:ingenio in-
quit atq; induſtria.

Philippus

p Hilippus quo tempore in eoꝝ ueniſſet agrum:cum ſcripſiſſet:
utrũ amice ſe ire uellẽt an hoſtiliter reſpõderũt:neutrum.

l Egatum quendam cum ad Antigonum demetrii filiũ miſiſſent: eũ mulctauere:quoniam audiſſent uocauiſſe illum regem : q̃uis medimnum annonæ cuiq; a rege in caritate portaret. Antigonus

d Emetrius cum crimini daret:quod legatum unum ad ſe miſiſſent Non igitur ſatis eſt:dixerunt ad unum unus. Demetrius

f Lagitioſus quidam ſententiã optimã cũ tuliſſet:hãc q̃dẽ admiſerũt:at illo amoto ſentẽtiã alteri q̃ honeſte uixiſſet inſcripſerũt. Flagitioſus

f Ratres cum inuicem diſſentirent:ii patrem mulctauere:quod filios diſſidentis deſpiceret.

p Saltem aduenam mulctauere:quoniam digitis citharã pulſaret Pſaltes

d Vo pueri pugnabant:quorum alter falce alterum uulnerauit lœtali uulnere:familiaribus autem pueris cũ is eẽt pugnam dimiſſurus:pollicẽtibus auxilium ſe laturos & illũ q̃ percuſſerat interempturos: nullo modo per deos inq̃t. Non enim eſt iuſtum. Et enim ego feciſſem hoc ſi iſtum aſſequi potuiſſem:fortiſq; fuiſſem. De iuſticia

a Lter puellus quoniã adeſſet tp̃s:quo furari liberis pueris lege fas erat:quodcũq; quis poſſet:dabaturq; turpitudini depræhẽdi: ubi qui cum illo una aderant:pueri uiuam uulpeculam furati ei cuſtodiendã tradidiſſent:& ii qui illam amiſerant:quæſitum ueniſſent: uulpeculã hic ſubiecit ſub amictũ:beſtia uero exaſperaſcente ac pueri latus ad exta uſq; deuorante:ne palam fieret:quieſcebat.Sed ut demum poſt illorum abitionem factum pueri aſpexere:culparẽtq; dicentes melius fuiſſe manifeſtare uulpeculam quam celare ad mortem uſq;:minime quidem ĩquit: ſed longe melius eẽ doloribus quam ſomno diem obire & quã hominũ ſermonibus diuulgari:q̃ ob molliciam turpiter uiuere curauerim.

c Vm quidam in laconas in itinere incidiſſent:dixiſſentq; ſecunda eſtis fortuna uſi:nam hinc nuper latrones abiere:dixerunt hi nequaquam per bellicoſiſſimum Enyalium:ſed illi potius uſi ſunt qui ĩ nos non inciderunt.

l Acon interrogatus:quid ſciret:dixit liber eẽ. Lacon

p Ver ſpartiata ab antigono rege captiuus factus ubi ueniſſet:aliis ĩ rebus omnibus emptori parebat quaſcũq; libero faciũdas exiſtiabat.Vt uero ĩpauit:ut matulã ferret:haud paſſus ẽ ingẽs nõ ſeruiã. Et cũ ille ſurrexiſſet:hic aſcẽſa teſta ubi dixiſſet diſces emere: ſeipſum immiſit: atq; obiit. Antigonus

a Lter cum ueniret:dicente quopiam ſi te emero:eris frugi: etiam ſi minus inquit:emeris.

a Lius captiuus cum ueniret:addẽte præcone mancipiũ uænũdare execrabilis:inquit:nõ captiuum dicis.

Lacon

l Acòn muſcam īſignis loco habens in clipeò & hanc ſañe nòn̄ maiorem uera muſca:ubi deridentes quidam dixiſſent:hoc ad latendum eē ab eo factum:imo inquit ut manifeſtus fiā ſic enī ꝓxime hoſtes aggredior:ut hoc inſigne ipſorum uiſui magnum ſit.

a Lter cum in ſympoſio lyra eēt adducta.Non laconici inquit moris eſt nugari.

Spartiata

ſ Partiata interrogatus an ſecura eēt ad ſpartam uia:inquit : qualis acceſſeris.Leones enim eminus proficiſcuntur a leone:lepores autē uenamur ēt intra tabernaculum.

i N palæſtrico manuum nexu cum proſtratus quiſpiam colluctatorem fruſtra pulſaret:atq; ad terram traheret:ubi corpore defatigatus deficeret:illius brachium mordebat:& alter ait mordes o lacon ſicut mulieres:nequaquam inquit alter:ſed ut leones.

Claudus

c Laudus ad bellum egreſſus quibuſdam eum ſequentibus ac ridētibus conuerſus ait:mala capita non eſt cum hoſtibus fugiendo pugnandum:ſed manendo ordinemq; tuendo.

a Lter ictus ſagitta cum uitam relinquerent:non hoc inquit ſibi curæ eē:quod moreretur ſed quod a molli ac ſemiuiro ſagittario eſſet occiſus:egiſſetq; ipſe nihil.

c Vm in tabernam meritoriam quis diuertiſſet:parandumq; cauponi dediſſet obſonium:ubi alter caſeum atq; oleum petiſſet: ait : ſi caſeum haberem:etiam obſonio egerem.

Lampis

a D eum uero qui lampin æginetam beatum diceret: quoniā ditiſſimus eē uidebatur : erat enim gubernator multarum nauium: lacon ait . Non attendo fœlicitati: quæ pendeat ex funibus.

c Vm quis dixiſſet lacona mentiri:is reſpondit: liberi enim ſumus. alii uero ſi quando uera non dicunt:plectendi ſunt.

c Vm quis cadauer rectum ſiſtere uellet:atq; niteretur:ubi factis omnibus id nequiſſet:per geminos ait intus aliquit eē oportet.

t Ynnichus Thraſybuli filii mortem fortiter tulit. In hunc uero epigramma huiuſmodi factum eſt.

Tynnichus
Thraſybulus
Epigramma
Pitane
Argiui

Exanimus pitanen clipeo thraſybulus in acri.
Confoſſus ſeptem uulneribus rediit.
Paſſus ab argiuis quæ ergo nulla gerebat.
Tunichus hunc igni cum daret:hæc loquitur.
Flere decet timidos oculis te nate ſepulchro
Condo meum ſiccis ac lacedæmonium.

Alcibiades

a Lcibiadi atheniēſi cū aquæ plurimū balneator funderet: lacòn ait quidnam hoc ut immūdo ualdeq; ſordido plus præbet.

p Hilippo macedone quædam per epiſtolam lacedæmoniis īperāte ii reſcripſerunt.Lacedæmonii philippo:de quibus nobis ſcripſiſti: non. Cum aūt in agrū laconicū philippus feciſſet īpetū:ac oēs perire ui derentur:dixit ad quēdā ex ſpartiatis.Quid nūc facietis o lacones? Quid enim inquit aliud:quā fortiter moriemur. Soli enim græcorum nos libe ri eē ac non parere aliis didicimus

Philippus
Epiſtola

p Oſt aduerſam agidis pugnā obſides Antipatro petēte pueros qnquagita.Eteocles ephoꝝ gerēs ait pueros qdē mīe datū ire:ne malis moribus ībuerent᷑ pr̄ia īſtitutiōe ꝑuati:nec ciues forēt: ſenes uero aut mulieres ſi uellet duplo ēt pluris datū ire.Eo āt grauit᷑ minitāte niſi accipet publice rn̄derūt:ſi grauiora morte īpites facilius moriemur.

Agis
Antipater
Etheocles

ſ Enex ī olympiis dū ludus pageret᷑ ſpectare affectabat:ubi āt ſederet:nō hēbat.In mľtos uero ꝑfectus locos erat & cōtūeliæ &cauillo recipiebat᷑q; a nemīe:Vt āt a lacedæmonios uenit:pueri oēs aſſurrexere: pluresq; uiri ceſſere locū.At cæťis græcis plauſu morē admiratis ac ſūmis laudibus efferētibus:ſenex ut mouit canūq; caput barbāq; ſenilem & lachrymaſſet ait.Heu miſero mihi ut oēs græci q̄ honeſta ſunt norunt: ſed iis lacedæmonii utunt᷑ ſoli.

Olympia

f Erūt āt qdā idē athenis quoq; accidiſſe.Nā cū Panathenæa agerētur:attici īpi ſenē ꝑbris īſeq̄bant᷑:qppe q eū ut ſuſcepturi iuitabāt. Si uero accederet:nō recipiebāt.Vt āt petitis fere oibꝫ ad lacedæmonios uenit ſpectatores:oēs e ſedilibꝫ aſſurgētes locū cedebāt.Eo āt facto mirifice turba delectata īſigni admodū ſignificatōe applauſit.atq; ſptiata qs dixit.Per gemios athenieēſes qdē q̄ honeſta ſt᷑:ſciūt:nō aūt agunt.

Panatenæa

m Endicus a lacone petiit:at ſi tibi inquit dedero:eris paupior. Tuæ uero huius ieptitudinis q primus porrexerit:auctor ē futurus quippe q inertē te fecerit.

Mendicus

l Acon ubi quēpiam uidiſſet:qui res diis īmortalibus cōgregaret nihil ait curare deos:q ſe eēnt paupiores.

Lacon

c Vm qs adľteꝝ apd turpē uxorē ꝯphēdiſſet:afflicte ait q̄ tibi ncītas

a Lius oratorē audiens:q magnos uerteret orōnis ābitus:& ꝑ geios ait:fortis qdē hō hic ad nullāꝑpoſitū īſtruit:atq; exercet linguam.

c Vm lacedæmona qs ueniſſet:honore īſpecto quē iuniores ſenioribus præſtabant.In ſola īquit ſparta ſeneſcere cōducit.

i Nterrogatus lacō cuiuſmodi Tyrtæus poeta eēt bonus īquit: qui īuuētutis aīos & cōtumelia ībuat & ſtulticia.

a Lter cū in dolore oculoꝝ egrederetur ad bellū:& aliqui ei dicerent quo uadis ita affectus:aut qd facturus.Si aliud inquit nihil egero ſaltē hoſtis gladium hebetabo.

Buris
Spartis
Xerxes

b Vris & ſpartis lacedæmonii ultro ad Xerxen perſarum regem ad crutiatum cui lacedæmon pro oraculo erat ob noxia: profecti. Ná caducatores a rege ad ſe miſſos lacedæmonii occiderant: ubi ueniſſent ad regem: iuſſerunt: quo uellet modo ſe pro lacedæmoniis interimeret. Sed ut ille admiratus uiros liberauit: rogaretq: apud ſe ut manerent. Et quo nam pacto dixere uiuere hic poſſimus patria legibuſq; relictis & his uiris pro quibus tãtum itineris morituri uenimus. Ad eum Indarnus dux maiorem immodum rogaret: ac fore diceret: ut ii æque honorarent atq; illi: qui amici maxime apud regem ad dignitatem prouecti eſſent: dixerunt. Ignorare uideris nobis: cuiuſmodi res eſt libertas: cui mentis compos perſarum regnum haud prætulerit.

Indarnus

Lacon

l Acon quoniam die ſuperiore hoſpes eum declinaſſet: poſtridie uero ſtratis uſus large magnificeq; excepit: inſcendit ſtrata: eaque perſſundabat addens: propter hæc heri ne in ſtorio quidem dormiui.

a Lter cum ueniſſet athẽas: aſpiciens athenienſes qui pernas & obſonium proclamarent: & publicanos ac lenones gererent: & alia inepta opera agerent: nihilq; turpe ducerent ubi in patriam reuertiſſet: percũctantibus ex eo ciuibus qualia eſſent: quæ athenis uiderat: p ſimulationẽ dicebat omnia eẽ honeſta: orationeq; monſtrabat omnia apud athenienſes honeſta cenſeri: turpe autem nihil.

a Lius quapiam de re interrogatus reſpondit: non. Vt autem is qui interrogarat: reſpondiſſet: tu mentiris: uides ne inquit: te uanum eſſe qui quæ noris: interroges.

Lygdamus

u Enerunt aliquando lagati lacones ad lygdamin tyrannum. Vt uero ille differens ſæpe congredi tardaret: dicerent autem eum oĩbus in rebus molliter habere: at iſti narrato dixere nos nequaquam p deos immortalis ad ipſũ ueniſſe: ut palæſtrã cũ eo luderemus: ſed ut diſſeremus.

l Acona quempiam cum quis myſteria edoceret: interrogabat: quid impium maxime egiſſe ſibi conſcius eſſet. Hic autem ut dii ipſi norunt. At ubi ille magis magiſq; urgeret: ac diceret: omnino id eloq te oportet: contra lacon interrogauit: cui me prius oportet eloqui tibi ne an deo? Illo autem dicente: deo. Tu igitur inquit abſcedito.

a Lter cum noctu monumentum præteriret: ac dæmonium quoddã uidere uiſus eſſet: incurrebat: ut id lancea tolleret: atque inſigens inquit: quo me fugis bis moritura anima?

a Lius cum optaſſet ab leucade ſeipſum iacere: locum inſcendit: altitudineque inſpecta auerſus eſt. Quod cum ei daretur probro: inquit non exiſtimaram optioni alia maiore optione opus eſſe.

a Lius in acie cum eſſet enſem ĩ hoſtem demiſſurus: quoniam recep-

tui ceciniſſent:non etiam demiſit.Quodam uero percunctante:quur hoſtem quē ceperat:nō occidiſſet qm̄ iquit melius ē parere p̄ncipi q̄ necare.

l Aconi cuidam cū in olympia uictus iterum eſſet:dixit quis tuus aduerſarius o lacon te melior fuit:minime inqt:ſed ꝓſternēdo aptior.

e Orum qui ad conuiuia ingrederentur cuique natu maximus monſtratis foribus per has ait:uerbum nullum egreditur.

Dionyſius

e E cum nigrum quod dicitur ius apud eos maxime ꝓbaretur adeo: ut ſeniores ne carnem quidem appeterent ſed eam adoleſcentibus cederent:fertur dionyſius ſiciliæ tyrannus huius gratia emiſſe laconicum adoleſcentem:eique imperaſſe:ius illud ſibi pararet:ac ſumptui nulli parceret:quod cum deinde guſtaſſet:offenſus deſpuiſſe:quocunque dixiſſe: o rex hoc ius tibi ueſcendum eſt:ubi te & laconice exercueris:& in eurota laueris.

Eurotas

Lacones

l Acones ubi modice in conuiuiis biberint:abeunt ſine funali. Non enim licet pergere præuio lumine neq; hanc neq; aliam uiam: quo aſſueſcāt & ex tenebris ac noctu fidenter intrepideq; proficiſci.

Lycophones

l Itteras pro neceſſitate diſcebant. Reliquarum uero diſciplinarum admittebant nihil.Nec hominum magis quam librorum.Erat autem illa iis diſciplina:ut honeſte parerent:labores conſtantiſſime tolerarent:pugnandoq;,aut uincerent:aut interirent. Degebant autem ſine tunicha amictum unum in annum capientes.Erantq; corporibus ſqualidi. Et qui balneis utplurimum unguentiſq; abſtinerent.Dormiebant etiam una pro alis & turmis in thoris ex arundinibus factis:quas fecus eurotam naſcentis ipſi conuehebant ſummitates manibus non ferro confringentes.Per hyemem uero eos qui Lycophones appellantur ſibi ſubiiciebant thoriſq; immiſcebant.Ea enim materia calidi quiddā habere uidebatur. Auare præterea eos pueros qui probo eſſent aīmo: permiſſum erat:coire autem cum iis turpiſſimum cenſebatur:perinde atq; non animus ſed corpus potius amaretur:qui uero eſſet accuſatus perinde ut ad dedecus congrediens:is erat per omnem uitam infamis.

m Os etiam fuit iuniores interrogari a ſenioribus:& quo proficiſcerētur & quamobrem atq; qui minus reſponderet:aut cauſas necteret obiurgari.Qui uero ſe præſente delinquentem non obiurgaſſet:pari caſtigationi erat obnoxius:cui etiam deliquens ipſe. Et qui caſtigationem moleſte ferret:in magno erat opprobrio.Quod ſi quis in delicto eſſet depræhenſus:oportebat hunc quandam in urbe aram circuire ac uituperationem quandam in ſeipſum uerſu compoſitam canere.Quod aliud nihil erat quam ipſum ſemet obiurgare. Erat etiam mos non proprios dūtaxat ueteri patres atque his parere ſed omnes etiam ſeniores uerecūdia

proſequi.Et illis in uiis cedere e ſedilibuſq; aſſurgere:quietiſſimeq; tran-
ſire.Itaq; ius quilibet habebat non quemadmodum in aliis ciuitatibus
ſuorum filiorum & ſeruorum ac poſſeſſionum ſed æque proximi ac ſua-
rum rerum ut quam maxime iis communibus uterentur:& perinde atq;
de rebus domeſticis curam gererent. Et qui puer a quopiam caſtigatus
ad p̃rem detuliſſet:turpe erat audiẽti patri:ſi minus eum rurſus caſtigaſ-
ſet.Credebant enim ſibi ipſis ex īſtitutione patria nil turpe filiis imperare.

Vrantur autem pueri ex eſculentis quidquid poſſint: diſcentes
f hi quidem ingenioſiſſime dormientibus aut negligẽtius cuſto
dientibus inſidias tendere.Qui uero fuerit depræhenſus: uerbe
ribus eſuriaq; mulctatur. Tenuis enim iis uiliſq; cæna eſt:quo ſua indu-
ſtria indigentiam propulſantes audere callereq; cogantur. In faciundo
autem conuiuio propterea parſimonia utebantur: ut aſſuſcerent repleri
nunq̃:poſſentq; famem ferre.Ita enim arbitrabantur uel ad bellum utilio-
res fore:ſi poſſent etiam ſine cibo labores tolerare:& continentiores tenu
ioreſq; in multum uſq; tempus degerent a paucitate ſumptus. Et ſine
obſonio degere æque atq; eſcam omnem admittere id exiſtimabant: ad
meliorem ualetudinem corporum ab alimenti paucitate habitudinemq;
accedere:putantes ii quidem ipſum ſpiritum:qui præ nimio alimento in
profunditatem latitudinemq; premat:in altitudinem corpora non preſ-
ſum attolere:facereq; pulcherrima.Graciles.n.& macilenti habitus artuũ
agilitati parẽt:habitiores uero & carnoſi onere ſuo reluctantur.

D hæc nemine minus modulis carminibuſq; ſtudebant. In iis
a autem ſtimulus quidam inerat ad uim animi incitandam & ad
impetum quaſi furentem quendam atq; ſtrenuum inducẽdum
Ac dictio erat & facilis & ſeuera:habebatq; aliud nihil:quam tum eorum
laudationes:qui generoſe fortiterq; uixiſſent:ac præclare & fauſte ꝑ ſpar
ta occubuiſſent:tum etiam eorum uituperationes:qui metu id agere de-
trectaſſent:perinde atq; triſtem uitam miſeramq; uixiſſent.Erat præterea
præceptio quædam atq; iactantior excitatio pro ætatum dignitate ad uir-
tutem.Tribus enim choris pro tribus ætatibus in celebritatibus conſtitu-
g Aleni medici præcellentis de medicinæ principiis opuſculum ad Nicolaum nepotem tuum tibi Iacobe antiquari latinum feci:quod eum a dialectita & philoſophia: unde perq̃ eruditus emerſit ad medicinæ ſtudia ſe conuertiſſe nuper accepi:tum quod ad rudes erudiendos hūc librum inſignis imprimis auctor compoſuit:tum quod non mediocres illic ad ipſum nepotem tuum fructus deriuari poſſe exiſtimarim: quandoquidem totius fere medicinæ ſiluam inde ipſi liceat animo contemplari & ſeſe ad eam capeſſendam conformare:planeque inſtituere.

Quod ſane meum erga te officium quam lætus tibi deprobam facile pò
terit iudicare:qui priſtinam inter nos:& iugem norit beniuolentiam:ut in
perpetuo tete erga me tenueris officio:omitto lenitatem in loquendo:ſe-
dulitatem in obſequendo:fidem & caritatem in obeundo:& quæcunque
amico profutura intelligas amplectendo : quod ſane quam in te rarum
tam amabile & obſeruabile eſt. Videas ſiquidem quoſdam ſua opinio-
ne doctiſſimos:qui ut ipſi uulgo eruditiores habeantur ſublimes incedā-
tur:qui litterarum ſtudioſum quenquam uix recta facie ſpectare dignen-
tur:quos dum loquuntur credas ſingultire:mox uero cum ſe in quen-
quam commouerint adducto ſupercilio:fronte rugata:contractiſq; nari-
bus meras aduerſum ſingulos triſtes hypocritæ profundant inſanias : ex
garrulitate lingulacæ auctoritatem aucupantes:tumidis crepitantes ſer-
monibus:& quo ſint imperitiores eo petulantiores intueare.Contra ue-
ro nos tuam morum ſanctiſſimorum ſuſpicimus prudentiam:admirabi-
lemque humanitatem:ſtilum amamus reconditas exquiſitaſque ſenten-
tias quas ſplendida ueſtit oratio:mollis flexibiliſque uerborum compræ-
henſio:ut ea tuo propemodum fingi uideatur arbitrio ita fluunt omnia:
ita liqueſcunt:ita nuſquam adhæreſcunt.His tantis uirtutibus fit ut par-
ſit omnes in omnibus liberalibus diſciplinis te plurimum obſeruare : his
ego me allectum ad te obſeruandum certe ſcio:hinc quod potui amoris
inter nos pignus exhibui.Verummodo iam nos forte uerboſiores quam
neceſſe eſt ſimus:ipſi Galeno cedamus de medicinæ principiis locuturo:
ſi tamen prius recenſuerim quid ipſe apud amonium philoſophum poſt
ariſtotelen inter primos habitum de medicinæ diuiſione annotarim in li
bro ſi quidem diuiſionum omnis inquit ars ſubiectum habet & finem :
itaque medicina ſubiecta habet corpora atque medicamina:finem uero
ad ſanitatem corpora perducere diuiditur porro medicina in ſpeculandi
uĩ & agẽdi ſpeculãdi qdẽ uis diuidit᷑ in naturæ & cauſæ:& ſignoꝝ explica
tionẽ:agẽdi aũt uis ĩ ſanatile & curatile.Rurſus naturæ explicatio diuidit᷑
ĩ elemẽta tẽperamẽta:potẽtias:humores:& mẽbroꝝ particulas.Cauſæ expli
catio in propoſita:& capitularia:& comprehenſa:ſignorum explicatio in
recordatile:diſcretile & futurorum præſagium quod prognoſticon uocãt
rurſus ſanatile eſt in cohibendo & nutricando & expellendo.Curatile in
remedia adhibendo:uictum deligendo:& chirurgicam exercendo : hæc
ſunt quæ Amonius:nunc quæ reliqua inſpiciamus.

# GAlieni medici ad medicinam introductorium.

m Edicinæ artis intentio quidem eſt ſanitas:finis autem ſanitatis adeptio:at medicis illa cognitu neceſſaria ſunt:ex quibus aut abſens abduci ſanitas poteſt:aut præſens conſeruari:atqui abſentem adducentia ſanitatem medicamina quidem & adiumenta appellantur: præſentem uero conſeruantia ſalubres uictus:hæc demum & ipſam medicinam ſcientiam ſalubribus:& morboſis conſtare priſcorum oſtendit oratio: ſalubria quidem uocans quæ præſentem conſeruent ſanitatem:& quæ ſublapſam atque afflictatam reuocent morboſa uero his contraria: medico ſiquidẽ duplici cognitione opus eſt:una quidem ad delectum faciendum & aſſumendum:altera uero ad fugandum:hinc etiam horum exquiſiuere:ac ĩueſtigauere ſcientiam:nec tamen omnes idem conſentiunt: ſed alii quidem ſolam aiunt arti experientiam ſufficere:aliis autem non parum uidetur ratio perficere:hinc igitur ab experientia illegitime excitati empirici nominantur:itidem & a ratione rationales & perinde primæ ſunt hæ ĩter medicos factiones:altera quidem ab experientia medicaminum potens inuentionem:altera uero a demonſtratione factionis nomen inuenere:has empiricen & logicen nominare conſueti ſunt empiricen quidem obſeruantem & comminiſcentem. Logicen ſiue rationalem opinantem & ratiocinantem:factionibus quoque ſimiles uiros protulerunt: empiricos quidem obſeruatores:& commentores earum rerum quæ euidentes eſſent illis:qui experientiam conſectati ſunt rationales porro:& opinatores ſiue dogmaticos:& commentores quicunqꝫ ſe rationi accomodarunt Inſtitutam uero hoc pacto artem empirici ferunt cum in multos delabi morbos homines uidiſſent alios quidem temere:ac ſponte ægreſcere: ac ſaneſcere animaduerterunt uelut ſanguinis fluxu ex naribus:aut ſudore: aut alui prefluuio:aut id genus aliorum:quorum ſingulis ad adiumentũ aut detrimentum quiſpiam perductus eſt:nec tamen quod ſenſile eſt id in cauſa fecerunt:alios autem quorum morbi cauſa appareat non tamen ex electione noſtra:ſed aliquo euentu:ac fortuna ſicut euenerit aliquãdo lapſum aliquem:aut percuſſum:aut quoquo modo ſautium ſanguinem profundere:necnun cupiditate uictum in morbo bibere frigidam aquã: aut uinum:aut huiuſmodi quidpiam aliud:quorum ſiugulis ad commodum:aut incommodum perducatur.Primam itaqꝫ commodorum aut ĩcommodorum ſpeciem naturalem appellarunt:ſecundam aũt fortuitam utrãqꝫ uero ipſaꝝ primã circũcidẽtiã uocauerũt:qđ ex ĩprouiſo rebus ad

ueniat & circum eas cadat nomen impoſuerũt:aduenticia igitur experientiæ ſpecies eſt huiuſmodi:ſui autem cuiuſlibet inſtigatione cum ultro ad experiendum peruenerint:aut ĩ ſomniis commoniti:aut quoquo mõ aliter opinantes. Cæterum tertium quoq₃ experientiæ genus eſt imitatorium cum iuuantibus aut lædentibus ſiue utcunq₃:aut natura aut fortuna:aut ſua ſponte ac monitu ad eoſdem rurſus morbos ab experientia ꝑducantur:idq₃ eſt quod ipſorum artem imprimis conſtituit:nec tamẽ bis aut ter:ſed etiam ſæpius imitaturi profecerunt. Deinde in eiſdem morbis idem faciendo inuenientes ut plurimum eandem recordationẽ: ſpeculationem nominantes iam fidem factam putauerunt: & artis partem eſſe:poſtquam uero multæ huiuſmodi coiuiſſent ſpeculationes medicina diceretur ut ſit medicina quidem præceptorium huiuſmodi aggregatio:& qui ea aggregat medicus:talis autem aggregatio ſua cuiuſq₃ perſpectio uocata eſt:quæ recotdatio quædam eſt eorum quæ ſæpius & idẽtidem perſpecta ſint:nominauerunt autem hoc ipſum quoq₃ experientiam:eiuſq₃ expoſitionem hiſtoriam. Id enim ipſum per ſeſe obſeruanti perſpectio:diſcenti autem quod ab alio fuerit obſeruatum hiſtoria ẽ. Sed quoniam in morbos aliquos inciderunt eſt quando non peruiſis:aut q̄buſdam cognitis quidam utantur:ſed in locis in quibus medelarum copia non erat. Tum ad experientiam ſe conuertunt auxiliarium obſeruationum ſibi aliquod inuenientes inſtrumentum ad ſimilis rei tranſitum quo utentes ſæpenumero etiam a morbo ad morbum ut ſimile idem ad iumentum tranſferunt & a loco ad locum:& a prius cognito auxilio ad proxime accedens:a morbo quidem ad morbum ut ſi ab igni ſacro ĩ ſerpentia tranſitus fuerit:a loco ad locum ut a brachio ad crus ab adiumento ad adiumentũ ut in alui profluuiis a pomo ad meſpilum. Omnis autem talis tranſitus uia profecto eſt ad inuentionem. Inuentio uero ante experienriam nuſpiam eſt:ſed cum quod ſperatum fuerat ad experiẽtiam perductum eſt ab ea teſtimonio iam fides facta:hoc nihilo tamẽ minus utcũq₃ pluries ac idẽtidem ita habere fuerit obſeruatum experiẽtiam ſimilis tranſitum ſecutam exercitationem uocant:quod eum qui hãc habiturus ſit inuentionem ita arte exercitatum eſſe oporteat. Cunctaq₃ experimẽta:ante experientiam inueniſſe:quibus ad ſe confirmandam ars indigebat:& quæ circa euenientia fieri potuere:hæc nempe ab experimẽto ad artis finem eſt uia.

q Væ rurſus ratione duce perficitur:ea corporis cui mederi inueſtigat naturam iubet ediſcere: necnon cauſarum omnium uires ĩ quas quottidie incidens corpus aut ſanius aut magiſquã fuiſſet

ualitudinarium euadit præterea aerum quoq; naturas:& aquarum & locorum:& inſtitutionum:& ciborum & potuum:& conſuetudinum medicum percallere aiunt oportere:quo ægritudinum omnium cãs inueniat & medicaminum uires poſſit cõiectare:& de eis rõcinari:ut talis rei cãm norit ad talem uim auxilium accomodet:quod uſui eẽ cognouerit:prius enim multifariam exerceri ĩpoſſibile ei aiunt:qui ad medicandum ſubdubitet quẽadmodum ĩ paruo ſiquidem exemplo id omne tibi licebit intueri.Eſto pars corporis aliqua languida & dura:& reſiſtens: & tumidiuſcula hic cãm medicum inueſtigare primum oportet cur plurimus profluens humor per id quod a natura eſt in eam partem eruperit exiccatq; ipm:ac diſtendit qui languorem adducebat:deinde ſi amplius profluxerit:cohibet ne profluat:quod ſi eam partem ab illo humore immunẽ nõ reddideris quonam pacto inhibebis quominus profluat:languidam ergo partẽ exinanies refrigerãdo quidem & aſtrigendo atq; obturãdo ĩfluere prohibebis:calefaciendo aũt & emungendo quod aggregatum fuerit exinanies.Ita igitur ab ipſa affectione eis cõferens efficitur oſtenſio : non tamen hanc ſolam aiunt ſufficere:uerum & ab egrotantis potentia alteram eẽ oſtẽſionem:& ab ætate aliam necnon a ſua languentis natura.

Aliis hoc pacto etiam ab anni tempore:a natura regionis:ab inſtitutionibus:a conditionibus:a conſuetudinibus:& ab horum ſingulis ſua fieri poſſe oſtenſio exiſtimatur:uerbi cauſa quo id exemplo manifeſtius depꝛhendas:eſto quiſpiam acute febricitans:ad ſe mouendum piger: corpore grauiter ſentiente:eſto etiam nunc longe turgidior quam prius: pluſq; ruboris habeat:ſint præterea uenæ multo turgidiores nõ dubium uulgo aiunt:quin huic calidi ſanguinis copia redũdet:quænam igitur medela: aut quænam exinanitio multitudini nanq; hoc aduerſatur quod contraria contrariis ſint adhibenda medicamina:quo pacto igit᷑ exinaniemus? aut quouſq;? id eim a ſola cã cognoſcere impoſſibile eſt:oportet ſiquidẽ & uim & ætatem:& tempus & regionem & cætera quæ pauloante dicta ſunt aĩaduertere.Nã ſi ualidus fuerit uiribus:& ætate adoleſcens:& anni tempus uernum fuerit:& locus fuerit temperatus:nõ errauerit quiſpiam ſi inciſa uena ſanguinem detraxerit:quantum cã ipſa iubet:quod ſi uiribus imbecillis ac ualitudiarius fuerit:ætateue puer ac ualde puſillus: aut admodum ſenex:& in frigidis regiõibus quales ſunt apud ſcythiam: aut feruidis quales ſunt apud æthiopiam:& anni tempus aut ualde frigidũ : aut ualde calidum : ne ſit quiſq̃ qui ex uena ſanguinem mittere audeat: ita ſane & cõſuetudines & inſtitutiones:& naturas corporum iubẽt animaduertere:ipſis nãq; ſuam conferentis oſtenſionem fieri putant a qbus autem conferentis oſtenſio dogmaticis eſt:ab eiuſdem obſeruatio eſt em

piricis:prædictam enĩ in febricitante caſuum aggregationem:quam ſyn dromen.i.cõcurſum noĩare cõſueuerunt:dogmatico quidem exinanitio nem edicit:empirico aũt obſeruationis recordationem: nam hoc pacto habẽtibus plerũq; exinanitionẽ profuiſſe aĩaduertit: quãobrem nũc quo q; ea uſurus ſperat ꝓfuturam. Cæterum ætate nẽpe adoleſcentes idone am euacuationem minime moleſte ferre uidit:ex quibus id ſæpe aduer tit:ita aũt uere magiſq̃ æſtate:in locoq; temperato:necnõ ſi languẽti eua cuandi fuerit conſuetudo:uelut per hæmorrhoidas:aut nares:at dogma ticus abſtulerit certe etiã ob hoc:plus ſanguinis a rei natura excitatus. empiricus ãt qđ ita ſane obſeruarit:& ĩ uniuerſum ĩ eiſdẽ lãgoribus eadẽ eẽ oportet medicaĩa ratus ẽ tã dogmatici:q̃ ẽpirici ita ſibi aſſumũt hæc ut circa eoꝝ ambigãt ĩuẽtionẽ in eiſdẽ enĩ appẽtibus ĩ corpore caſibus dog maticis cauſæ naſcit̃ ĩdicatio uñ curationẽ ĩueniũt.Empiricis aũt ẽ cõme moratio ſæpe:ac idẽtidẽ obſeruatoꝝ:ſane ĩ q̧bus dogmatici caſum nullũ apparẽtẽ hñt q̧ oñdat cãm in iis pcũctari nõ detractãt:idq; pricipale cãm appellamus:ut ſi rabidus canis:aut uipa aliudue huiuſmodi quẽpiã mo morderit hulcus certe ipm nihilo magis aliis uidebit̃ hulceribus altera tũ:aut ꝑfecto a pricipio cũ de rabiẽte cane emanauit:ſimile uidebit̃ mor ſibus ab alio factis aĩali.In uipis aũt ad primos q̧dẽ dies hulcus ẽ aliis ſi mile:poſtremo aũt cũ iã paſſiones laborauerint:quædam eis adueniunt pernicioſa & fere tales caſus:quales qui ex uirulentis & lœthalibus obori ri dicũtur aĩalibus:quæ non facilem admittunt curationem:& quæ con feſtim a principio ad poſtremum uſq; euadũt pernicioſa: quæ nam igit̃ huius recta erit curatio:an uidelicet exhauriendum ẽ qui ſubiuit aculeus cum corporis diſcerptione eius qui compũctus eſt:an ad cicatricem age re oportet:ac feſtinandum ut hæc concludantur:ſed hoc aliquando con trarium eſt:ſecant enim ſæpenumero ipſa ſi omnino exigua fuerit: cali diſq; & acutis & ad trahẽdum ac exiccandũ uirus aptis utunt̃ medicami nibus:ꝑpter eandẽ cãm eadẽ medicamina etiam empirici ſuſcipiũt non ab ipſius rei natura ad inuẽtionẽ perducti:ſed eorum quæ ab experimen to apparuerunt memores:quẽadmodum enim in ætatibus & tempori bus:& regionibus:& in uno quoq; eorum quæ dicta ſunt curatio ab ex perientia ipſis cognoſcitur:ita in eis cauſis quæ principales nominantur ſi quidem uias inuentionis ueras eſſe utraſque pariter ſibi aſciuerunt nõ eſt quod longiore utantur oratione:ſed quoniam experientiam dogma tici increpant:alii quidem ut inſtabilem:alii autem ut imperfectam: alii uero ut artis expertem. Contra uero empirici rationem utpote perſua ſibilem quidem:ſed non uenam impugnant: ob hoc duplex utriſque ratio eſt: ac longius extenditur accuſantque & particulatim defenſa:

ut quæ ab æſculapio de experientia dicta ſunt: qui oſtendit ut arbitratur nihil ſæpe idētidem perſpici poſſe: atq; ita eam prorſus inſtabilem eē uult & ne quidem ad exiguum aliquid inueniēdum eē idoneam: necnon ab Eraſiſtrato qui ait ſimplicia quædam & in ſimplicibus ab experiētia comperiri: ueluti quod ſtupori portulaca medeatur: nec tamē hæc compoſita & incompoſitis idem ēt fieri concedit: nō impoſſibile quidem ipſam omnino inuenire: nec tñ in uniuerſum idoneam eſſe uult hæc & huiuſmodi ſunt quæ proferuntur ab illis: qui ab experiētia aliquid cōcedunt inueniri: ſed culpāt ipſam quod uagetur: quod termino nullo cohibeatur: quod longa: & quod ut ipſi aiunt diſciplinæ expers ſit: deinde alii qui hác rationem exercēt atq; proſequuntur nō inſtabilem neq; nō exiſtentem ut rem aliquam artis expertem eē uolunt itaq; etiam aduerſus has inceſſentes rationes reſpondent & ſtabilem & per ſe idoneam: & artem oſtendere temptant experientiá & iidem multifaria ratiocinatione aduerſarios īceſſunt itaq; dogmaticis ad unamquāq; eorum accuſationis ſpeciem reſpondeř neceſſarium arbitrati: prædicantes ſe corporis naturam tenere & ægritudinum omnium generationes: & medicaminum uires in omnia pariter inſurgentes empirici calumniantur: quod perſuaſione tenus iure procedant: cæterum firmitudinem nullam habeant cognitionis: eſt etiam quá do cognitioni ſuæ cedant rem inuſitatam indicare temptantes: & hoc aliquando dantes ſuperfluum rurſus coarguūt: hec certe in uniuerſum ambigunt empirici pariter & dogmatici: ſpeciatim autem multa ī unoquoq; ipſorum ueluti in hís quæ ad inuentionem pertinent & eorum quæ non appareant quæſtionibus & in eis quæ ī anatome: quæ in oſtēſione: quæq; in dialectica ſpeculatione laudantur inſtrumenta ſiquidem hæc ipſis incerta uenantur: ſed nequidem empirici anatomen inuenire concedunt neq; ſi etiam inueniat id ad artem percipiendam eſſe neceſſarium at ne quidem oſtenſionē ullam oīo eſſe quod alterum ex altero cognoſci īpoſſibile ſit quod cuncta ſua indigeant cognitione atq; incertæ natura rei unius quidem ſignum eſſe: neq; porro ulli arti opus eſſe dialectica: proinde dialectices ad diffinitiōes aliqd conferre: uerum demōſtrationem aiūt nō eē principiū ullius īcertæ natura rei: iam uero ex īprobis demonſtrationis modis: qbus dogmatici uti cōſueuerūt: aliqd de ratiocinatiōe ī uniuerſū dicūt: & eodē qdem mō q̄ uero enūtiāt īuenire eiſdē īpoſſibile eē: neq; ars ulla alia pp id cōſiſtit: neq; uita ut aiūt humana ꝑcedit. Hæc aūt ratiocinatio: quā apparētē eē aiunt rationē utilis qdē ad incertaꝝ occaſionū inuentionē ita enim ipſi uocāt quæcūq; generis quidem ſunt ſenſibilium non tamen etiam demonſtrauerūt: utilis autem etiam ad redargutionem eorum qui audent aliquid in id quod apparet dicere: utilis quoque

in apparentibus rebus oſtēdere quod deſpicitur & ad ſophiſmatis occur-rendum ad nullo manifeſto abſtinens ſed in his ſemper uerſat̃ nec tñ hic rõcinatio inquiunt:ſed ab apparētibus quidē incipiūt:& ad ĩ uniuerſum ĩcerta ꝓcedunt:& ob hoc multiformis ē nam ab eiſdē apparētibus aliquā do ad aliud:quod ĩ numero incertoꝝ ſit accedit:hinc ēt diſſonātiam ſibi ĩ iudicabilē præſtruunt:quā in cõprehēſibilitatis ſignū eſſe aſſerūt:ita.n. ip ſi ueram ac ſtabilē cognitionē cõpræhenſibilitatē uocãt illi aūt cõtrariam incõpræhēſibilitatem atqui incõpræhēſibilitatem diſſonātiæ cām eē aiūt ad improbādum:diſſonātiam porro incõpræhēſibilitatis ſignum eē:ĩpro bationē uero circa incerta ꝓportionē eē aiunt nõ circa apparētia hic unū quodq; apparens teſtimonium affert uera dicentibus falſos uero coargu it.talia inter ſe inuicem ambigentes empirici & dogmatici ĩ morbis eiſdē curationem eandem facientess quicunq; in utraq; ſe factione exercuerūt.

De methodicis.

u T qui methodici nominantur:ita enim ſe uocant nõ quemad-modum dogmatici artem doctrina tractandam eſſe aſſerunt: uerum mihi ueterum uidentur opiniones citra rationem inſti-tuere artiſq; opera multa tranſformare hi ſane neq; paſſum locum ullo mõ cõferre aiunt ad curationis oſtenſionem:neq; cauſam:neq; ætatem: neq; tempus:neq; ad ægrotantis potentiæ cõſiderationem neq; naturæ aut habitus eius:excuſant ſane etiam ſe & a regionibus:& a temporibus: & a cõſuetudinibus a ſolis paſſionibus cõferentis oſtenſionem ſufficere aſſerentes nihil ab his ſpeciatim:ſed cõmuniter:& in uniuerſum apponē-tes:uocantq; ea etiam communia quædam.Hæc certe ipſa in omnibus ꝓ ſequūtur quæ particulatim tractantur:& experiuntur alii quidem per ui-ctum ægritudines:nonnulli autem omnium duo omnio communia oſtē dunt & tertium ex his mixtum nominaq; ipſis impoſuerunt aſtrictionem & fluorem:omneq; ægritudinem aſſerunt aut aſtrictam:aut fluentem eē: aut ex utroq; mixtam:quod ſi naturales corporum deiectiones ſcaturiãt ſtrigmentum uocant:ſin uero adhuc magis ferantur fluores dicere ſolent quando autem & ſcaturiant:& ferantur in hoc minutionem conſiſtere ſi cut in oculo inflamato:pariter:& profluente:inflamationē uero:quæ ſtrig mētum paſſio eſt quod ſola non ſit:ſed cum fluore circa unum & eūdem locum totum ſimul mixtam efficere paſſionem:commodi uero oſtenſio-nem in ſtrigmento digeſtionem:in fluoribus autem ut contineatur eſſe: genu(ſi modo ita contigerit)inflamato:digerendum eſſe aiunt:profluen-tem autem alium aut oculum cohibendum:ac continendum ĩ mixtis ue ro uehementiori inſiſtendum:nam magis uexanti & periculum efferenti hoc eſt magis ingruenti occurrendum eſſe aiunt potiuſquam alteri; qd

igitur ſe non dogmaticos uocauerunt oſtenſione adiumenta præbentes quoniam ſcrutant̃ aiunt ĩcerta dogmatici:nos aũt ĩ euidentibus ut opus eſt uerſamur:factionēq; ſuam totam ita diffiniũt euidētium eoꝝ quæ cõmunia ſunt cognitionem ac ne cũctis aliis artibus cõis uideat̃ diffinitio: illas ſi quidem euidētium qualitatũ cognitiones eē arbitrãtur:ob hoc adiecerũt quæ medicinæ finem cõſequunt̃ ipſoꝝ porro q̄dã non quæ cõſequũtur ſed medicinæ cõueniũt appoſuere.Cõplures aũt utrunq; cõiungentes cognitionē eē euidētium eoꝝ quæ communia ſunt diſciplinã aſſerũt quæ medicinæ fini cõueniat ipſumq; conſequat̃ quidam aũt quemadmodum theſſallis intẽtionũ &neceſſarioꝝ ad ſanitatē ſic certe dogmatici indignant̃ appellari:nõ enim ſibi opus eſſe incerto aiunt ſicut illi:neq; empirici:& ſi quod maximũ illis eſt circa euidens habeãt:quod ab illis oſtenſione diſtiguãtur: nec tamē ĩ ipſo circa euidēs exercēdi modo ſe cũ empiricis aiunt cõuenire:illos eĩm ut ab incognitis diſtigui ab ĩcertis ſe uero tanq̃ ab inuſitatis:& empiricos quidem ĩ euidētibus obſeruationem ſe uero oſtenſionem habere:in his igitur ſe ab utriſq; differre aſſerũt & præſertim ĩ quibus tēpora & regiones & ætate & huiuſmodi omnia excidũt:quæ inuſitata manifeſto ſunt ut illi cenſent:gloriæ aũt cauſa a prioribus medicis ĩ primis rebus habita:idq; methodices factionis maximũ: a ſingulare bonũ eſſe aiunt & ob hoc ſe ipſos uenerantur:& admirationi haberi putant breueq; uitam aſſerentem:artem uero lõgam:ĩcrepant:nã ecõtrario ꝓrſus id accipiendum:eē eni ipſam breuem:uitam uero longã quod cũctis falſis ablatis ars proſit:& ſi ad communitates omnes nos reſpexerimus non longa neq; difficilis ſit medicina ſed facilis & aperta: q̃ mēſibus ſex aut quam celerrime percipi poſſit.Ita enim ĩ ægritudinibus eſſe per uictum ſi in anguſtum uniuerſum ualde cõtrahat̃ itidem:& ĩ eis quæ per chirurgiam:& medicamētariam:quãdo quidem ĩ illis quoq; in uniuerſum communia quædam ĩuenire pertēptant:medicaminũq; mœtas numero paucas ſubiiciunt. Proĩde mihi quidem in peruulgatis ſex mēſibus nihil negocii habuiſſe uidētur ſed multo citius totam artem ediſcere credidiſſe:cõciſamq; diſciplinam cã uere cognoſcēdi temporis ſatis ſuppetiuiſſe:ſi modo nõ mentiũtur:mētiētium uero negligētiam nobis liceat ĩcrepare:at quo poſſit quiſpiam maxime iudicare iure ne circa utile ſe excæcarit:aut rectene ſuperfluum tantum effugiãt iam dicere nõ recuſabo:eniuero nõ parua uidetur cõſideratio neq; ad rationem uſque modo procedere:quemadmodum ĩ dogmaticis & empiricis ſunt ubi de adiumētorum ĩuētione cõtēdunt præſentem uſum admittentes: uerum etiam artis opera uæhemēter offendũtur itaq; ante methodicam factionem neceſſarium uel maxime adiuuare.

c Vm ī rebus omnibus adminiſtrādis duplex ſit iudicium:unum quidem quod a ratiōe:alterum uero quod a manifeſto euidentibus manat:quod a ratiōe ſola proficiſcitur:id ſane maius eſt: quam ad itroducēdum adhibēdum eſſe uideatur:nō ergo nūc eius ē locus:alterum autem quod in euidētia poſitum ē: omnibus commune exiſtit hominibus:quid ergo prohibet hoc nos uti:quod & primum & apertum pariter eſt ad itroducēdum quodq; ab ipſis magnifactum eſt methodicis quippe qui nihil aliud:quam euidens extollūt:& ubiq; efferunt: at cōtra icertum omne īuſitatum eē aiunt:age itaq; de his potius coniiciamus:quæ principales cauſæ nominātur Iudicii regulā ad ipſum euidēs adhibētes:ꝑmuſq; methodicus accedēs dicat:quid nam frigora:& æſtus: & ebrietates:& cruditates:& expletiōes:& inedias:& labores:&ocia:& pulmētorum qualitates:& cōſuetudinum commutatiōes o dogmatici pariter & empirici paſſim tractatis:utrum his uos mederi oportet:affectiones in corporibus diſpiciētes ubi pricipium nullum talium prorſus eſt: uerū ipſa quidem abeunt:quod aūt ab his factum i corpore manet & huic medicari oportet:id eīm ipſa paſſio eſt.Cōſiderādum igitur:ipm̄ cuiuſmodi ſit:nam ſi ſtrigmētum ſit:digerēdū:ſin aūt fluidum cōtinēdum:a quacūq; cā utrūq; factum fuerit quid igitur adhuc cām iuuat:neq; fluido digeſtiōe idigente:neq; ſtrigmēto ut cōtineatur aut omnino nihil: ita ſane res ipſa idicat ſimiliter eſt methodicis ſermo:& de icertis:& de eis quæ ueræ:ac pricipaliſſimæ cauſæ nominātur:& illa quoq; aiunt eſſe ſuperflua paſſiōe curationem ſuam īdicāte etiam ſi cauſa unde emanarit:non cognoſcatur.Hoc aūt modo ratiōibus ad tempora:ad ætates: ad regiōeſq; trāſcēdunt:hic ueteres demirātur medicos niſi ita medeātur:re ipſa tam aperta:nam īflammatio īquiūt cum paſſio fuerit ſtrigmētoſa: & non ſit æſtas digerētibus īdiget adiumētis:ſin autem hiems aliis quibuſdam: uerum ī utroq; tempore eiſdem neq; i puerorum ætate digerētibus: ſenum autem cōtinētibus opus erit medicaminibus:ne ī ægypto quidem digerētibus:athenis aūt cōtinētibus & ecōtrario in īflammatione quæ fluida paſſio eſt:nunquam digerētibus ſed cōtinētibus perpetuo opus eſſe aiūt tam hieme q̄ æſtate:uereq; atq; autūno:ſiue puer ſit ægrotus:ſiue adoleſcens:ſiue ſenex:ſiue id in thracia acciderit:ſiue in ſcythia loinaue ut ſit ægrotus:nūquid huiuſmodi nihil ad quicquam aiunt proficere:ſed icaſſum hæc omnia ſatagi:atq; exquiri:quid porro corporis partes:nunquid & ipſæ quoq; ad curationis oſtenſionem fruſtra dinoſcūtur: aut audeat quiſpiam dicere quod ī neruoſa quidem parte inflammatio digerēda ſit ī arterioſa aūt aut carnoſa aut uenoſa cotinēda atq; cohibēda:aut oīo ſi ſtrigmētum ī aliqua corporis pte fuerit:audeat qſq̄ dicere qđ nō ſit dige-

rendũ aut nõ cõtinendũ quicq̃d erit fluidum quod ſi nũc ptis natura nõ ſubmutat curationis modũ:ſed ſemp iuxta paſſiõis genus adiumẽtoꝝ ẽ inuẽtio:icaſſum ẽ manifeſto partis cõſideratio:ac methodicus quidẽ talis quaſi per nebulã ac figuram expræſſus:accedat nũc ſecũdo loco empiricus ita quodammodo.

## De empiricis.

Ego euidẽtibus nihil noui antiqus:nec qcq̃ dicere poſſum ſapiẽtius eis q̃ ſæpe ꝑſpexi:quod ſiqs id qđ euidẽs ẽ floccifacit: quẽadmodũ quẽdam mihi uideor audiuiſſe ſophiſtam q nos ipm euidẽs magnifaciẽtes cauillatiõibus amouebat:ad quẽ nos: tu ꝑfecto iã uictoriã uiceris cadmeã:ſinaũt quẽadmodũ a principio te audiui incertũ inutile ẽẽ aſſerentẽ:ſed ſeq̃nda cõcedentẽ manifeſta:forte uidebor ad euidẽs abs te deſpectũ iducere:duo a rabido cane morſi hoĩes ad ꝯſuetos medicos ierũt remedia petẽtes hoꝝ alt̃ius exiguũ fuit hulcus:ut totã pellẽ nõ uideretur diſcerpſiſſe. Is autẽ curationẽ adhibebat hulcus ſolum & nihil aliud curãs.Itaq; itra paucos dies ſana ea pars ẽẽ uiſa ẽ:alter aũt poſteaq̃ canẽ rabire nouit:tãtum abfuit:ut celeraret hulcus ad cicatricẽ pducere:ut ei cõtrarium fecerit:& ſp maius efficere ſtuduerit:ualidis & acutis uſus medicaminibus ad addictũ uſq; tp̃s & ꝑpetuo hoc tpe rabiei medicamina:ut aiebat ipſe eum bibere coegit atq; ita ambobus uniuerſum abſoluit:ſiquidẽ ſanus is euaſit:qui medicaĩa ebibit:alter aũt q ſe nullo exiſtimabat malo obligari cõfeſti aquã expauit & ſubuulſus pijt. nũqd tibi uidet̃ pricipalis cã i his fruſtra pſcrutata ẽẽ:aut ob aliãne cãm ille hõ mortuus ẽ:quã pp negligẽtiã medici cãm ꝑſus nullã ſciſcitãtis:neq; curationẽ a ſe obſeruatã ãplectẽtis:mihi ꝑfecto ob nullã aliã cãm q̃ ob hãc uidet̃ Sed qm̃ euidentiã ſeq̃ntes huiuſmodi cãm nullã p̃terire nõ pñt.Ita ẽt ætatẽ præterire nõ poſſum & pide neq; euidẽtiã puip̃edere.ſiqdẽ hic i euidẽtiã cogimur i eiſdẽ ꝑſus paſſiõibus nõ uſqueq̃q; eãdẽ curationẽ indicãtibus.Veꝝ ẽ qñ tm̃ diſtantes fuerũt idifferẽtibus ætatibus ut nõ q̃titate ſolũ aut adiumẽtoꝝ modo diſtinguantur:ſed toto etiam genere : pleureticos igitur multos adoleſcẽtes & ualidos uidi ego ſæpenumero & a nobis ex uena ſanguinem emiſerũt:ueꝝ cuiquam i extrema ſenectute:aut puero admodum paruo neq; uos auſi eſtis ex uena mittere ſanguinem:neq; alius ullus unq̃:quid aũt cum hippocrates iquit:ſub cane & ante canẽ operoſa ſunt medicamina:& cum rurſus inquit æſtate ſuperiores medicandum eſſe uentres:hieme aũt iferiores utrum nobis uerũ dicere:aut mẽtiri uideatur.In utroq; eĩm aſſerendam delectionẽ dubitaturos puto:men-

tiri enim ſi dixeritis euidens ipſum floccifacietis:quod magnificare dice-
batis:uidetur quidem ita habere uerum:ut ippocrates dicit:ſin autem ip
ſum uerum dicere aſſeratis admittitis tempora:& regiones quas inutiles
eſſe definiuiſtis Verum puto uos a uera nunq̃ longe peregrinatos fuiſſe
patria:neq; ĩ regionum differẽtia ullum feciſſe experimẽtum:aut oĩo ſcif
ſe ut quidem ſub ſeptẽtrione nõ ferant accumulatas ſanguinis miſſiões
quemadmodum neq̃dem ad ægyptum:totumq; meridiem:quæ aũt ĩter
hæc ſunt media manifeſtum ſæpe a ſanguinis miſſione ſumunt auxiliũ:
idcirco ne corporis q̃dem partes conſideratis:q̃ admirabilis hæc ratio ue
ſtra mihi uideri ſolet & uehementer abſurda nõ uera dicentibus modo:
ſed ẽt illiſq; a nobis aguntur prorſus contraria:o dii immortales hinc ſi in
flamatio fiet eadem ĩdigebit curatione?ſiue in lacerto:ſiue in aure:ſiue in
ore:ſiue in oculis fuerit?quidnam igitur aliq̃n uos proſpexi in lacertis in-
flamationes uulſella:ac ſcalpro abſtergere & oleum irrorare.In oculis au
tem nunq̃ quid autem oculos obſtypantibus medicamini medicamini-
bus inflamatos?nunquid lacertos eiſdem inungitis?quid porro aures in-
flamatas nunquid oculorum medicamini adiumentis?quid oculos nun
quid aurium?atqui longe aliud aurium inflamationis:aliud oculorum ẽ
medicamen:acetum ſiquidem cum oleo roſaceo aurium eſt inflamatio-
nis præſentaneum remedium.Cæterum neminem puto tam dementem
qui oculis inflamatis ipſum audeat adhibere:quod ſi audeat non exiguũ
detrimtum cũ audacia ac temeritate audebit:præterea gurgulioni infla-
mato egregiũ medicamẽ eſt ſpinæ ægyptiæ fructus:alumẽ ãt tritum præci
puum ẽ nunq̃d igit̃ hæc & oculis ĩflamatis:& auribus profuerint aut e cõ
trario extremũ attulerint detrimtum?oĩaq; hæc ego ita effero ut primum
uobis cõcedam ꝓpoſitum:quod oporteat in lacertis aut manibus ĩflama
tionem digerere:nec tñ etiam oculoꝝ:aut gurgulionis:aut auriũ:quod ſi
inflamationem quæ ĩ lacertis:& manibus nõ quocũq; modo digerẽdam
cõmemorem:forte cognoueritis ſi ſapiatis:quantũ aberretis:qui aũt nunc
habet̃ ſermo:euidẽtis ẽ recordatio.In quacũq; ſi q̃dem parte nõ ulla pla-
ga ĩflamatis aliq̃bus ſed ſpõte præſentẽ affectionẽ ĩchoãtibus quæ pletho
rice nominat̃:nemo cẽſebit particulæ digeſtiõe ĩdigere:ante totius corpo
ris deiectionẽ ac euacuationem nam præſentẽ ĩflamationem ſi id feceris
nõ modo nõ imminues:uerum ẽt adauxeris:inde ẽ quod tali ſane tẽpore
obſtipãtia & refrigerãtia ei patri accõmodamus:cum aũt totum corpus
deiecerimus:tum ẽt ĩflamata particula digeſtiões tolerabit:quod ſi hæc di
cẽs:ut exorſus oẽm habui oſonẽ uobis nõ pſuadeo:tẽpus utiq; fuerit mi-
hi auerſo euidens magnifacientibus liberari & bona uenia illos dimitere
hæc empirico memorãte accedat dogmaticus:ita ferme dicat.

## De dogmaticis.

Orte recte ſentiēti tibi illa ſufficere potuerūt ubi dictum ē neq; ætatem:neq; tempus:neq; regionem:& ne quidem principalem cauſam partemue corporis ullam inutilem arbitrari:quod ſi eui dentia cōmemorans nōdum perſuaſit empiricus ſed alia adhuc opus ſit orone illud mihi apponēdum duco:quo tuæ factiōis ꝓpoſitum ſtactū & ībellicum eſſe demōſtrem:nempe uos euidētium cōmunitatum cognitio nem dicētes audimus:īterrogabam aūt ipſe ubi libet circa qd communi- tas ipſa in primis cōſiſtat:& quo nam pacto ipſam cognouerimus : at id nōdum ut puto potuit cognoſci:cauſam plane nominum tenus pariter cōceditis in rebus aūt ipſis eſtis differētes q nam ſi qdem ueſtrum ſtrigmē toſum & fluidum naturalibus egeſtiōibus dimetiūtur?detētionibus ſi q- dem ipſis ſtrigmēti paſſionis nomē īdiderūt īmoderatis aūt egeſtionibus fluxus alii aūt ex uobis nō nulli:immo eqdem nō pauci in ipſis corporū affectionibus aiūt eſſe paſſiones:accuſantq; grauiter eos qui ad deiectio nem ac euacuationē reſpiciant:mihi autem ubi utriq; errare uideātur for taſſis iam expoſuero:ſit autem prior nobis aduerſus illos oratio qui paſſi ones egeſtiōes per naturam eē iudicāt demiror enim ipſos ſi neq; ſudores unq̄:neq; urinas:neq; uomitus:neq; ſceſſiones plures q̄ quæ p naturam ſint ī morbis uiderūt utiliter euacuantia & quod omnium maxime alie- num ē ſi ex naribus quidem fluxum aliquādo morbum eieciſſe aīaduer- terūt cuius nō q̄titas modo ſed totum genus contra naturam exiſtit:ſudo rum autem & urinarum quæcūq; per uētrem aut in uomitum proruunt genere quidem nō contra naturam:neq; tamē immoderata eſt tota mul- titudo:ut eo quidem uidi quoſdam in tantum ſudorem exceſſiſſe ut cul citras quoq; ſudore perfuderint:necnon alios tantum ex uentre egeſſiſſe ut ſupra triginta cotylas expleuerint:ſed non uidetur horum quicq̄ tolle re quo minus ægritudinem afferrēs euacuetur:quanquam regulæ ad om nia:quæ a natura ſunt egeſtionibus utenti Cuncta huiuſmodi fuerit im pedienda:quamobrem probabiliores quadammodo eſſe uidētur:qui af- ſectiones:in ipſis corporibus communitates ſubiiciunt:ſed hos quoq; de- miror quonam pacto eas euidētes auſi ſint dicere:nam ſi ex aluo non flu ens eſt fluxus:uerum corporum affectio ex qua ipſum eſt fluēs:hanc nul lo ſenſu euidētem eſſe contigit:quo pacto euidentes etiam fuerint com- munitates?nam & in colo fluoris affectionem eſſe poſſibile eſt & in tenui bus inteſtinis:& circa ieiunum:& circa uētrem & meſareon:& multa alia interiora quorum nihil ſenſu ꝑcipere poſſibile ē:nō ipſum neq; ipſius paſ ſionē:quonam pacto igitur euidētes dici poterint communitates?niſi ali- qd quod ꝑ ſigna ītelligi queat euidēs eē quiſpiam uocare uoluerit:quod

ſii hoc in quonam ueteres adhuc medicos excellunt? quo pacto etiam cõ feſtim ac ſex mẽſibus artem ſe docere prædicãt? nõ enim parua utiq; do-
ctrina indigeant neceſſe ẽ aliquid cognoſcẽdum: quod ſenſum effugiat
uerum qui hoc ex ſentẽtia uelit exercere anatomen opus ẽ ſingulorũ quæ
intus natura tegat doctrina: & naturali nõ parua ſpeculatione perdiſcere
quo ſingulorum opus & uſum conſideret: ſi quidem priuſq̃ hæc inueniã-
tur quæ in portionibus ſunt corporis pentiſſimi ullius impoſſibile eſt paſ
ſionem diiudicare atq; percipere: quid porro dicetur: quod hic profecto
dialectica magnopere opus eſt: quo aliquid quod ex aliquibus conſtet ac
perficiatur manifeſto depræhẽdatur: nec unq̃ admittẽda ſophiſmata nõ
a ſe nec ab alio contorta: eſt enim uideri ubi nobis inuitis aliquando no-
biſcum ſophiſmatis cauillamur: & tamen: uerbi cauſa: quid eſt fluor: clæ-
menter a ſe quæſierint: ſi diſſerendi facultatem tenuerint: nec ſane id ſolũ
ſufficere putandum eſt: quod a quibuſdam eorum dictum eſt: fluor affe-
ctio quædam contra naturam eſt: nam niſi quid ſit affectio teneamus ni-
hil admodum pluſq̃ prius cognouerimus: nunquid digeſtio quædam ẽ
aut mollicies: aut rarefactio: non enim dicentibus ipſis audiri quicq̃ ma-
nifeſtum poteſt: ſed quod aduenerit nunc quidem hoc: rurſus autem il-
lud: ſæpe uero ſimul oĩa tanq̃ nihil inter ſe differant: quod ſi quis ubi hæc
inter ſe differant inter ſe eos docere temptauerit & uelut eorum ſingula
ſua indigeant curatione: audire nullo modo patiuntur: ſed ueteres inceſ
ſunt & carpunt quod huiuſmodi incaſſum ac temere diffiniant: ita illabo
rioſe ac negligenter circa ueritatis inquiſitionem habẽt: at neq; quod con
tracto explicatum contrarium ſit molli aũt durum: raro quoq; dẽſum au-
dire patiuntur & ut præter hæc omnia aliud quiddam eſt naturales cohi
beri egeſtiones & fluere: & quemadmodum hæc ab hippocrate omĩa dif
finita ſunt: uerum de his ipſis p quam petulanter iudicium ferunt: & infla
mationem ita ſane uocant durum ac reſiſtentem necnon dolorem afferẽ
tem & calidum tuberculum admodum peruicaciter & incõſiderate ſtrig
mentum paſſionem eẽ dicunt exinde porro alias inflamationes implici-
tas nominãt uelut in oculis ubi cum fluore fuerint necnon in gurguliõe:
& palato: & cicatricibus: inde ſupponunt ſpiramentorum alia quidẽ rara
facta eẽ: alia ſpacioſiora & propter hæc utraq; paſſiones perpeſſos: qdam
uero non diffitẽtur circa unum & idem ſpiramẽtum una conſiſtere fluo-
rem & ſtrigmẽtum quod neq; facile cognouerunt ita in omnem proruũt
temeritatem: ex his pauci admodum pati poſſunt plus de his omnibus
audire & deſpicere: uixq; ipſos pœnitet ut ad id quod uerius ẽ ſe conuer-
tant inter hoc igitur quicunq; aliquatenus accurrate de primis ac genera
libus paſſionibus uolunt perdiſcere ſua ſcripta eẽ ferunt: at quod nũc in-

trōducēdis utile futuram ducimus nō iniuria aduerſus ipſos pauca dicē-
da ſunt:putē uero aliquid illos ēt a ſe mutuari:id aūt fiet ſi a cauillatione
alieni ratione & a ratione exquirant.

h Oc antē edicit ratio:ut uocata etiam aduerſus illos ipos iflamatō
contra naturam tuber ē dolorem afferēs:& reſiſtēs:& calidus' nihi
lo magis rarius aliquid exercēs iuxta ſua rationē:aut ſua parte dē
ſius:aut durius:ſed plenum fluore ſupfluo & ob hoc extēſum nec tamē ſi
quid omnino extēdatur:id denſius:aut durius ſe effectum ē:diſcas nem-
pe hoc in coriis & ſeribus:triciſq3:ac loris:ſi prorſus extēdere tēptaueris:ita
ēt medela impletorum ac inflamatorum deiectio ē ac exinanitio id.n.re-
pletioni contrarium quibus deiectis confeſtim conſequitur ut particulæ
digeſtiores euadant:tenor porro impletas neceſſario:ut ēt deiectas dige-
ſtio conſequitur dēſitas aū: aut raritas neutrum neceſſario:& nequidem
fluor:aut detētio neq3 enim ſi rarum ex ipſo iam continuo fluere neceſſe
ē:quid ſi craſſum & puſillum fuerit comprehēſum & ſi neq3 dēſum cohi-
betur:nam multum ac tenue ēt p dēſos effluit meatus ſatius igitur fuerit
ipſos quoq3:quæ a ueteribus tradita ſunt didiciſſe:quot modis prius i par
ticulis tectum rurſus eiicitur:nam rarefacto comprehēdēte ipſum & ipſo
comprehēſo tenuato:ac maiori effecto & uehemētius moto:& ab aliquo
exteriorꝫ attracto aut ab aliquo interiore impulſo:& tanq̄ refluēte ad ali-
quid eorum quæ intuſſunt ſi quis hæc oia tranſcendēs unam deiectionis
cauſam eē putarit ſpiram‹en›torum rarefactionē uidebitur euidentia' plane
ignorare:nempe lanam:aut ſpōgiam:aut aliquid huiuſmodi manifeſte i
tuemur ſi parum intra ſe humidum habēt:tegūtq3 neq3 dimittūt:ſed plus
refundunt:quidnā igitur?nonne i oculis:& naribus:& ore aliis quam ita
raris id ipſum nouerunt ut accidat aliquādo præ multitudine depræhēſæ
in ipſis humiditatis nō corporum humiditate effluere:enimuero fidelitas
ſæpenumero uidemus tam raras ut infuſa in eis aqua pfluat:at ſi mel in-
fundas nequaq̄:effluit:craſſiora ſi quidem mellis eſſentiæ: quam fideliæ
ſunt ſpiramēta:an nō illud æquū erit cognoſcere ob tenuitatē ſæpenume-
ro aliqd effluere utcunq3 ipſum cōpræhendēs corpus a natura nō fuerit
pforatum.Cæterꝫ an nō ſæpenumero natura:quæ animalis corpus admi
niſtrat:ac regit ipulſu uæhemētiore inſurgēs eo redundās qcqd ē exhau-
ſit deiecitq3 pinde ac illidēs:& expellēs:qd igit' non erat difficile accurate
exercitato artis opa cognouiſſe multū.n.corporꝫ hoc pacto fiūt eiectiōes
rliquas quoq3 factorꝫ cās ptereo.Itidē retētorꝫ æquales nūero his prſus ɔtra
rias:ſi.n.illorꝫ iuitorꝫ talis rō diſciplia ē:hoc āt mihi aliqñ uidet' icir. Inſup
trāſeo poſſe aliqñ flutiar oculū:aut mlto fluor:aut fcā tcuitate mlta: aut

ab hac parte natura expellente corporibus ipſis nihil præter naturam alteratius habentibus. Oportet ſane tenuē fluxum craſſum efficere: mutum uero deiicere ac euacuare:naturæ uero motum ſi oportune ſeſe obtulerit excipere:neqꝫ oculoꝝ corpora tractare:ſicut nequidem fluoris cauſa extitere:nam arbitrari inflammationem quidem aliquam ſtrigmentū eſſe paſſionem alteram uero implicitam neſcio cur non demētis eē uideatur.Primum nāqꝫ ſuoꝝ ſunt obliti præceptoꝝ:quod fluidum deiectiōe ſecernendum non ſit:aut ſtrigmentum cohibitionibus:ſed ad ipſas corporum oportere affectiones reſpicere.Cum igitur ꝓſus ſimiles euaſerit ſibi interſæ & in nullo differre ferat᷑:quæ nūc dicta iflammatio a priore ꝗ quod affluat:nūquid non ualde alienum eſt mixtam & implicitam hāc quidem nominare:illam uero ſtrigmētoſam eſſe arbitrari. Deinde ne hoc quidem:quod in promptu poſitum fuit ipſis in mentem ratiocinari uenit quod neqꝫ i manu:neqꝫ in pede:neqꝫ in brachio:neqꝫ in crure:neqꝫ in coxa:neqꝫ in alia aliqua corporis parte iuidens uiſa fuerit unquam inflammationis ſpecies huiuſmodi ut extorſus aliquid effundat. At ſolis quæ in ore:quæ in oculis:quæ in naribus ſunt id eueniat:utrum iuppiter omnibus implicitis communitatibus inſtituit:ut earum nulla unquam in nullam aliam corporis partem ſe immitat:ſed oculos tantum & nares & os oppugnet. Inflammatio quidem cūcta poteſt occupare: quæ eius generationis cām excipere inoleuerunt.Scire quidem expedit alia natura rara eſſe:alia denſa:ab aliis quidem aliquid fluoris effundi:ab aliis autem cohiberi:nam ſi utrem impleas aut aliud id genus obſtrictum liquida re aliqua nihil diffluit:at ex ſpōgia aut ex re aliqua rara cōfeſtim quicquid fuerit redūdans effundit᷑:qd igit᷑ difficultatis afferebat ipſis cognoſcere quāto oīs alia pellis ſit aſtrictior:ea quæ ad oculos eſt & nares & os corporis partes & rei naturam apponere:longum uerboꝝ complexū ambageſqꝫ multas dimittēdo:quod aūt hoc ita habeat idicant nobis:quæ in aliis ſunt particulis per attractū inflāmationes :nam i illis quæ tenuiora ſuis ſunt partibus fluitant : quemadmodum in oculo & naſo : & ore: idqꝫ tantiſper quoad paſſionis expers fuerit:& omnis aſtricta pellis horū nihil refundet:cā huius nō inflammationis eſt ſpecies. Cæteꝝ quemadmodum porro ſi melle aut liquida pice non admodum immenſa copia : ſpōgiam aut lanam madefacias:nihil ꝓpter liquidi craſſitudinem fluitat Item ſi aqua aut id genus ita tenuibus:& eis parum aſpergas ne ita qdē : tum fluitat ob liquidi exiguitatem:ac eadem puto:ratiōe ex oculis non uſquequaqꝫ aliquid profunditur:aut propter liquoris craſſitudinem:aut quod non redundet : utpote quæ ſecundum naturam habeant : proinde contingit hoc inflammationis genus nihil ab alio differre præ-

terquam profluentis eſſentiæ craſſitudine ophthalmiamq; abſq; fluore perficere: quam ſapientiſſimi methodici ſtrigmentum uocant: & ab implicitis mixtiſq; differre putant ſuos ſermones ſuſcipientes: quos ſurſum ac dehorſum transferunt ad corporata paſſionum præparationes eſſe uideri uoluerunt non aũt in humidis conſtitiſſe: quonã pacto igit̃ quãdo ĩ ipſis corporibus affectio nullam habens differẽtiam: ſola uero ea quæ humida natura tenuia: aut craſſa ſunt conſequuntur aliquãdo quidem fluitare: aliquid aliquando autem cohiberi dicitur: & communitates arbitrãtur eſſe differentes. Ita nempe etiam mixtum atq; implicitum a uobis intelligentia percipi non poteſt: alia uero omnia: quæ particulatim digeruntur non per uictum modo uerum etiam per chirurgian: & pharmacian: quæcunq; aberrarint nimium forte didiceritis ſi hæc perſuadere non poſſunt: ſed iam plura loqui deſinam: quando quidem ad introducendum in medicina rudes hæc ſatis multa eſſe arbitror.

ΤΕΛΟΣ

Impreſſum Brixiæ per Iacobum Britannicum die. xviii. Iunii. M. cccclxxxviii.

Regiſtrum orationum Franciſci philelſi & aliorum operum in hoc uolumine contentoꝝ

a b c d e f g h i K l m n o p q r ſ t u x y z

omnes ſunt quaterni

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Uniw. im. A. Mickiewicza